<sup>c</sup> Alii, τοῦ Υἱοῦ. infra Savil. et Morel. ma'e, μὴ γὰρ τὸ ἀφροσίν. C. Osiunianus, μέγα γὰρ, et sic legit interpres.

<sup>a</sup> Morel., σφόδρα.

dispensationem. Sed nequæ a sola caritate, neque a nostra virtute, sed ex utrisque. *Elegit enim nos*, inquit: qui autem eligit, scit quid eligat. *In caritate*, inquit, *prædestinavit nos*. Nullum enim saluum fecisset virtus, nisi esset caritas. Nam, dic mihi, quid profuisset Paulo, et quid effecisset, nisi ipsum evocasset e superis, et dilectum ad se traxisset? alioquin autem, quod tam multis dignatus sit, caritatis fuit, non nostræ virtutis. Nam fuisse bonos et virtute præditos et credidisse et accessisse, fuit hoc quidem ejus qui vocavit, sed nostrum quoque: quod autem cum accessissemus tam multis dignatus sit honoribus, ut confestim ex inimicitia duceret ad filiorum adoptionem, est re vera exsuperantis caritatis. *Qui in caritate*, inquit, *prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsam*. Vides quomodo nihil sine Christo? quomodo nihil sine Patre? Ille prædestinavit, hic adduxit. Et hæc ponit extollens quæ facta sunt, sicut etiam dicit alibi: *Non solum autem, sed etiam gloriamur per Dominum nostrum Jesum Christum (Rom. 5. 11)*. Nam magna quidem sunt quæ data sunt, multo autem sunt majora, quod data sint per Christum; quod non quempiam ex servis miserit ad servos, sed ipsum Unigenitum. *Secundum propositum*, inquit, *voluntatis suæ*; id est, propterea quod valde velit. Hoc est, ut ita dicam, ejus desiderium. Ubique enim *εὐδοξία* (hoc enim vocabulum hic usurpat Paulus) est voluntas princeps et quæ præcedit: est enim etiam alia voluntas: utputa, voluntas prima est, ut non pereant qui peccarunt: voluntas secunda est, ut qui facti sunt mali pereant. Non enim eos castigat necessitas, sed voluntas. Id etiam videre licet in Paulo, ut quando dicit, *Volo omnes homines esse sicut meipsum*; et rursus, *Volo juniores nubere, filios procreare (1. Cor. 7. 7; 1. Tim. 5. 14)*. *Εὐδοξία* ergo primam dicit voluntatem, illam quæ est vehemens et desiderio juncta persuasionem: non enim inimicis recusabo dictione ut communione, ut simplicioribus res sit dilucidior: sic enim, nos dicimus, *κατὰ τὸ πλῆμα ἡμῶν*, id est, secundum persuasionem nostram. Hoc ergo sibi vult: valde cupit, valde desiderat nostram salutem.

*Gratia est a bonitate*. — Cur sic nos amat? cur sic nos diligit? A sola bonitate: gratia enim est a bonitate. Propterea dicit, *Prædestinavit nos in adoptionem filiorum*, volens, et admodum volens, ut ostendatur gloria ejus gratiæ. *Secundum propositum voluntatis suæ*, inquit, *6. in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto*. Ut ostendatur, inquit, gloria ejus gratiæ, in qua nos gratos fecit in dilecto.

3. Ergo si ad hoc gratos fecit, in laudem gloriæ gratiæ ejus, et ut ostenderet ejus gratiam; maneamus in ipsa. *Ad laudem gloriæ*. Quid sibi vult illud? ut quis ipsum laudet? ut quis ipsum glorificet? ut nos, angeli, archangeli? sed et omnis creatura? Et quid hoc? Nihil: Deus enim nullo eget. Cur ergo vult a nobis laudari et glorificari? Ut in ipsum caritas sit in nobis ferventior. Ex nostris enim nihil aliud

cupit quam nostram salutem: non ministerium, non gloriam, non aliquid aliud, et propter hoc facit omnia. Nam qui laudat et admiratur eam quæ in se facta est gratiam, attentior erit et diligentior. *Qua gratificavit nos*, inquit. Non dixit, *ἵς ἔξαπλαστο*, id est, quam gratis donavit, sed *ἔξαπλάστως*, id est, gratos fecit: hoc est, non solum liberavit a peccatis, sed etiam fecit amabiles. Quemadmodum enim si quis scabiosum et peste ac morbo senioque et paupertate ac fame confectum et perditum, statim formosum fecerit juvenem, omnes homines pulchritudine vincen-tem, e genis quidem splendorem valde emittentem, et micantium oculorum ejaculationibus solis fulgores occultantem; deinde eum constituerit in ipso flore ætatis, et postea eum purpura induerit et diadema imposuerit, et omni regio ornata decorarit: ita nostram instruxit et ornavit animam, pulchramque fecit, desiderabilem et amabilem. Cupiunt enim angeli talem aspicere animam, archangeli quoque et omnes aliæ Virtutes. Ita nos etiam fecit gratiosissimos, et sibi desiderabiles. *Concupiscet enim, inquit, Rex speciem tuam (Psal. 44. 12)*. Vile enim quam noxia antea loquentes, quanta plena gratia nunc loquamur. Non amplius admiramur divitias, non amplius quæ hic sunt, sed cælestia et quæ sunt in cælis. Nonne puerum illum dicimus esse scitum et gratiosum, qui cum elegantia et decore corporis, multam etiam in verbis habet gratiam? Tales sunt fideles. Vide qualia loquantur qui sunt initiati mysteriis. Quid fuerit illo ore gratiosius, quod verba emittit admirabilia, et mundo corde et mundis labiis ejusmodi mysticæ mensæ est particeps, cum multo splendore et fiducia? quid verbis illis gratiosius, per quæ diabolo abrenuntiamus? per quæ in Christi militum numerum adscribimur? confessione illa quæ fit ante lavacrum, et illa quæ post lavacrum? Cogitemus quam multi baptismum corrupimus, et gemimus, ut id possimus recipere. *In dilecto*, inquit, *7. in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius*. Quomodo? Non solum est admirabile quod Filium dederit, sed quod etiam eo modo dederit, ut ipse dilectus mactatus sit. Multa est hyperbole: dilectum dedit pro iis qui habebantur odio. Vide quanti nos æstimet. Si, quando ipsum habebamus odio et eramus inimici, dedit suum dilectum, quid non deinceps faciet, cum fuerimus et reconciliati per gratiam? *Remissionem*, inquit, *peccatorum*. A supernis descendit ad inferiora: cum prius dixerit filiorum adoptionem et sanctificationem et immaculatos, tunc quoque vitium dicit; non minuens, neque a magnis ad parva deducens orationem, sed a parvis ascendens ad magna. Nihil est enim æque magnam atque Dei sanguinem pro nobis esse effusum; et filiorum adoptionem et aliis donis hoc est majus, quod ne Filio quidem pepercerit. Magna res est remissa esse peccata, sed majus est quod per sanguinem Dominicum. Nam quod hoc sit longe majus omnibus, vide quomodo hic quoque exclamavit, dicens: *Secundum divitias gratiæ ejus, 8. quæ superabundavit in nobis*. Nam ille quoque sunt divitiæ,

sed hæ multe magis. *Quæ superabundavit*, inquit, *in nobis*. Et divitiæ sunt, et superabundantes, id est, affatim effusæ. Verbis exprimi non possunt ea, quæ nos re experti sumus. Divitiæ enim sunt, divitiæ superabundantes, divitiæ non hominum, sed Dei, quæ nullo modo verbis exprimi possint. Ostendere autem, volens quomodo superabundanter dedit, *In omni sapientia et prudentia*, inquit, *9. ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ*. Hoc est, cum sapientes fecisset et prudentes in ea quæ vere est sapientia, in ea quæ vere est prudentia.

4. Pater! quanta amicitia! Nobis enim dicit sua mysteria. *Voluntatis suæ*, inquit; ac si diceret, nota nobis fecit quæ sunt in suo corde: hoc enim est mysterium quod plenum est omni sapientia et prudentia. Quid enim par dices huic sapientiæ? qui nullius erant pretii, eos invenit ut proveleret ad divitias. Quid potest æquiparari huic solerti facilitati? qui erat inimicus, qui exosus, is repente sursum ascendit. Nec hoc solum, sed etiam in hoc tempore; idque erat sapientiæ, et quod per crucem. Præfixa hic se offert oratio ad ostendendum, quomodo hoc erat sapientiæ, et quomodo nos effecit sapientes. *Secundum beneplacitum suum*, inquit, *quod proposuit in ipso*. Hoc est, hoc cupiebat, hoc parturiebat, ut ita posset nobis effari mysterium. Quodnam? Quod hominem velit apud superos sedere. Hoc autem factum est, *10. In dispensationem plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, et quæ in terra sunt in ipso*. Abscissa fuerant, inquit, cælestia a terrestribus, non habebant unum caput. Nam quod attinet quidem ad rationem creationis, unus erat Deus; quod autem ad rationem conjunctionis, non item: nam errore gentium diffusio, abscissi erant ab ejus obedientia. *In dispensationem*, inquit, *plenitudinis temporum*. Plenitudinem temporum ipsam appellavit dispensationem. Vide quam accurate loquatur. Et cum ostendisset quidem a Patre principium, propositum, consilium, primum incitamentum; eam autem, quæ per opera fit, adimplerionem per Christum: nusquam eum nominat ministrum. *Nos elegit*, inquit, *in ipso, cum nos prædestinasset ad filiorum adoptionem per Christum Jesum in ipso, et ad laudem gloriæ gratiæ ipsius: in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, quam proposuit in dispensationem plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo*. Et nusquam eum dixit ministrum. Si autem et in et per sunt ministri, vide quomodo redeat (a). Nam in principio epistolæ dixit, *Per*

(a) Id autem dicit Chrysostomus, quia Ariani et alii nescientes quid dicebant Christum rem factam, et minorem Patre atque ministrum ejus esse, iugabant etiam, illud, *in Christo*, et *per Christum*, quæ frequenter occurrunt in Novo Testamento, significare Christum esse ministrum; quos ipse pluribus confutat in Homiliis de Incomprehensibili et Abi.

*voluntatem Patris*. Pater, inquit, voluit; Filius est operatus. Sed nec quoniam Pater voluit, Filius est extra operationem; neque, quoniam Filius est operatus, voluntate privatus est Pater; sed Patris et Filii communia sunt omnia: nam *Omnia mea tua sunt*, inquit, *et tua mea sunt* (*Joan. 17. 10*). Plenitudo autem temporum erat ejus adventus. Quia igitur omnia fecerat, et per angelos, et per prophetas, et per legem, et nihil proficiebat; et periculum erat ne temere factus esset homo, ne temere esset productus, imo vero in suam perniciem, pereuntibus omnibus et magis quam in diluvio, hanc dispensationem invenit, quæ fit per gratiam, ne temere et frustra creatus esset. Hanc temporum plenitudinem dicit et sapientiam. Quare? Quia, quando maxime erant perituri, tunc salvi fuerunt. *Ἀνακεραλιώσασθαι*, inquit. Quid est *ἀνακεραλιώσασθαι*? Coniungere. Cæterum studeamus quam proxime accedere ad ipsam veritatem. Nam a nobis quidem, ut etiam in more est positum, dicitur *ἀνακεραλιώσις*, quæ prolixè dicta sunt in brevè contrahere, et omnia quæ prolixè dicta sunt compendiose dicere. Nam hoc quoque ita habet: quæ enim longo tempore dispensabantur in ipso *ἀνακεραλιώσασθαι*, hoc est, in summam redegit. Verbum enim consummans, et in justitia abbrevians, et illa comprehendit, et alia addidit. Hoc est, *ἀνακεραλιώσις* et reductio in summam. Est et aliud quod significatur. Quodnam hoc? Unum omnibus posuit caput, nempe Christum secundum carnem, et angelis et hominibus: hoc est, et angelis unum dedit principium, et hominibus: his quidem id quod est secundum carnem, illis autem Deum Verbum<sup>1</sup>. Ut si dicas de domo, quæ partim quidem est marcida ac debilis, partim autem valida et fortis, Domum reedificavit, hoc est, fortiorem fecit, fortiorem imposuit basim: ita hic quoque omnes uni subiecit capiti. Ita enim fiet unitas, ita accurata et perfecta fuerit conjunctio, quando omnia redacta fuerint sub unum caput, superne quoddam necessarium habentia vinculum. Tanto ergo dono dignati, tanto honore, tanta benignitate, ne dedecore afficiamus eum qui nos affecit beneficio, ne faciamus ut tanta sit nobis inanis gratia, vitam ostendamus angelicam et angelicam virtutem, et vitæ agendæ rationem; rogoque et quæso, ne hæc omnia sint nobis in judicium et condemnationem, sed ad fruendorum honorum perceptionem: quæ utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, etc.

<sup>1</sup> Codex unus, hoc est, alterum angelis, alterum hominibus principium dedit: his quidem id quod est secundum carnem, illis autem secundum spiritum, Verbum Deum. Quæ lectio non spernenda.

8. Βαβαί, πόση φιλία! Τὰ γὰρ μυστήρια αὐτοῦ ἡμῖν λέγει. Τοῦ θελήματος αὐτοῦ, φησὶν ὡς ἀνεπιποίησις, τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἡμῖν ἐγνώρισεν. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ μυστήριον τὸ πάσης σοφίας τε γέμον καὶ φρονήσεως. Τί γὰρ ταύτης τῆς σοφίας ἴσον ἔρεις; τοὺς οὐδενὸς ἀξίους ὄντας, τοὺτους εὔρεν ὅπως εἰς πλοῦτον ἀναγάγῃ. Τί ταύτης τῆς εὐμηχανίας ἴσον; ὁ ἔχθρος, ὁ μεμιστημένος, οὗτος; ἐξαίφνης ἄνω γέγονε. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ· καὶ τοῦτο σοφίας ἦν, καὶ τὸ διὰ σταυροῦ. Μακρὸς ἐνταῦθα δεῖξαι ὁ λόγος, πῶς σοφίας ἦν τοῦτο, καὶ πῶς σοφούς ἡμᾶς εἰργάσατο. Διὰ πάλιν, *Κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ*, φησὶν, ἦν *προέθετο ἐν αὐτῷ*. Τούτῃ, τοῦτο ἐπέθετο, τοῦτο ὤδινεν, ὡς ἂν ἔγοι· ἐξοικεῖν ἡμῖν τὸ μυστήριον. Ποῖον δὲ τοῦτο; Ὅτι ἀνθρώπον ἄνω καθίσει βούλεται. Τοῦτο δὲ γέγονεν, *Εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν αὐτῷ*. Ἀπέσχιστο, φησὶ, τὰ ἐπουράνια τῶν ἐπιγείων, οὐκ εἶχε μίαν κεφαλὴν. Κατὰ μὲν γὰρ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον εἰς Θεὸς ἦν· κατὰ δὲ τὸν τῆς οικειώσεως οὐκέτι, τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης κερκυμένης, ἀλλ' ἀπεσχισμέοι ἦσαν τῆς ὑπακοῆς αὐτοῦ. *Εἰς οἰκονομίαν*, φησὶ, *τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν*. Πλήρωμα τῶν καιρῶν αὐτὸ ἐκάλεισεν. Ὅρα πῶς ἀκριδῶς φθέγγεται. Καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς δεῖξας, [8] τὴν πρόθεσιν, τὴν βουλὴν, τὴν πρώτην ὁρμὴν, τὴν δὲ διὰ τῶν ἔργων ἐκπλήρωσιν διὰ τοῦ Χριστοῦ, οὐδισμοῦ διάκονον αὐτὸν ὀνομάζει. *Ἐξελέξατο ἡμᾶς*, φησὶν, *ἐν αὐτῷ, προορίσας ἡμᾶς εἰς υἰοθεσίαν διὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ εἰς αὐτὸν, καὶ εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, ἦν προέθετο ἐν αὐτῷ εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ*. Καὶ οὐδαμοῦ διάκονον αὐτὸν εἶπεν. Εἰ δὲ τὸ, ἐν, καὶ τὸ, διὰ, διάκονος ἐστίν, ὄρα πῶς τρέπει τὸ πρᾶγμα. Ἀρχόμενος γὰρ εὐθέως τῆς Ἐπιστολῆς, *Διὰ τοῦ θελήματος*, εἶπε, *τοῦ Πατρὸς*. Ὁ Πατὴρ ἠθέλησε, φησὶν, ὁ Υἱὸς ἐνήργησεν. Ἄλλ' οὕτε, ἐπειδὴ ὁ Πατὴρ ἠθέλησε, τῆς ἐνεργείας ἐκτός ἐστιν ὁ Υἱὸς· οὕτε ἐπειδὴ ὁ Υἱὸς ἐνήργησε, τοῦ θελήματος ἀπεστέρηται ὁ Πατὴρ, ἀλλὰ κοινὰ Πατὴρ καὶ Υἱὸς πάντα· *Πάντα γὰρ τὰ ἐμὰ σὰ ἐστὶ*, φησὶ, *καὶ τὰ σὰ ἐμὰ*. Πλήρωμα δὲ τῶν καιρῶν ἡ παρ-

οῖα αὐτοῦ ἦν. Ἐπεὶ οὖν πάντα ἐπραξε καὶ δι' ἀγγέλων, καὶ διὰ προφητῶν, καὶ διὰ νόμου, καὶ οὐδὲν πλέον ἐγένετο, ἀλλ' ἐκινδύνευεν εἰκῆ γεγενῆσθαι ἀνθρώπος, εἰκῆ παρῆχθαι, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπὶ κακῷ, πάντων ἀπολλυμένων ἀπλῶς, καὶ μειζρώσεως ἢ ἐπὶ τοῦ κατακλισμοῦ, εὔρε ταύτην τὴν οἰκονομίαν τὴν διὰ τῆς χάριτος, ὥστε μὴ εἰκῆ μηδὲ μάτην αὐτὴν γενέσθαι. Τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν τοῦτο λέγει, καὶ σοφίαν. Πῶς; Ὅτι ὅτε μάλιστα ἐμελλον ἀπόλλυσθαι, τότε διεσώθησαν. *Ἀνακεφαλαιώσασθαι*, φησὶν. Τί ἐστίν, *Ἀνακεφαλαιώσασθαι*; Συνάψαι. Πλὴν ἀλλὰ σπουδάσωμεν ἐγγὺς αὐτῆς γενέσθαι τῆς ἀληθείας. Παρὰ μὲν γὰρ ἡμῖν καὶ ἐν τῇ συνήθειᾳ ἀνακεφαλιώσεως λέγεται καὶ τὰ διὰ μακρῶν λεγόμενα εἰς βραχὺ συστελεῖται, καὶ πάντα τὰ διὰ πολλῶν λεγόμενα συντόμως εἰπεῖν. Ἔστι μὲν γὰρ καὶ τοῦτο· τὰ γὰρ διὰ μακροῦ χρόνου οἰκονομούμενα ἀνεκεφαλιώσατο ἐν ἑαυτῷ, τούτεστι, συνέτεμε. Λόγον γὰρ συντελών, καὶ συντέμνον ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἐκεῖνα περιέλαβε, καὶ ἕτερα προσέθηκε. Τοῦτό ἐστιν ἀνακεφαλιώσεως. Ἔστι καὶ ἕτερον τι δηλούμενον. Ποῖον τοῦτο; Μίαν κεφαλὴν ἅπασιν ἐπέθηκε τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸν, καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις· τούτεστι, καὶ ἀγγέλοις μίαν ἀρχὴν ἔδωκεν, καὶ ἀνθρώποις, τοῖς μὲν τὸ κατὰ σάρκα, τοῖς δὲ τὸν Θεὸν Λόγον· ὡς ἂν περὶ οἰκίας τις εἴποι· τὰ μὲν σαθρὰ, τὰ δὲ ἰσχυρὰ ἐχούσης· Ἀνυκαθόμνησε τὴν οἰκίαν, τούτεστιν, ἰσχυροτέραν εἰργάσατο, ἰσχυροτέραν κρηπίδα ὑπέθηκεν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα πάντας ὑπὸ μίαν ἤγαγε κεφαλὴν. Οὕτω γὰρ ἂν γένοιτο ἕνωσις, οὕτως [ἂν γένοιτο] ἀκριδῆς συνάφεια, ὅταν ὑπὸ μίαν ἅπαντα ἀχθεῖ κεφαλὴν, σύνδεσμόν τινα [9] ἀναγκαῖον ἀνωθεν ἔχοντα. Τοσαύτης τοίνυν ἀξιοθέντες δωρεᾶς, τοσαύτης τιμῆς, τοσαύτης φιλανθρωπίας, μὴ καταισχύνομεν τὸν εὐεργετήσαντα, μὴ εἰς κενὸν τὴν τοσαύτην χάριν ποιήσωμεν, ἀγγελικὸν βίον ἐπιδειξώμεθα, ἀγγελικὴν ἀρετὴν καὶ πολυτείαν· καὶ δέομαί καὶ ἀντιβολῶ, ἵνα μὴ εἰς κρίμα μηδ' εἰς κατάκριμα γένηται ταῦτα πάντα ἡμῖν, ἀλλ' εἰς ἀπόλαυσιν αγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, καὶ τὰ ἐξῆς.

<sup>a</sup> Codex unius, τούτεστι καὶ ἀγγέλοις ἀρχὴν ἔδωκεν ἕτερον καὶ ἀνθρώποις· τοῖς μὲν τὸ κατὰ σάρκα, τοῖς δὲ κατὰ πνεῦμα τὸν Θεὸν Λόγον.

## OMIAIA B.

*Ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργούντος κατὰ τὴν βουλήν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔκτισιν τῆς δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλικότας ἐν τῷ Χριστῷ· ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς ἀκούσατες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν, ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἀγίῳ, ὃ ἐστὶν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν, εἰς ἀπολότρωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς ἔκτισιν τῆς δόξης αὐτοῦ.*

α'. Πανταχοῦ τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπικὴν ἐσπούδασεν ὁ Παῦλος τὴν περὶ ἡμᾶς δεῖξαι, ὡς αὐτῷ δυνατόν. Ὅτι γὰρ μετὰ ἀκριβείας οὐχ ὁλόν τε, ἀκουσον τί φησιν αὐτός· *Ὁ βάθος πλοῦτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρύματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ!* τὴν ἄλλ' ὡς ὁλόν τε ἐστὶ δέκνυσι. Τί οὖν ἐστὶν ὃ λέγει, *Ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν προορισθέντες;* Ἐἶπεν, *Ἐξελέξατο ἡμᾶς, ἀνωτέρω· ἐνταῦθα φησιν· Ἐκληρώθημεν.* Ἄλλ' ἐπειδὴ ὁ κληρὸς συντυχίας πρᾶγμα ἐστὶν, οὐ προαιρέσεως οὐδὲ ἀρετῆς· ἀγνοίας γὰρ καὶ ἐπιτυχίας ἔχεται, καὶ τοὺς ἐναρέτους πολλὰκις ἀφείλ, τοὺς σθενέως ἀξίους λόγου, τοὺτους εἰς μέσον παρήγαγεν· ὅρα πῶς αὐτὸ διορθοῦται. *Προορισθέντες*, φησὶ, *κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργούντος.* Τουτέστιν· Ὀχ ἁπλῶς ἐκληρώθημεν ὡς περ οὐδὲ ἁπλῶς ἐξελέγημεν· θεὸς γὰρ ὁ ἐκλεξάμενος· οὐδὲ ἁπλῶς ἐκληρώθημεν· θεὸς γὰρ ὁ κληρονομήσας· ἀλλὰ κατὰ πρόθεσιν. Τοῦτο καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ γράφων φησὶ· *Τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν.* Ὁδὸς ἐκάλεισε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· ὁδὸς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. Πρώτῳ εἰπὼν, *Τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν*, ὅμου καὶ τὸ ἐξείρετον\* τὸ πρὸς τοὺς ἄλλους δηλώσαι βουλόμενος, καὶ κληρὸν εἶπεν, ὥστε τὸ αὐτεξούσιον μὴ ἀφελέσθαι. Ὅπερ ἐστὶ τοίνυν μακαριότητος μάλλον αὐτὸ τίθησιν. Ὁ γὰρ κληρὸς οὐκ ἀρετῆς [10] ἐστὶν, ἀλλὰ, ὡς ἂν τις εἴποι, συντυχίας. Ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· Κλήρου γενομένου ἡμᾶς ἐξελέξατο. Τὸ δὲ ὅλον, ἀπὸ τῆς προαιρέσεως προορισθέντας, τουτέστιν, ἑαυτῷ ἐκλεξάμενος ἀφώρισεν· οἶον, ἕωρα ἡμᾶς πρὶν ἢ γενέσθαι κεκληρωμένους. Θαυμαστὴ γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ πρόφρωνσις, καὶ πάντα εἰδυῖα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. Σὺ δὲ θέα πῶς πανταχοῦ σπουδῆν ποιεῖται· δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἐκ μετανοίας, ἀλλ' ἀνωθεν τὰ πράγματα οὕτω τετύπωτο, ὥστε μηδὲν ὑμᾶς ἔχειν τῶν Ἰουδαίων ἑλαττον κατὰ τοῦτο, καὶ διὰ τοῦτο πάντα ὑπὲρ τούτου ποιεῖ. Πῶς οὖν φησιν αὐτός ὁ Χριστός, *Ὁὐκ ἀπεστάνην, εἰ μὴ εἰς τὰ κρέβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ;* καὶ πάλιν τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν, *Εἰς ὁδὸν ἄντων μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε;* καὶ αὐτὸς δὲ πάλιν ὁ Παῦλος ἔλεγεν, *Ἵμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἐαυτοῦς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη;* διὰ γὰρ τοῦτο ταῦτα λέγεται, ἵνα μὴ ὡς ἐκ παρέρπου νομίση τις τοῦτο γεγενῆσθαι. *Κατὰ πρόθεσιν*, φησὶ, *τοῦ τὰ πάντα ἐνεργούντος κατὰ τὴν βουλήν τῷ θελήματος αὐτοῦ.* Τουτέστιν, οὐδὲν μετὰ ταῦτα ἐτήρησε, πάντα ἀνωθεν διατυπώσας. Οὕτως αὖ-

τὸς ἐπάγει τὸ τέλος κατὰ τὴν βουλήν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Ὅσα οὐκ ἐπειδὴ Ἰουδαῖοι οὐ προσελθόν, διὰ τοῦτο τὰ ἔθνη ἐκάλεισεν, οὐδὲ ἀναγκασθεῖς, οὐδὲ ἐξ ἐκείνων ὁρηθηθεῖς. *Εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς*, φησὶν, *εἰς ἔκτισιν τῆς δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλικότας ἐν τῷ Χριστῷ· ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς ἀκούσατες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν·* τουτέστι, δι' οὗ. Ὅρα πανταχοῦ αἴτιον πάντων γεγόμενον τὸν Χριστόν, καὶ οἰδαμοὶ τὸ τοῦ ὑπουργοῦ ὄνομα, οὐδὲ τὸ τοῦ διακόνου· ὡς περ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν Ἑβραῖοις γράφων, ὅτι *Πάλαι λαλήσας τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Ἰησῷ.* Τουτέστι, δι' Ἰησοῦ. *Τὸν λόγον*, φησὶ, *τῆς ἀληθείας;* οὐκέτι τὸν τοῦ τύπου, οὐδὲ τὸν τῆς εἰκότος.

Τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ἡμῶν. Καὶ καλῶς εὐαγγέλιον αὐτὸ σωτηρίας καλεῖ, τὸ μὲν πρὸς τὸν νόμον αἰνιτιζόμενος, τὸ δὲ πρὸς τὴν μέλλουσαν κόλασιν. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστὶ τὸ κήρυγμα, ἀλλ' ἡ σωτηρίας εὐαγγέλιον, ὅτι τοὺς ἀξίους ἀπόλλυσθαι οὐκέτι ἀπόλλυσιν. *Ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε ἐν τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἀγίῳ, ὃ ἐστὶν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν.* Πάλιν πολλῆς προνοίας δεῖγμα τὴ σφραγισθῆναι, οὐ τὸ ἀφορισθῆναι, οὐδὲ τὸ κληρωθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σφραγισθῆναι. Καθάπερ γὰρ εἰ τις τοὺς λαχόντας αὐτῷ δήλους ποιήσειεν, οὕτω καὶ ὁ θεὸς ἀφώρισεν εἰς τὸ πιστεῦσαι, ἐσφράγισεν εἰς τὸ κληρονομήσαι τὰ μέλλοντα.

β'. Ὁρᾷς πῶς, προϊόντος τοῦ χρόνου, θαυμαστοῦς αὐτοὺς ποιεῖ; Ἔως μὲν γὰρ ἦσαν ἐν τῇ πρυγνώσει, οὐδενὶ ἦσαν ὄηλοι· ἐπειδὴ δὲ ἐσφραγίσθησαν, ὄηλοι γέγονασιν, ἀλλ' οὐχ ὡς ἡμεῖς· ἔσονται γὰρ [11] πλὴν ὀλίγων ὄηλοι. Ἐσφραγίσθησαν καὶ οἱ Ἰσραηλίται· ἀλλὰ περιτομῇ, καθάπερ καὶ τὰ βοσκήματα καὶ τὰ ἄλογα· ἐσφραγίσθημεν καὶ ἡμεῖς, ἀλλ' ὡς υἱοὶ, Πνεύματι. Τί ἐστὶ, *Πνεύματι ἐπαγγελίας;* Ἦτοι ὅτι κατὰ ἐπαγγελίαν αὐτὸ ἐλάδομεν. Δύο γὰρ εἰσὶν ἐπαγγελίαι, μία μὲν διὰ τῶν προφητῶν, ἑτέρα δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ· διὰ τῶν προφητῶν· ἄκουε τοῦ Ἰωηλ λέγοντος· *Ἐχρῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματος μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεῦσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται.* ἄκουε δὲ πάλιν τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· *Καὶ λήψετε θύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἐσσοσθέ μοι μάρτυρες ἐν τε Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ὅως ἐσχάτου τῆς γῆς.* Καίτοι ἔδει, φησὶν, αὐτὸν ὡς θεὸν πιστευθῆναι· ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τούτου διιχυρίζεται, ἀλλ' ὡς περὶ ἀνθρώπου ἐξετάζει, ὡς περ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραῖους, λέγων· *Ἴνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι θεὸν ἰσχυρὰ παραλήσῃν ἐχωμεν.* Οὕτω καὶ ἐνταῦθα τεκμήριον ποιεῖται τῆς τῶν μελλόντων ἐπαγγελίας τὰ ἡδὴ δεδομένα. Διὰ τοῦτο καὶ ἀρραβῶνα καλεῖ· ὁ γὰρ ἀρραβῶν μόνος ἐστὶ τοῦ παντός. Ἠγόρασε, τὰ παρ' ἡμῶν, τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν ἀρραβῶνα τέως. διὰ τί οὖν μὴ τὸ ὅλον εὐθέως ἔδωκεν; Ἐπειδὴ μὴδὲ ἡμεῖς τὸ ὅλον ἐργασάμεθα. Ἐπιστεύσαμεν· τοῦτο ἀρχή· ἔδωκε καὶ αὐτὸς ἀρραβῶ-

\* Coislin. unus, οὖσιν, ὥστε τὸ ἐξείρετον.



## HOMILIA II.

CAP. I v. 11. *In quo etiam nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, 12. ut simus in laudem gloriæ ejus, nos, qui ante speravimus in Christo: 13. in quo et vos cum audissetis verbum veritatis, evangelium salutis vestræ, in quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto. 14. qui est pignus hereditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.*

1. Ubique Paulus ineffabilem Dei in nos benignitatem studuit ostendere, quoad ejus fieri potuit. Nam quod accurate non possit, audi quid ipso dicat: *O altitudo divitiarum et sapientiæ et scientiæ Dei! quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus (Rom. 11. 33)! verumtamen ostendit quoad ejus fieri potest. Quid ergo dicit, In quo et nos sorte vocati sumus prædestinati? Dixit superius: Nos elegit: hic dicit, Sorte vocati sumus. Sed quoniam sors est casus, non liberi arbitrii nec virtutis; adhæret enim ignorationi et fortuito casui, et sæpe iis omissis qui sunt virtute præditi, eos in medium producit qui indigni sunt quorum ulla habeatur ratio; vide quomodo id corrigat. Prædestinati, inquit, secundum propositum ejus qui operatur omnia. Hoc est, non fortuito et sorte vocati vel electi sumus; Deus enim est qui elegit; neque fortuito ad hanc sortem venimus; Deus enim est qui ad sortem vocavit; sed secundum propositum. Hoc etiam in Epistola ad Romanos scribens dicit: *Qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quos vocavit, eos et justificavit; quos etiam justificavit, eos et glorificavit (Rom. 8. 28. 30).* Cum prius dixisset, *Iis qui secundum propositum vocati sunt*, simul etiam volens ostendere quanta sit eorum præstantia, si conferantur cum aliis, dixit etiam sortem; ita ut liberum non tolleret arbitrium. Quod igitur magis ad beatitudinem pertinet, hoc ponit. Sors enim non est virtutis, sed, ut ita dicam, casus. Ac si quis diceret, Sorte facta nos elegit. Totum autem sic intelligas, ab animi instituto et libero arbitrio prædestinatos, hoc est, sibi electos destinavit ac posuit: utputa, vidit nos priusquam essemus sorte vocati: est enim admiranda Dei præscientia, quæ omnia novit priusquam ea fierent. Tu autem vide quomodo ubique ponit studium, ut ostendat, quod non ex pœnitentia, sed ex ab alto petito principio res omnes ita sint efformatæ, ut in hoc nihil simus Judæis minores, et ideo pro hoc facit omnia. Quomodo ergo dicit ipse Christus, se non esse missum, *Nisi ad oves quæ perierant domus Israel (Math. 15. 24)?* et rursus dicebat discipulis, *In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne intretis (Math. 10. 5)?* et ipse quoque Paulus dicebat, *Vobis erat necesse primum loqui verbum Dei: quoniam autem ipsum repellitis, et vos non judicatis dignos vita æterna, ecce convertimur ad gentes (Act. 13. 46)?* Propterea enim hæc dicuntur, ne quis existimet hæc fuisse remota a suo instituto. *Secundum propositum, inquit, ejus qui**

*operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Hoc est, nihil postea operatus est, quippe qui omnia sursum disposuerit. Ita ipse finem imponit secundum consilium voluntatis suæ. Quamobrem non quoniam non attendebant Judæi, propterea vocavit gentes, neque coactus, neque ex illis impulsus. Ut simus, inquit, nos in laudem gloriæ ejus, nos qui ante speravimus in Christo; in quo et vos cum audissetis verbum veritatis, evangelium salutis vestræ: hoc est, per quem. Vide Christum ubique esse auctorem omnium, et nusquam esse nomen administri, neque ministri. Sicut etiam dicit alibi scribens ad Hebræos: *Qui olim loquutus patribus nostris in prophetis, novissimis temporibus loquutus est nobis in Filio (Hebr. 1. 1. 2);* hoc est, per Filium. *Verbum dicit veritatis, non amplius verbum figuræ, nec imaginis.**

*Evangelium salutis cur ita dictum. — Evangelium salutis nostræ. Et recte ipsum vocat evangelium salutis, partim quidem ad legem, partim autem ad futuram punitionem significandam subobscurè loquens. Nihil est enim aliud prædicatio, quam evangelium salutis, quod non amplius perdit eis qui digni sunt qui pereant. In quod et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ. Rursus magnum est indicium curæ et providentiæ, quod sint signati, non separati; atque quod non solum sint sorte vocati, sed etiam signati. Quemadmodum enim si quis eos qui sorte obtigerunt manifestos fecerit, ita etiam Deus eos separavit ac secrevit ad credendum: signavit ad hoc ut sint heredes futurorum.*

2. Vides quomodo procedente tempore eos facit admirabiles. Nam quamdiu fuerunt in præsentia, nulli fuerunt manifesti: postquam autem fuerunt signati, fuerunt manifesti, sed non sicut vos: erunt enim manifesti præter paucos. Signati fuerunt etiam Israelitæ, sed circumcissione, sicut pecora et bruta: nos quoque sumus signati, sed sicut filii, Spiritu. Quid est, *Spiritu promissionis?* Aut quod ex promissione ipsum acceperimus. Dux enim sunt promissiones, una quidem per prophetas, altera autem per Filium: per prophetas; audi Jochem dicentem, *Effundam ex Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filie vestræ, et adolescentes vestri videbunt visiones, et seniores vestri somnia somniantur (Joel 2. 28):* audi autem rursus Christum dicentem, *Et accipietis virtutem supervenientis sancti Spiritus super vos, et eritis mihi testes in Jerusalem et tota Judæa et Samaria et usque ad extremum terræ (Act. 1. 8).* Atqui oportebat ipsum tamquam Deum esse creditum: sed de hoc non acriter contendit, sed examinat tamquam de homine, sicut in Epistola ad Hebræos dicens, *Ut per duas res immobiles, in quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus (Hebr. 6. 18).* Ita etiam hic ex iis quæ data sunt ducit argumentum promissionis futurorum. Propterea etiam arrham vocat: arrha enim est pars totius. Emit,

quod ad nos quidem attinet, nostram salutem, et interim nobis dedit arrham. Cur ergo non statim totum dedit? Quoniam neque nos totum fecimus. Credidimus: hoc est principium; dedit ipse quoque arrham. Quando fidem per operum ostenderimus, tunc addit totum. Imo vero aliud quoque dedit pretium, proprium sanguinem, et rursus aliud est pollicitus. Perinde ac si gentibus bellum esset adversus gentes, dant obsides: ita Deus dedit Filium suum pignus pacis et foederum, et Spiritum sanctum qui est ex ipso: nam qui vere sunt Spiritus participes, sciunt eum esse arrham hereditatis. Talis erat Paulus, qui hic gustarat ea quae illic sunt: et ideo urgebat et parturiebat ut quae hic sunt dimitteret, et gemebat: aliis enim videbat oculis, ut qui mentem omnem illuc transtulisset. Rerum non es particeps: propterea etiam a verbis excidis. Si essemus omnes Spiritus participes, ut participes esse oporteret, et caelos videremus et quis illic sit status. Cujusnam rei est arrha? Redemptionis, acquisitionis: pura enim tunc sit redemptio. Nam nunc quidem et in mundo versamur, et multa humana nobis accidunt, et sumus cum impiis: pura autem tunc est redemptio, quando nec sunt peccata, nec humanae affectiones, neque promittit sumus cum omnibus. Nunc autem est arrha. Nam et nunc ab ipsis absumus, et conversatio nostra non est super terram, et nunc sumus extra praesentia: nam nunc quoque sumus advenae. *In laudem gloriae ipsius.* Hoc ponit assidue. Quanam de causa? Ut quod satis sit ad faciendam fidem auditoribus. Nam siquidem nostra causa haec faceret, inquit, res non esset sine dubio: si autem propter se, et ut suam ostendat bonitatem, tamquam quoddam testimonium ponit causam quod haec non aliter facta sint: quae in Israelitis videmus frequenter dici: *Fac nobis propter nomen tuum (Psal. 108. 21);* rursusque Deus ipse dicebat, *Facio propter me (Isai. 48. 11);* et Moyses, *Fac nobis propter nomen tuum,* etiam si propter nullum alterum. Hoc enim certiores reddit auditores et erigit, ut qui didicerint quod propter suam bonitatem omnia sit facturus quae promittit. Sed dum haec audimus, ne simus pigri et otiosi: nam etsi propter se facit, sed tamen etiam nostra a nobis exigit. Nam si, *Eos qui me glorificant glorificabo,* inquit, *et qui spernunt spernentur (1. Reg. 2. 30),* cogitemus quod nostra quoque a nobis exigit. Laus est autem ejus gloriae, salvos facere inimicos, sed eos, qui postquam facti sunt amici, amici manent. Quod si ad priores redierint inimicitias, temere et frustra fiunt omnia.

5. Non est enim alterum lavacrum, neque secunda reconciliatio, sed terribilis quaedam exspectatio iudicii, et amulatio ignis exesuri adversarios. Nam si cum eo semper gerentes inimicitias, veniam impetremus non cessabimus ei esse inimici, et voluptati indulgere, et fieri deteriores, et orbatu esse sole justitiae qui accessit. Vis accipere radium tuos aperientem oculos? Fac eos pulchros, sanos, perspicaces. Ostendit tibi lucem veram: si eam fugiens ad tene-

bras accurreris, quanam erit excusatio, quanam venia? Nulla amplius: hoc est enim signum odii ineffabilis. Nam quando Deum quidem nesciebas, quod ei esses inimicus, utcumque aliqua tibi danda erat venia: postquam autem beatitudinem et mel gustasti, si iis dimissis ad tuum revertaris vomitum, nihil aliud quam magna profers signa odii et contemptus. Non, inquit, sed necessitatem mihi affert natura: atque Christum quidem diligo, cogor autem a natura. Si necessitatem et vim sustineas, tibi dabitur venia: si autem ob socordiam cadis et negligentiam, minime.

*Peccata non fiunt ex necessitate.* — Age ergo hoc ipsum examinemus, peccatane fiant ex necessitate et violentia, an ex multa socordia et negligentia. *Non occides (Exod. 20. 13),* inquit. Quanam ergo necessitas? quanam vis eo adigit? Vis est ergo occidere. Quis enim sua sponte elegerit intingere ensen in gutture proximi, et cruentare dexteram? Nemo. Vides quod contra, peccare est magis necessitas et violentia? Iudidit enim Deus naturae nostrae quoddam amatorium, ut alter alterum invicem diligamus: *Omne enim, inquit, animal diligit simile sibi, et homo suum proximum (Eccli. 13. 19).* Vides quod ad virtutem semina habeamus a natura? Vitium autem est praeter naturam: si vitia magis dominantur, hoc est argumentum nostrae segnitiei magnae et ignaviae. Quid vero? quanam necessitas nos ducit ad adulterium? Certe, inquit, tyrannis libidinis. Quare, dic, quae? non licet tibi tua uti uxore, et libidinem sedare? Sed capior, inquit, quodam amore uxoris proximi. Non est hoc utique necessitatis: non est enim amor necessitatis: nemo amat necessitate, sed sponte et libera electione. Atque ad coitum quidem fortasse impellit necessitas; ut hanc autem aut illam ames, non est necessitatis: neque ea res est desiderium coitus, sed inanis gloria et contumelia, et quae modum excedunt deliciae. Nam utrum magis est rationi consentaneum, carne habere quae est desponsa, quae est socia filiorum procreationis, an eam quae non est cognita? nescitis quod consuetudines pariunt amicitias? Quamobrem non est naturae. Noli accusare concupiscentiam: data est propter matrimonium, exhibita est ad liberorum procreationem, non propter adulterium neque propter stuprum. Sciunt etiam leges ignoscere peccatis quae fiunt ex necessitate: imo vero nullum est peccatum quod fiat ex necessitate, sed omnia a contumelia. Non enim Deus sic fabricatus est naturam, ut necesse habeat peccare: alioqui si ita esset, non esset poena. De iis enim quae vi fiunt et necessitate, ne nos quidem exigimus rationem; nequum Deus qui est adeo clemens, benignus et bonus. Sed quid, furari est necessitatis? Etiam, inquires; hoc enim facit paupertas. Imo vero paupertas affert necessitatem operandi, non furandi. Paupertas ergo facit contrarium: furari enim est otii et desidiae; paupertas autem non solet parere otium et desidiam, sed laboris amorem. Quare illud quoque est segnitiei-

να. Ὅταν τὴν πίστιν διὰ τῶν ἔργων δείξωμεν, τότε τὸ πᾶν προστίθεται. Μᾶλλον δὲ καὶ ἄλλην ἔδωκε τιμὴν, τὸ ἴδιον αἶμα, καὶ πάλιν ἄλλην ὑπέσχετο. Καθ' ἅπερ εἰ πόλεμος εἶη, ἔθυσεν πρὸς ἔθνη διδόσιν ὀμήρους· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἔδωκε τὸν Ἰῶν αὐτοῦ, τῆς εἰρήνης καὶ τῶν σπονδῶν ἐνέχυρον, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐξ αὐτοῦ· οἱ γὰρ ὄντως Πνεύματος μετέχοντες, ἴσασιν ὅτι ἀρραβῶν τῆς κληρονομίας ἡμῶν ἐσσι. Τοιοῦτος ὁ Παῦλος ἦν, ἀντεῦθεν ἤδη τῶν ἐκεῖ γεγευμένος· διὸ καὶ ἠεσίγματο καὶ ὠδίνε τὰ ἐνθάδε ἀφεῖναι, καὶ ἕστηεν· ἕτεροι; γὰρ ὀφθαλμοῖς ἑώρα, πάντα τὸν νοῦν μεταστῆσας ἐκεῖ. Οὐ μετέχεις τῶν πραγμάτων· διὰ τοῦτο καὶ τῶν ῥημάτων ἐκπίπτεις. Εἰ μεταίχομεν πάντες Πνεύματος, ὡς μετέχειν ἔδει, καὶ τοὺς οὐρανοὺς ἑωρῶμεν καὶ τὴν γῆν κατὰστασιν. Ἀρραβῶν δὲ τίνος ἐστί; Τῆς ἀπολυτρώσεως, τῆς περιποιήσεως· ἡ γὰρ καθαρὰ ἀπολύτρωσις τότε γίνεται. Νῦν μὲν γὰρ καὶ ἐν κόσμῳ ἀναστρεφόμεθα, καὶ πολλὰ ἡμῖν ἀνθρώπινα συμπίπτει, καὶ μετὰ ἀσεβῶν ἔσμεν· ἡ δὲ καθαρὰ ἀπολύτρωσις, ὅταν μῆτε ἀμαρτήματα ἦ, μῆτε πάθη ἀνθρώπινα, μῆτε ἀναμιξὲ μετὰ πάντων ὦμεν, τότε ἐστί. Νῦν δὲ ἀρραβῶν. Καὶ γὰρ καὶ νῦν αὐτῶν ἀπέστημεν· οὐ γὰρ ἐστί τὸ πολιτεύεμα ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ νῦν ἐκτός ἔσμεν τῶν ἐναυθῶν· παροικοὶ γὰρ ἔσμεν καὶ νῦν. *Εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ.* Συνεχῶς τοῦτο τίθησι. Τί δὴ ποτε; Ὅτι ἱκανὸν πληροφορησάμενος τοὺς ἀκούοντας, [12] εἰ μὲν γὰρ ἡμῶν ἔνεκεν, φησί, ταῦτα ἐποίει, οὐκ ἂν ἦν ἀναμφίβολον· εἰ δὲ δι' αὐτὸν, καὶ ὥστε τὴν ἀγαθωσύνην αὐτοῦ δεῖξαι, ὥσπερ τινὰ μαρτυρίαν, αἰτίαν τίθησι τοῦ μὴ ἂν ἄλλως ταῦτα γενέσθαι· ἅπερ καὶ ἐπὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἄνω καὶ κάτω ὀρώμεν λεγόμενα. *Ποίησον ἡμῖν διὰ τὸ δρομά σου*· καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔλεγε· *Ποιῶ ἔνεκεν ἐμοῦ*· καὶ ὁ Μωϋσῆς, *Ποίησον ἡμῖν διὰ τὸ δρομί σου*, εἰ καὶ μηδενὸς ἔνεκεν ἑτέρου. Πληροφορεῖ γὰρ τοῦτο τοὺς ἀκούοντας καὶ ἀνίσει, μαθόντας· ὅτι διὰ τὴν οικίαν ἀγαθότητα πάντως ποιήσει, ἅπερ ἐπαγγέλλεται. Ἀλλὰ εἰ ῥαθυμῶμεν ἀκούοντες· εἰ γὰρ καὶ δι' αὐτὸν ποιεῖ, ἀλλ' ὅμως καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀπαιτεῖ. Εἰ γὰρ, *Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω*, φησί, *καὶ οἱ ἐξουθενούντές με ἐξουθετηθήσονται*· ἐνοήσωμεν, ὅτι καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἐπιζητεῖ. Ἐπαινὸς ἐστί τῆς δόξης αὐτοῦ τὸ τοὺς ἐχθροὺς σῶσαι, ἀλλ' ἐκείνους τοὺς μετὰ τὸ γενέσθαι φίλους μείναντας φίλους· ὡς, εἰ πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐχθρὰν ἐπανέλθοιεν, πάντα εἰκῆ καὶ μάστιγιν.

γ'. Ἐτερον γὰρ οὐκ ἐστί λουτρὸν, οὐδὲ καταλλαγὴ πάλιν δευτέρα, ἀλλὰ φοβερά τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζήλος ἐσθίειν μέλλοντος τοῦ ὑπεναντίου. Εἰ γὰρ μέλλοιμεν, ἀεὶ ἐχθραίνοντες αὐτῷ, ἀξιοῦσθαι παρ' αὐτοῦ συγγνώμης, οὐ παυσόμεθα ἐχθραίνοντες καὶ θρυπτόμενοι καὶ χείρους γινόμενοι, καὶ πετηρωμένοι τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης παραγενομένου. Βούλει λαβεῖν τὴν ἀκτίνα ἀνοίγουσάν σου τοὺς ὀφθαλμούς; Καλοῦς αὐτοὺς ἔργασαι, ὕγιεις, ἔξυδερκεῖς. Ἐδειξέ σοι τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν· ἂν πάλιν αὐτὸ φυγῶν, τῷ σκότει προσηρῶμεν, τίς ἐστὶ ἀπολογία, ποῖα συγγνώμη; Οὐδεμία λοιπὸν· μίτου; γὰρ ἐστὶν ἀρρήτου τοῦτο σημεῖον. Ὅτε μὲν γὰρ οὐκ ἔδειξεν τὸν Θεὸν, ἐχθραίνων αὐτῷ, ὅπως δὴ ποτέ τινα συγγνώμην εἶχες· ἐπειδὴ δὲ ἐγεύσω τῆς χρηστότη-

τος; καὶ τοῦ μέλιτος, ἂν πάλιν ἀφελῆς, ἐπὶ τὸν ἔμετον ἔλθης τὸν αὐτοῦ, οὐδὲν ἕτερον ἀλλ' ἢ μεγάλου μίσους καὶ καταφρονήσεως ἐκφέρεις σημεῖα. Οὐ, φησὶν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς φύσεως ἀναγκάζομαι· φιλοῦ μὲν οὖν τὸν Χριστὸν, ἀναγκάζομαι δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως. Εἰ ἀνάγκην καὶ βίαν ὑπομένεις, ἔξεις συγγνώμην· εἰ δὲ ἀπὸ ῥαθυμίας καταπίπτεις, οὐκέτι.

Φέρε οὖν, αὐτὸ δὴ τοῦτο ἐξετάσωμεν, πότερον ἐξ ἀνάγκης καὶ βίας τὰ ἀμαρτήματα γίνεται, ἢ ἀπὸ ῥαθυμίας καὶ ὀλιγωρίας πολλῆς. Οὐ φονεύσεις, φησί. Ποῖα τοῦτο ἀνάγκη, ποῖα βία; Βία μὲν οὖν ἐστί τὸ φονεύειν. Τίς γὰρ ἂν ἡμῶν ἔλοιτο βαπτίσει ξίφος εἰς τὸν λαίμην τοῦ πλησίον, καὶ αἰμάξει τὴν δεξιάν; Οὐδὲ εἷς. Ὅρας ὅτι τούναντίον, ἀνάγκη τὸ ἀμαρτάνειν μᾶλλον ἐστί καὶ βία; Ἐνέθηκε γὰρ ὁ Θεὸς φίλτρον τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ, ὥστε ἀλλήλους ἀγαπᾶν· *Ἦν γὰρ*, φησί, *ζῶον ἀγαπᾶ τὸ δμοιον αὐτοῦ, καὶ ἀνθρώπος τὸν πλησίον αὐτοῦ.* Ὅρας ὅτι πρὸς τὴν ἀρετὴν ἔχομεν ἀπὸ τῆς φύσεως σπέρματα; Τὰ δὲ τῆς κακίας παρὰ φύσιν ἐστίν· εἰ δὲ ταῦτα μᾶλλον κρατεῖ, τῆς πολλῆς ἡμῶν νοθείας τοῦτο τεκμήριον. Τί δὲ τὸ μοιχεύειν; ποῖα [15] ἀνάγκη ἐπὶ τοῦτο ἄγει; Ναί, φησὶν, ἡ τῆς ἐπιθυμίας τυραννίς. Διὰ τί, εἰπέ μοι; οὐ γὰρ ἔνεστι τῇ οικίᾳ κεχηρῆσθαι γυναικί, καὶ παῦσαι τὴν τυραννίδα; Ἀλλ' ἔρωις μὲ τις λαμβάνει τῆς τοῦ πλησίον, φησί, γυναικὸς. Οὐκέτι τοῦτο ἀνάγκης· ἔρωις γὰρ οὐκ ἐστὶν ἀνάγκης· οὐδεὶς ἀνάγκη φιλεῖ, ἀλλὰ προαιρέσει καὶ ἔκοντι. Ἐὐ μὲν οὖν μίγνυσθαι ἀνάγκη ἴσως· τὸ δὲ τῆνδε φιλεῖν ἢ τῆνδε, οὐκ ἀνάγκης· οὐδὲ ἐπιθυμία μίξεως τὸ πρᾶγμα ἐστίν, ἀλλὰ κενοδοξία καὶ ὕβρις καὶ πέρα τοῦ μέτρου τρυφή. Ποῖον γὰρ, εἰπέ μοι, κατὰ λόγον ἐστί; τὴν κατεγγυηθεῖσαν, τὴν κοινωνοῦσαν παιδοποιίας, ταύτην ἔχειν, ἢ τὴν οὐκ ἐγνωσμένην; οὐκ ἴσται, ὅτι αἱ συνήθειαι τὰς φιλίας τίκτουσιν; Ὅστε οὐ τῆς φύσεώς ἐστί. Μὴ αἰτιῶ τὴν ἐπιθυμίαν· ἢ γὰρ ἐπιθυμία διὰ γάμον ἐδόθη, διὰ παιδοποιίαν παρεσχέθη, οὐ διὰ μοιχείαν οὐδὲ διαφθοράν. Ἴσασιν καὶ οἱ νόμοι τοῖς ἐξ ἀνάγκης συγγινώσκειν ἀμαρτήμασι· μᾶλλον δὲ οὐδὲν ἐστὶν ἀμόρτημα ἐξ ἀνάγκης γινόμενον, ἀλλὰ πάντα ἀπὸ ὕβρεως. Οὐ γὰρ οὕτως ὁ Θεὸς τὴν φύσιν ἐδημιούργησεν, ὡς ἀνάγκην ἔχειν ἀμαρτάνειν· ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἦν, κόλασις οὐκ ἦν. Τῶν γὰρ κατὰ ἀνάγκην καὶ βίαν οὐδὲ ἡμεῖς ἀπαιτούμεν λόγον, μήτιγε ὁ Θεὸς ὁ οὕτω φιλόανθρωπος καὶ ἀγαθός. Ἀλλὰ τί; τὸ κλέπτειν ἀνάγκης ἐστί; Ναί, φησὶν· ἢ γὰρ πενία τοῦτο ποιεῖ. Ἡ πενία ἐργάζεσθαι μᾶλλον ἀναγκάζει, οὐ κλέπτειν. Ἡ πενία τοίνυν τούναντιον ποιεῖ· τὸ γὰρ κλέπτειν, ἀργίας ἐστίν, ἢ δὲ πενία οὐκ ἀργίαν, ἀλλὰ φιλοπονίαν<sup>a</sup> τίκτειν εἰώθειν. Ὅστε καὶ τοῦτο ῥαθυμίας ἐστί. Καὶ ὡδε μάθης· τί γὰρ, εἰπέ μοι, δυσκολώτερον, τί δὲ ἀηδέστερον, τὰς νύκτας ἀγρυπνοῦντα περιμέναι, καὶ τοίχους διορύττειν, καὶ ἐν σκότει βαδίζειν, καὶ τὴν ψυχὴν ἔχειν ἐν χερσὶ, καὶ πρὸς φόνον παρατετάχθαι, καὶ τρέμειν, καὶ τεθηγκέναι τῷ δέει, ἢ πόνοις προσέχειν καθημερινοῖς, καὶ ἀσφαλείας ἀπολαύειν μετὰ ἀδείας; Τοῦτοι εὐκολοὶ· καὶ ὅτι τοῦτο εὐκολον, οἱ πλείους τοῦτο πράττουσιν, ἢ ἐκείνο.

<sup>a</sup> Eshl, φιλοπρωχίαν. Pectē anguratus est Savilius legendum esse φιλοπονίαν. Nam miss. sic habent, et sic se tēs desiderare videtur.

δ. Ὁρᾷ; ἔτι κατὰ φύσιν μὲν ἡ ἀρετὴ, παρὰ φύσιν δὲ ἡ κακία, καθάπερ ἡ νόσος καὶ ἡ ὑγεία; Τί δὲ τὸ ψεύδασθαι καὶ ἐπιπορεύειν, ποίαν ἂν ἔχοι ἀνάγκην; Οὐδέμιαν, οὐδὲ βίαν, ἀλλ' ἐκόντες ἐπὶ τοῦτο ἐρχόμεθα. Ἀπιστούμεθα, φησὶν. Ἀπιστούμεθα, ἐπειδὴ βουλόμεθα· ἐξῆν γὰρ ἀπὸ τοῦ τρόπου πιστεῦσθαι μᾶλλον ἡμᾶς, ἢ ἀπὸ τῶν ὄρκων. Διὰ τί γὰρ, εἰπέ μοι, τοῖς μὲν οὐδὲ ὁμνύουσι πιστεῦσθαι, τοῖς δὲ καὶ χωρὶς ὄρκων πιστοῦ; Ὁρᾷ; ὅτι οὐδαμοῦ χρεῖα ὄρκων; Ἄν ὁ δεῖνα εἴπη, φησὶ, καὶ χωρὶς ὄρκων πιστεύω· σοὶ δὲ οὐδὲ μεθ' ὄρκων, Ἄρα περιττὸν ὁ ὄρκος, καὶ τοῦτο μᾶλλον ἀπιστίας, ἢ πίστεως τεκμηρίον, [14] Τὸ γὰρ εὐκόλον εἶναι πρὸς τὸ ὁμῶσαι οὐκ ἀφήσει δόξαν εὐλαβείας ἔχειν. Ὅστε ὁ μάλιστα συνεχῶς τῷ ὄρκῳ κεχηρημένος, οὗτος οὐδαμοῦ τοῦ ὄρκου τὴν χρεῖαν ἔχει ἀναγκαίαν· ὁ δὲ μηδαμοῦ κεχηρημένος, αὐτὸς αὐτοῦ τῆς χρεῖας ἀπολαύει. Χρεῖα ὄρκου πρὸς τὸ πιστεῦσθαι λοιπόν; Οὐδαμῶς· ὀρώμεν γὰρ, ὅτι οἱ μὴ ὁμνύοντες, οὗτοι μᾶλλον πιστεύονται. Ἄλλὰ τί; τὸ ὑβριστὴν εἶναι ἀνάγκης ἐστὶ; Ναί, φησὶν· ὁ γὰρ θυμὸς ἐξάγει, καὶ φλέγει, καὶ οὐκ ἀφήσει τὴν ψυχὴν ἡρεμεῖν. Οὐ τοῦ θυμοῦ ἐστίν, ἀνθρώπε, ἀλλὰ τῆς μικροψυχίας· τὸ ὑβρίζειν· εἰ δὲ θυμοῦ ἦν, πάντες ἀνθρώποι ὀργιζόμενοι, οὐκ ἂν διέλειπον ὑβρίζοντες. Θυμὸν ἔχομεν, οὐχ ἵνα ὑβρίζωμεν τοὺς πλησίον, ἀλλ' ἵνα τοὺς ἀμαρτάνοντας ἐπιστρέφωμεν, ἵνα διανοιστώμεθα, ἵνα μὴ νωθεῖς ὦμεν. Ὅσπερ τι κέντρον ἔγκειται ἡμῖν ὁ θυμὸς, ἵνα κατὰ τοῦ διαβόλου βρούχωμεν τοὺς ὀδόντας, ἵνα σφοδροὶ ὦμεν πρὸς αὐτὸν, οὐχ ἵνα κατ' ἀλλήλων στῶμεν. Ὅπλα ἔχομεν, οὐχ ἵνα ἡμᾶς αὐτοὺς πολεμῶμεν, ἀλλ' ἵνα κατὰ τοῦ πολεμίου χρώμεθα τῇ παντευχίᾳ. Ὁργίλος εἶ; Ἔσο κατὰ τῶν ἀμαρτημάτων τῶν σαυτοῦ τοιοῦτος, ἐπιπληττε τῇ ψυχῇ, μάστιζε τὸ συνεῖδός, σφοδρὸς ἔσο κριτῆς καὶ πικρὸς δικαστῆς τοῖς οικείοις ἀμαρτήμασι. Τοῦτο τῆς ὀργῆς τὸ κέρδος· διὰ τοῦτο ἡμῖν αὐτὴν ἐνέθρηνεν ὁ θεός. Ἄλλ' ἡ ἀρπαγὴ ἐξ ἀνάγκης ἐστίν; Οὐδαμῶς· ποία γὰρ ἀνάγκη τὸ ἀρπάξαι, εἰπέ μοι; ποία βία; Πενίτι, φησὶ, ποιεῖ, καὶ τὸ δέος τῶν ἀναγκαίων. Διὰ τοῦτο μὲν οὐκ ὀφείλεις ἀρπάξαι· οὐ γὰρ ἀσφαλῆς ὁ τοιοῦτος πλοῦτος. Σὺ δὲ ταυτὸν ποιεῖς, ὥσπερ ἂν εἰ τις ἐρωτηθεῖς, τί δήποτε εἰς ἄμμον τὰ θεμέλια τῆς οἰκίας καταβάλλοι, εἴποι, ὅτι διὰ τὸν κρυμὸν, διὰ τὸν ὑετὸν. Διὰ τοῦτο μὲν οὐκ εἰς ἄμμον οὐκ ἔχρη καταβάλλειν· ἀναστρέφει γὰρ αὐτὰ ταχέως καὶ ὑετός καὶ πνεύματα καὶ ἀνεμος. Ὅστε εἰ πλουτεῖν θέλεις, μὴ πλεονέκτει. Εἰ παιστὶ βούλει παραδοῦναι πλοῦτον,

<sup>a</sup> Jam sæpe diximus μικροψυχίαν apud ecclesiasticos scriptores passim significare simultatem et disensionem.

δίκαιον κτῆσαι, εἰ γέ τις ἐστὶ τοιοῦτος· οὗτος γὰρ μένει, καὶ βέβαιος ἕστηκεν· ὁ δὲ μὴ τοιοῦτος ταχέως ἀπόλλυται καὶ διαφθείρεται. Πλουτεῖν θέλεις, εἰπέ μοι, καὶ τὰ τῶν ἄλλων λαμβάνεις; Καὶ μὴν τοῦτο οὐκ ἐστὶ πλοῦτος, ἀλλὰ τὸ τὰ ἴδια κατέχειν· ὁ δὲ τὰ ἀλλότρια ἔχων, οὐκ ἂν εἴη πλούσιος· ἐπεὶ οὕτω γὰρ ἂν καὶ οἱ τὰ σερικὰ πωλοῦντες, ἱμάτια παρ' ἑτέρων λαμβάνοντες, καὶ εὐπωρότεροι καὶ πλουσιώτεροι πάντων λέγοινο ἂν· καίτοι γε αὐτῶν ἐστὶ τέως; ἀλλ' ἔμωσ αὐτοὺς οὐ καλοῦμεν πλουσίους. Τί δῆποτε; Ὅτι τὰ ἀλλότρια ἔχουσιν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ ἱμάτια αὐτῶν τυγχάνει, ἀλλ' ἡ τιμὴ οὐκ αὐτῶν· εἰ δὲ καὶ ἡ τιμὴ αὐτῶν, ἀλλ' οὗτος πλοῦτος οὐκ ἐστὶ. Εἰ δὲ τὰ συμβόλαια διδόμενα οὐ ποιεῖ πλουσίους, διὰ τὸ ταχέως ἡμᾶς αὐτῶν ἀφίστασθαι, τὰ ἐξ ἀρπαγῆς πῶς ποιεῖ πλουσίους; [15] Εἰ δὲ καὶ ὄλω; ἐπιθυμεῖς πλουτεῖν (οὐ γὰρ ἀνάγκης τὸ πράγμα); τίνας ἀπολαύσαι βουλόμενος πλείονος; Ἄρα ζωῆς μακροτέρας; Καὶ μὴν οἱ τοιοῦτοι ταχέως ὀλιγοχρόνιοι γίνονται. Πολλάκις γὰρ δίκην διδάσει τῆς ἀρπαγῆς καὶ τῆς πλεονεξίας τὸν ἄωρον θάνατον καὶ τὸ τῶν κτημάτων μὴ ἀπολαύσαι, ἀλλὰ μικρὸν, καὶ τὴν γέενναν ἀπειθεῖν λαθόντας· πολλάκις δὲ καὶ ἀπὸ τῆς τρυφῆς καὶ ἀπὸ τῶν πόνων καὶ ἀπὸ τῶν φροντίδων νόσους τεκόντας ἢ ἀπώλοντο. Ἡβουλόμην μαθεῖν τίνας ἔνεκον ὁ πλοῦτος διεσπούδαται τοῖς ἀνθρώποις. Καίτοι ὁ θεὸς διὰ τοῦτο τῇ φύσει μέτρον καὶ ὄριον ἔθηκεν, ἵνα μηδεμίαν ἔχωμεν ἀνάγκην τοῦ τὸν πλοῦτον ἐπιζητεῖν, οἷον ἐνὶ ἱματίῳ ἢ καὶ δευτέρῳ περιβάλλεσθαι τὸ σῶμα ἐκέλευσε, καὶ περιττοῦ οὐ χρεῖα πρὸς τὴν σκέπη. Τίνας ἔνεκον τὰ μυρία ἱμάτια, καὶ τὰ σπηδῶντα; Μέτρον ὀρισμένον ἐστὶ τῆς γαστροῦς, καὶ πέρα τοῦτου δοθὲν ἐξ ἀνάγκης διέφθειρε τὸ πᾶν ζῶον· τίνας ἔνεκον αἱ ἀγέλαι καὶ τὰ ποίμνια καὶ αἱ τῶν κρεῶν κατακοπαί; Μίδς στέγης χρῆζόμεν· τίνας ἔνεκον οἱ περιβολοὶ, καὶ τὰ πολυτελῆ οἰκημάτων; ἵνα γυψες καὶ κολοῖα κατοικῶσι, τοὺς πένητας ἀποδύεις; Καὶ πόσης οὐκ ἄξια ταῦτα γέεννης; Πολλοὶ πολλάκις εἰς τόπους, οὓς οὐδὲ εἶδον, κίσει καὶ λίθοις πολυτίμοις οἰκαδομήματα ἐξαστράπτοντα κατεργάζονται (τί γὰρ οὐκ ἐμηχανήσαντο;) καὶ οὐδὲ αὐτοὶ ἀπέλασαν, οὐδὲ ἄλλοι τινές· ἢ γὰρ ἐρημία οὐκ ἀφήσει αὐτοὺς ἀπειθεῖν· καὶ οὐδὲ οὕτως ἀφίστανται. Ὁρᾷ; ὅτι οὐδὲ χρηματισμοῦ ἔνεκον ταῦτα γίνονται; Ἄλλα πάντων τούτων ἀνοία καὶ ἀλογία καὶ κενοδοξία αἰτία ἦν, παρακαλῶ, φύγωμεν, ἵνα τὰ ἄλλα φυγεῖν δυναθῶμεν κακὰ, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν τυχεῖν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

<sup>b</sup> Αἱ μὴ, νόσοις περιπεσόντες.

tici et recordari. Idque sic didiceris : quid enim, dic, quæso, est difficilius, quid injucundius, nocturne obire vigilantem et muros perfodere et in tenebris ambulare, et animam habere in manibus, et instructum esse ad cædem, et tremere et mori metu; an quotidianis operam dare laboribus, et in tuto esse cum securitate? Hoc est facile : et quia hoc est facile, plures hoc faciunt, quam illud.

4. *Virtus est secundum naturam, vitium contra naturam. Juramentum est supervacaneum. Contra avaritiam et rapiendi cupiditatem.* — Vides quod secundum naturam quidem sit virtus, præter naturam autem vitium, sicut morbus et sanitas? Quid vero mentiri et pejerare, quamnam habeant necessitatem? Nullam, nec vim; sed lubenter ad id venimus. Nobis, inquit, fides non habetur. Fides non habetur, quoniam volumus : licebat enim nobis magis fidem haberi ex moribus, quam ex juramentis. Nam cur, dic mihi, aliis ne jurantibus quidem credimus; alios autem etiam injuratos fide dignos censemus? Vides quod nequaquam opus sit juramentis? Si hic aut ille, inquit, dixerit, credo etiam injurato; tibi autem, nec si juraveris. Est ergo juramentum supervacaneum; et hoc est magis argumentum incredulitatis quam fidei. Proclivem enim esse ad jurandum, non sinit ut bona concipiatur opinio pietatis. Quare qui maxime jurejurando assidue utitur, is juramenti usum nequaquam habet necessarium : qui autem minime utitur, is ejus usu fruitur. Juramentone opus est ut credatur? Minime : videmus enim quod qui non jurant, iis maxime creditur. Sed quid? contumeliosum esse est necessitatis? Certe, inquit : movet enim ira et inflammat, nec sinit ut quietus et tranquillus sit animus. Contumelia afficere, o homo, non est iræ, sed simultatis : si autem esset iræ, omnes homines irascentes non intermitterent contumelia afficere. Iram habemus, non ut proximos contumelia afficiamus, sed ut eos qui peccant convertamus, ut nos excitemus, ne simus ignavi et hebetes. Ira nobis inest tamquam quidam stimulus, ut adversus diabolum dentibus strideamus, ut in eum simus vehementes : non ut alter in alterum stemus. Arma habemus, non ut nos ipsos bello impetamus, sed ut adversus hostem utamur armatura. Esne iracundus? Sis talis adversus tua peccata, increpa animum, flagella conscientiam : sis vehemens iudex, et acerbus arbiter in tua peccata. Hoc est lucrum iræ : propterea Deus eam nobis indidit. At rapina est ex necessitate? Nequaquam : quid enim est, dic quæso, necesse rapere? quænam vis te impellit? Paupertas, inquit, et timor de rebus necessariis. Tu propterea quidem certe non debes rapere : non sunt enim stabiles et firmæ ejusmodi divitiæ. Tu autem idem facis; atque si quis rogatus cur in arena domus fundamenta ja-

ciat, dicat, Propter frigus et propter pluviam. Propter hoc quidem certe non oportebat fundamenta jacere in arena : ea enim cito evertunt et procellæ et venti. Quare si vis esse dives, ne sis avarus, nec plura habendi cupidus. Si vis filiis tradere divitias, posside justas, si ullæ sint tales : cæ enim manent, stantque firmæ ac stabiles; quæ autem non sunt ejusmodi, cito pereunt et intereunt. Dic mihi, vis esse dives, et quæ sunt aliorum accipere? Atqui hoc non est divitiæ, sed possidere quæ sunt propria : qui autem habet aliena, non fuerit dives. Nam sic etiam qui vendunt serica, et vestimenta ab aliis accipiunt, opulentiores et ditiores dici poterunt : quamvis ad tempus eorum sint : sed tamen eos non appellamus divites. Quamobrem? Quoniam habent quæ sunt aliena. Nam etsi eorum sunt vestimenta, non est tamen eorum pretium : quod si etiam sit eorum pretium, non sunt hæc divitiæ. Si autem quæ dantur mutua non faciunt divites, eo quod nos cito ab eis recedamus : quæ sunt ex rapina quomodo faciunt divites? Si autem vis omnino esse dives; noque enim ea res est necessitatis : quamam re vis frui ampliore? vitæ longiori? Atqui qui tales sunt, mox sunt vitæ brevis. Sæpe enim dant poenas rapinæ et avaritiæ, quod morte immatura moriantur, et quod possessionibus non fruantur nisi parum, et gehenna accepta excedant : sæpe etiam ex deliciis et ex laboribus et ex sollicitudinibus morbis partis perierunt. Vellem scire quam de causa studium ponunt homines in divitiis. Atqui Deus propterea naturam modam posuit et terminum, ne ullam habeamus necessitatem requirendi divitias : nempe veste una aut altera jussit corpus indui, nec eo, quod est supervacaneum, opus est ad tegumentum. Quorsum vestes innumerabiles, et quæ excedunt a tuncis? Ventri certus modus est constitutus, et quod ultra eum fuerit datum, necessario perdit et corrumpit omne animal : quorsum greges et oves, et carniam dissectiones? Uno tecto opus habemus : quamam de causa sunt ambitus et ambulacra, sumptuosaque et magnifica ædificia? ut vultures et graculi habitent, pauperes exuis? Quantam merentur hæc gehenam? Et sæpe multi in locis quæ ne viderunt quidem, efficiunt columnas, et lapides valde pretiosos, et fulgurantia ædificia (quid enim non sunt machinati?) et nec ipsi quidem his usi sunt, nec ulli alii : solitudo enim non sinit eos abire; et ne sic quidem desistunt. Vides quod nec hæc quidem ut iis utantur faciant? Sed horum omnium causa est amentia, et rationis defectus, et gloria inanis : quam rogo vos ut fugiamus, ut alia quoque mala possimus fugere, et consequi bona promissa iis qui ipsum diligunt, in Christo Jesu Domino nostro.

παλαιὸν, μηδὲν ἄγριον, μηδὲν ἀνήμερον, μηδὲν ὠμόν.  
Τοιαῦτα γὰρ τὰ νεόφυτα πρὸς καρπὸν ἐστὶν ἐπιτή-  
δεια, καρπὸν δὲ τὸν θαυμαστὸν, τὸν τῆς ἐλαίας λέγω,  
καὶ ἰσχυρά ὥστε πάντας γενέσθαι κύκλω τῆς τραπέ-  
ζης, καὶ μὴ εἰκὴ μηδὲ ὡς ἔτυχεν ἐνταῦθα συνέρχε-  
σθαι, ἀλλὰ μετὰ φόβου καὶ δέους. Οὕτω γὰρ καὶ αὐτὸν  
ἔψεσθε ἐκεῖ τὸν Χριστὸν μετὰ παρῆσας, καὶ τῆς  
οὐρανόου ἀξιώθησεσθε βασιλείας· ἥς γένοιτο πάντας  
ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου  
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ  
ἀγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ  
εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

male olente densculari nolueris; cæli autem Regem festenti et male olenti anima oscularis? Id plane est contumelia. Dic mihi, vellesne ad sacrificium manibus illotis accedere? Non opinor; sed malles potius prorsus non accedere, quam sordidis manibus. Itane cum in re parva sis adeo reverens et religiosus, sordidam et immundam habens animam, accedis et audes tangere? Atqui ad tempus quidem tenetur manibus; in illam autem totus et integer resolvitur. Quid vero? annon vides vasa sic abluta? adeo nitida et splendida? His longe mundiores nobis oportet esse animas, his sanctiores et splendidiore. Quare? Quoniam illa propter nos sunt talia. Illa cum qui incest non participant, non sentiunt; nos autem participamus et sentimus. Nunc autem vase quidem sordido et immundo uti nolueris, sordida autem accedis anima? Multam video rei inæqualitatem. In aliis quidem temporibus, cum ne mundi quidem sæpe sitis, acceditis; in Paschate autem etiamsi aliquod scelus a vobis sit admissum, acceditis. O consuetudinem, o præsumptionem! Frustra est quotidianum sacrificium, frustra adstamus altari: nemo est qui participet. Hæc dico, non ut temere participetis, sed ut vos dignos reddatis. Non es dignus sacrificio, neque participatione? Ergo nec prece. Audis præconem stantem et dicentem: *Quicumque estis in penitentia, abite*. Omnes qui non participant, sunt in penitentia. Si es ex iis qui sunt in penitentia, non debes participare: nam qui non participat, est in penitentia. Cur ergo dicit, *Abite, qui non potestis precari*; tu autem stas impudenter? At non es ex his, sed ex iis qui possunt participare, et nihil curas? rem nihil esse putas?

5. Considera, quæso. Adest mensa regia, adsunt angeli ministrantes, adest Rex ipse, et tu stas oscitans? vestes tibi sunt sordidæ, et nulla a te hujus habetur ratio? At sunt munda? Accumbe ergo, et participa. Venit quotidie ut videat accumbentes, omnes alloquitur: et nunc in vestra dicit conscientia, Amici, quomodo hic statis non habentes vestem nuptialem (*Matth. 22. 12*)? Non dixit, Cur accubuisti? sed ante accubitum et ingressum cum dicit esse indignum: non dixit enim, Cur accubuisti? sed, Cur intrasti? Hæc ergo nunc quoque dicit nobis omnibus, qui impudenter et inverecunde stamus. Quicumque enim mysteriorum non est particeps, is impudens stat et nimis audacter. Qui sunt in peccatis, propterea priores ejiciuntur. Sicut enim cum dominus adest in mensa, non oportet adesse famulos qui offenderunt, sed procul amandantur: ita hic quoque cum effertur sacrificium, et Christus sacrificatur, et ovis Dominica: quando audieris, *Oremus omnes communiter*, quando videris trahi eas quæ in ostiis sunt cortinas, tunc existima cælum superne diduci, et descendere angelos. Quemadmodum ergo nullum oportet adesse ex iis qui mysteriis non sunt initiati, ita nec ex iis qui sunt initiati et sordidi. Dic mihi, si quis ad con-

vivium invitatus manus laverit et accubuerit et ad mensam paratus fuerit, et deinde non fuerit ejus particeps, annon contumelia afficit eum qui invitavit? annon esset melius eum ne adfuisse quidem? Ita tu quoque adfuisi: hymnum cantasti, cum dignis omnibus te es professus, eo quod cum indignis non recesseris: quomodo mansisti et mensæ non es particeps? Sum, inquit, indignus. Ergo illa quoque communionem et societatem quæ est in precibus es indignus. Non enim solum per proposita, sed etiam per cantica undique descendit Spiritus. Non vides famulos nostros mensam spongia lavantes, et demum mundantes, et discos mensæ imponentes? Hoc fit per preces, per clariorem præconis: tanquam spongia lavamus ecclesiam, ut in munda ecclesia sint omnia proposita, ut nulla sit macula, nulla ruga. Sunt et oculi eorum indigni his spectaculis, et aures indignæ. *Et si bestia, inquit, montem tangat, obruetur lapidibus (Exod. 19. 13)*. Adeo nec digni quidem erant qui ascenderent: atqui postea etiam accesserunt, et viderunt ubi steterat Deus. Licet postea accedere, et videre: sed quando adfuerit, abi: non enim tibi magis licet, quam catechumeno. Non sunt enim paria, sacramenta nondum esse assequutum, et postquam fueris assequutus, et offenderis, despiciere et ea re te indignum reddere. Licebat plura terribiliora dicere, sed ne mentem vestram gravem, hæc sufficiunt: nam qui his non castigantur, ii nec pluribus. Ne ergo vobis majus faciamus iudicium, rogo quidem vos, non ut non adsitis, sed ut præsentia et aditu vos reddatis dignos. Dic mihi, si rex jusserit et dixerit, Si quis hoc agit, a mea mensa absteineat, annon pro hoc omnia feceritis? In cælos nos vocavit ad mensam Regis magni et admirabilis, et recusamus et cunctamur, et ad eam rem non accurrimus? et quænam est nobis spes salutis? Non licet causari imbecillitatem, nec culpam conferre in naturam: socordia solum et ignavia nos reddit indignos. Hæc quidem dicta sunt a nobis: qui autem compungit corda, qui dat spiritum compunctionis, compungat corda vestra, et in profundum immittat semina, ut ex timore ejus concipiatis et pariatis spiritum salutis, et cum fiducia accedatis. *Filius enim, inquit, tui tanquam novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ (Psalm. 127. 5)*. Nihil sit vetus, nihil immitte, nihil crudum. Hujusmodi enim novellæ plantationes aptæ sunt ad fructum, fructum admirandum, oleæ, inquam, fructum: et fortes sunt et validæ, ut sint omnes in circuitu mensæ, neque temere et forte fortuna conveniant, sed cum metu et timore. Sic enim et ipsum Christum illic videbitis cum fiducia, et cælesti regno digni reddemini: quod detur nobis omnibus consequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA IV.

Cap. 2. v. 1. *Et vos cum essetis mortui delictis et peccatis vestris, 2. in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiae, 3. in quibus et nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostrae, facientes voluntatem carnis et cogitationum, et eramus natura filii irae sicut et ceteri.*

1. Est quidem mortificatio corporalis, est autem et animalis: et illius quidem esse participem, nec est crimen nec periculum: res enim est naturæ, non instituti animi et liberi arbitrii. Nam et orta est ex transgressione protoplasti, et res deinde decidit in naturam: alioqui autem etiam cito solvetur. Ipsa vero mortificatio animalis, cum sit instituti animi et liberi arbitrii, crimen habet et nullam solutionem. Vide ergo quomodo Paulus cum jam valde magnum ostendisset, et quod majus sit morte affectæ mederi animæ quam suscitare mortuos, nunc quoque sic ponit tanquam magnum: *Et vos cum essetis, inquit, mortui delictis et peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis, secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiae.* Vides Pauli mansuetudinem, et quomodo ubique consolatur auditorem, cum non onerans? Nam quoniam dixerat eos ad extremum usque vitium esse proVectos (hoc enim est esse morte affectos); ne eos valde gravaret (nam pudore afficiuntur homines, cum priora mala afferuntur in medium, etiamsi sint absoluta, et nullum habeant periculum), dat eis adjutorem, ne existimaretur totum eis esse imputandum, et adjutorem fortem. Quemnam? Diabolum. Sic etiam facit in Epistola ad Corinthios: nam cum dixisset, *Nolite errare, neque fornicatores, neque idololatræ;* et reliqua omnia recensisset, et subjunxit, et, *Regnum Dei non possidebunt;* tunc quoque dicit: *Et hæc quidem fuistis* (1. Cor. 6. 9. sqq.). Non dixit absolute fuistis, sed, *τοὶ ἦτε*, id est, *Aliqui fuistis*, hoc est, sic quodammodo fuistis.

*Manichæi carpuntur.* — Illic hæretici hæc de Deo dicta esse acriter contendunt, et effrenatam linguam longe exerentes, hæc Deo adaptant que sunt solius diaboli. Quomodo ergo os eis obstruemus? Ex ipsis verbis. Nam si est justus, sicut dicitis, hæc autem gessit; hæc res non est justi, sed valde injusti et scelerati: Deus autem nunquam fuerit sceleratus. Cur vero dicit eum principem sæculi hujus? Quoniam tota fere humana natura se ipsam illi dedit, et omnes sua sponte ei serviunt et ex libero animi arbitrio. Et Christo quidem bona promittenti innumerabilia ne animum quidem adhibet quispiam: illi autem nihil tale pollicenti, sed ad gehennam transmittenti, cedunt omnes. Et principatus ejus est in hoc sæculo, et is plures habet quam Deus, et ei magis cedentes quam Deo, præter paucos, propter nostram socordiam. *Secundum potestatem, inquit, aerii spiritus.* Hoc rursus dicit, quod locum habet sub caelo, et spiritus rursus aerii sunt incorporeæ

potestates eo operante. Nam quod sæcularis sit ejus principatus, hoc est, qui cum præsentī sæculo dissolvitur, audi eum dicentem in fine epistolæ: *Nec est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem, sed adversus principes et potestates, et adversus mundi rectores tenebrarum hujus sæculi* (Ephes. 6. 12). Nam ne cum audieris, *Mundi rectores*, dicas etiam ipsum esse increatum, addit, *Tenebrarum sæculi.* Alibi etiam nequam sæculum (Gal. 1. 4) vocat tempus perversum, non dicens de creaturis. Mili enim videtur, quod si fuisset princeps sub caelo, non fuisset casurus a principatu, etiam post transgressionem. *Qui nunc operatur in filios diffidentiae.* Vides quod non vi inducit nec tyrannide, sed persuasione? Dixit enim ἀπειθεῖα, ac si dicas, deceptione et persuasione omnes attrahit. Nec hoc solum eos consolatur, quod dederit socium, sed etiam quod se cum illis ponat. *In quibus, inquit, et nos omnes aliquando conversati sumus.* Omnes: non enim licet dicere quod exemptus esset aliquis. *In desideriis carnis nostrae, facientes voluntatem carnis et cogitationum, et eramus natura filii iræ, sicut et ceteri omnes.* Hoc est, nihil spirituale sapientes. Sed ne carnem in invidiam vocet et odium, neque magnum existimes delictum, vide quomodo sibi caveat. *Facientes, inquit, voluntatem carnis et cogitationum nostrarum,* hoc est, voluptatis affectiones et motus, Deum irritavimus et ad iram provocavimus: hoc est, ira fuimus, et nihil aliud. Quemadmodum enim qui est filius hominis, est homo natura, ita nos quoque sicut et ceteri iræ filii eramus: id est, nullus liber erat, sed omnes que ira Dei digna erant faciebamus. 4. *Deus autem, qui dives est in misericordia.* Non dixit absolute, *Misericors*, sed, *Dives in misericordia*, sicut et alibi dicit, *In multitudine misericordiarum tuarum;* et rursus, *Miserere mei secundum magnam misericordiam tuam* (Psal. 68. 17. et 50. 1). *Propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos.* Undenam nos dilexit ostendit. Hæc enim non merentur dilectionem, sed iram et extremum supplicium. Et hoc ergo ex multa misericordia. 5. *Et cum essemus mortui in delictis, convivificavit in Christo.* Rursus Christus est medius, et res est fide digna. Si enim primitivæ vivunt, et nos: vivificavit et illum, et nos.

2. Vides quod omnia dicta sint de eo, quod est secundum carnem? Vidisti exsuperantem ejus potentie magnitudinem in nos qui credimus? quæ mortui eramus et filii iræ, hos vivificavit. Vidisti spem vocationis? 6. *Conresuscitavit et consedere fecit.* Vidisti gloriam ejus hereditatis? Etiam, inquires, *Conresuscitavit quidem, est manifestum; illud vero, Consedere nos fecit in cælestibus in Christo Jesu, quomodo stat?* Ut illud, *Conresuscitavit:* nullus enim adhuc est suscitatus, nisi quod, cum cæci resurrexerit, nos quoque sumus suscitati: sicut illic quoque cum Jacob adorasset, uxor quoque adoravit Joseph. Sic ergo fecit quoque consedere: sedente enim capite sedet quoque corpus. Propterea etiam subjunxit, *In Christo Jesu.* Aut si hoc non ita sit, sed conve-



## [25] ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

Και ἡμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις, ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργούντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημεν ποτε ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιούντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, καὶ ἡμεν τέκνα φύσει ἐργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί.

α'. Ἔστι μὲν νέκρωσις σωματικῆ· ἔστι δὲ καὶ ψυχικῆ· ἀλλ' ἐκείνης μὲν οὔτε ἔγκλημα μετέχειν οὔτε κίνδυνος· φύσεως γάρ, οὐ προαιρέσεως τὸ πρᾶγμα ἔστι. Γέγονε μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς τοῦ πρωτοπλάστου παραβάσεως, λοιπὸν δὲ εἰς φύσιν τὸ πρᾶγμα ἐξέβη, ἄλλως δὲ καὶ ταχέως λυθῆσεται. Αὕτη δὲ ἡ νέκρωσις ἡ ψυχικῆ, προαιρέσεως οὕσα, ἔγκλημα ἔχει καὶ λύσιν οὐδεμίαν. Ὅρα τοίνυν πῶς μέγα σφόδρα ὁ Παῦλος διεΐξας ἦδη, ὅτι τοῦ νεκροῦ ἀνίσταν τὸ ψυχὴν νεκρωμένην ἰάσασθαι πολλῶν μετῴν ἔστι, καὶ νῦν, ὡς περ μέγα, οὕτως αὐτὸ τίθησι. Καὶ ἡμᾶς ὄντας, φησὶ, νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις, ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργούντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Ὁρᾷ τὸ προστηρῆς τοῦ Παύλου, καὶ πῶς πανταχοῦ παραμυθεῖται τὸν ἀχροατὴν, οὐ βαρῶν αὐτόν; Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι: Εἰς ἔσχατον κακίας ἠλάσατε (τοῦτο γὰρ ἔστι νεκρωθῆναι)· ὥστε μὴ σφόδρα βαρῦναι αὐτοὺς (τίσζυνοῦνται γὰρ οἱ ἀνθρώποι τῶν προτέρων κακῶν εἰς μέσον φερομένων, κλιν ἀπολλύμενα ἢ καὶ κίνδυνον οὐκ ἔχοντα), δίδωσιν αὐτοῖς συνεργόν, ὥστε μὴ νομισθῆναι τὸ πᾶν αὐτῶν εἶναι, καὶ συνεργὸν ἰσχυρόν. Τίνα δὴ τοῦτον; Τὸν διάβολον. Οὕτω δὴ καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ποιεῖ· εἰπὼν γάρ, Μὴ πλανάσθε οὔτε λόρον, οὔτε εἰδωλολάτραι, καὶ τὰ λοιπὰ ἅπαντα καταλέξας, καὶ ἰπαγαγὼν, Βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσατε, τότε φησὶ· Καὶ ταῦτά τινες ἦτε. Οὐκ εἶπεν ἀπλῶς, Ἦτε, ἀλλὰ, Τινὲς ἦτε· τουτέστιν, Οὕτω πῶς ἦτε.

Ἐνταῦθα σφόδρα ἡμῖν ἐπιφύονται οἱ αἰρετικοί· περὶ γὰρ τοῦ Θεοῦ ταῦτα εἰρησθαι λέγουσι, καὶ τὴν ἀχαλίνωτον γλῶσσαν ἐπὶ πολὺ ἐξάγοντες, ταῦτα ἀρμύζουσι τῷ Θεῷ, ἅσπυ διαβόλου μόνου ἔστί. Πῶς οὖν αὐτοὺς ἐπιστοιμίζομεν; Ἀπ' αὐτῶν τῶν βημάτων. Εἰ γὰρ δίκαιός ἐστιν, ὡς περ καὶ ὑμεῖς φάτε, ταῦτα δὲ ἔπραξεν, οὐκ ἔτι δικαίου τοῦτο, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀδίκου καὶ μαρῶν τὸ πρᾶγμα· μαρῶν δὲ Θεοῦ, οὐκ ἂν εἴη ποτέ. Διὰ τί δὲ αὐτὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τοῦ νῦν φησὶν; Ἐπειδὴ [26] πᾶσα σχεδὸν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐκείνῳ δέδωκεν ἑαυτήν, καὶ πάντες αὐτῷ δουλεύουσιν ἐκόντες καὶ προαιρούμενοι. Καὶ τῷ μὲν Χριστῷ μυρία ἐπαγγελλομένων ἀγαθὰ οὐδὲ προσέχει τις· ἐκείνῳ δὲ οὐδὲν ὑποχουμένῳ τοιοῦτον, ἀλλ' εἰς γένναν παραπέμποντι, πάντες οὐπαίκοι. Καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ πλείους οὕτως ἔχει τοῦ Θεοῦ, καὶ μᾶλλον αὐτῷ εἰκοντα; ἢ τῷ Θεῷ, πλὴν ὀλίγων, διὰ τὴν βαθυμίαν τὴν ἡμετέραν. Κατὰ

τὴν ἐξουσίαν, φησὶ, τοῦ ἀέρος τοῦ πνεύματος. Τοῦτο πάλιν φησὶν, ὅτι τὸν ὑπουράνιον ἔχει τύπον, καὶ πνεύματα ἀέρια αἱ ἀτώματοι δυνάμεις; εἰσὶν αὐτοῦ τοῦ ἐνεργούντος. Ὅτι καὶ αἰώνιος αὐτοῦ, ἡ ἀρχὴ, τουτέστι, τῷ παρόντι αἰῶνι συγκαταλυμένη, ἀκουσον ἐν τῷ τέλει τῆς Ἐπιστολῆς λέγοντος αὐτοῦ· Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλιν πρὸς αἶμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχάς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἴνα γὰρ μὴ κοσμοκράτορας ἀκίβητας, καὶ ἀκτιστον αὐτὸν εἶναι φῆς. Τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος, προστίθησι. Καὶ ἀλλαχοῦ αἰῶνα πονηρὸν καλεῖ τὸν καιρὸν τὸν δισπραμμένον, οὐ περὶ τῶν κτισμάτων λέγων. Ἔμοι γὰρ δοκεῖ γενόμενος, ἄρχων ὑπὲρ τῶν οὐρανῶν μὴ μεταπεπωκέναι τῆς ἀρχῆς, καὶ μετὰ τὴν παράβασιν. Τοῦ νῦν ἐνεργούντος, φησὶν, ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Ὁρᾷ ὅτι οὐ βία οὐδὲ πειρανίδι, ἀλλὰ πειθοῖ προσάγεται; Ἀπειθεῖαν γὰρ εἶπεν, ὡς ἂν τις εἴποι, Ἀπάτη καὶ πειθοῖ τοὺς πάντας ἐφέλλεται. Καὶ οὐ τούτῳ δὲ μόνον αὐτοὺς παραμυθεῖται, τῷ δοῦναι κοινωνῶν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτὸν τάξει μετ' ἐκείνων. Ἐν οἷς, φησὶ, καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημεν ποτε. Πάντες· οὐκ ἔνι γὰρ εἰπεῖν ὅτι ἐξῆρτό τις. Ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιούντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, καὶ ἡμεν τέκνα φύσει ἐργῆς ὡς καὶ οἱ λοιποὶ πάντες· τουτέστιν, οὐδὲν πνευματικῶν φρονούντες. Ἀλλ' ἵνα μὴ ταῦτα λέγειν ὑποπευθῆ ἐπὶ διαβολῇ τῆς σαρκὸς, μηδὲ μέγα νομίση τις εἶναι τὸ πλημμέλημα, ὅρα πῶς ἀσφαλίζεται· Τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς ἡμῶν, φησὶ, καὶ τῶν διανοιῶν ποιούντες, τουτέστι, τὰ τῆς ἡδονῆς πάθη. Παρωξύνουμεν, φησὶ, τὸν Θεόν, καὶ παρωροῦσαμεν· τουτέστιν, Ὁργὴ ἦμεν, καὶ οὐδὲν ἔτερον. Ὅσπερ γὰρ ὁ ἀνθρώπου ὢν τέκνον, φύσει ἀνθρωπῶς ἔστιν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐργῆς τέκνα ἦμεν, ὡς καὶ οἱ λοιποί· τουτέστιν, Ὁυδαῖς ἦν ἐλεθεροί, ἀλλὰ πάντες ἐπράττομεν ἄξια ἐργῆς. Ὁ δὲ Θεὸς πλοῦσιος ὢν ἐν ἐλέει. Οὐκ ἀπλῶς, Ἐλεθμων, ἀλλὰ Πλοῦσιος, καθάπερ καὶ ἐν ἑτέρῳ φησὶν· Ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου· καὶ πάλιν, Ἐλεθσόν με κατὰ τὸ μέγα ἐλεός σου. Διὰ τὴν πολλὴν ἀγνίπην αὐτοῦ, ἦν ἡμίσησεν ἡμῖν. Δείκνους πῶθεν ἡμᾶς ἠγάπησε. Ταῦτα γὰρ οὐκ ἀγάπης ἄξια, ἀλλ' ἐργῆς καὶ τιμωρίας τῆς ἐσχάτης. Καὶ οὕτω οὖν ἀπὸ πολλοῦ ἐλέους. Καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι· συνεζωοποίησεν ἐν τῷ Χριστῷ. Πάλιν ὁ Χριστὸς μέσος, καὶ τὸ πρᾶγμα ἀξιόπιστον. Εἰ γὰρ ἡ ἀπαρχὴ ζῆ, καὶ ἡμεῖς· ἐζωοποίητε κάκεινον, καὶ ἡμεῖς.

β'. [27] Ὁρᾷ ὅτι περὶ τοῦ κατὰ σάρκα πάντα εἰρηται; Εἶδες τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας; τοὺς νεκροὺς, τοὺς υἱοὺς ἐργῆς, τοὺτους ἐζωοποίησεν. Εἶδες τὴν ἐλπίδα τῆς κλησεως; Συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν. Εἶδες τὴν ὄψαν τῆς κληρονομίας αὐτοῦ; Να, φησὶν, ἀλλὰ τὸ μὲν, Συνήγειρε, ὄψλον· τὸ δὲ, Συνεκάθισεν ἡμῖς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, πῶς ἔστηκεν; Ὡς τὸ, Συνήγειρεν· οὐδέπω γὰρ οὐδαίς ἐστιν ἐγγεγερμένος, εἰ μὴ ὅτι τῆς κεφαλῆς ἀναττάτης, καὶ ἡμεῖς ἠγέρθημεν, ὡς καὶ ἐκεῖ τοῦ Ἰακώβ προσκυνήσαντος, καὶ ἡ γυνὴ προσεκύνησεν τὸν Ἰωσήφ. Οὐκοῦν οὕτω καὶ συνεκάθισε τῆς γὰρ κεφαλῆς καθεζομένης καὶ τὸ σῶμα συγκαθίσταται. Διὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς ἑνότητος· Ἐν Χριστῷ Ἰη-

• Symplicius Savilius legendum esse ἀποθνήσκοντι.

σοῦ. Ἡ εἰ μὴ τοῦτο, ἀλλὰ συνήγειρε διὰ τοῦ λουτροῦ, πῶς οὖν συνεκάθισεν; *Εἰ γὰρ ὑπομένομεν*, φησί, *καὶ συμβασιλεύσομεν*· εἰ ἀπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν. Ὅντως Πνεύματος χρεῖα καὶ ἀποκαλύψεως, ὥστε τὸ βάθος νοῆσαι τῶν μυστηρίων τούτων. Εἶτα, ἵνα μὴ ἀπιστήσης, ὅρα τί ἐπάγει· *Ἰνα ἐνδοξίηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλουτοῦ τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ, ταῦτα δὲ οὐδὲν ἦν πρὸς ἡμᾶς (Τί γὰρ, φησί, πρὸς ἡμᾶς, εἰ ἐκεῖνος ἀνέστη); εἰδείξε μὲν οὖν ὅτι καὶ πρὸς ἡμᾶς, εἰ γε οὗτος ἡμῖν ἤνωται· πλὴν ὅτι καὶ τὰ ἡμῶν κατ' ἴδιαν φησὶν· *Ὅτε γὰρ ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν*. Ὅστε, ὑπερέφην, μὴ ἀπίσται, ἀπὸ τε τῶν προτέρων ἀπὸ τε τῆς κεφαλῆς ἀπὸ τε τοῦ βούλεσθαι ἐνδείκνυσθαι αὐτὸν τὴν ἀγαθότητα λαβῶν τὴν ἀπίδειξιν. Πῶς γὰρ ἐνδείξεται, ἂν τοῦτο μὴ γένηται; Καὶ ἐνδείξεται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις. Τί; Ὅτι καὶ μεγάλα τὰ ἀγαθὰ ἦν, καὶ πάνταν πιστότερα. Νῦν μὲν γὰρ λήρος εἶναι δοκεῖ τοῖς ἀπιστοῖς τὰ λεγόμενα, τότε δὲ πάντες εἰσονται. Βούλει μαθεῖν καὶ πῶς συνεκάθισεν; Ἀκουε αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος τοῖς μαθηταῖς· *Καθίσασθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ*· καὶ πάλιν, *Τὸ δὲ καθίσαί ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ ἐσθνήμων οὐκ ἔσται ἔμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἠτοίμασται παρὰ τοῦ Πατρὸς*. Ὅστε ἠτοίμασται. Καὶ καλῶς εἶπεν· *Ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Τὸ γὰρ καθίσαί ἐκ δεξιῶν τιμῆς ἐστὶ τῆς ὑπὲρ πᾶσαν τιμὴν, καὶ μεθ' ἦν ἑτέρα οὐκ ἐστὶ. Τοῦτο οὖν λέγει, ὅτι καὶ ἡμεῖς καθιεύμεθα. Ὅντως ὑπερβάλλον πλούτος, ὅντως ὑπερβάλλον τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, μετὰ Χριστοῦ καθίσαί. Κἂν μυρίας ψυχὰς ἔχῃ, οὐκ ἀπολλύσεις αὐτάς ἕνεκεν αὐτοῦ; εἰ γὰρ εἰς πῦρ ἐμβήναι ἴδει, τοῦτο οὐκ ἐχρῆν ἑτοίμως ὑπομείναι; Καὶ αὐτὸς δὲ πάλιν φησὶ· Ὅτε, ἵνα ὅπου εἰμι ἐγώ, καὶ οἱ διάκονοι ὧσιν οἱ ἔμοι. Εἰ γὰρ κατακόπτεσθαι ἴδει καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὑπὲρ τούτων οὐκ [28] ἐχρῆν προθύμως καταδέχεσθαι; Ἐνόησον ποῦ ἐκάθισεν ἐκεῖνος. *Ἐπάνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας*. Καὶ τίτι συγκαθήσαι; Ἐκεῖνω. Τίς ὧν; Ἄνεκρῶς, φύσει τέκνον ὀργῆς. Καὶ τί κατέρωσας; Οὐδέν. Ὅντως νῦν εὐκαιρον ἀναδοῆσαι· *Ὁ βάθος κλυτοῦ καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! Τῇ γὰρ χάριτι ἐστε σεσωσμένοι*, φησὶν. Ἰνα γὰρ μὴ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν ἐπάρη σε, ὅρα πῶς σε καταστέλλει· *Τῇ χάριτι ἐστε σεσωσμένοι*, φησὶ. *Διὰ πίστεως*. Εἶτα ἵνα μὴ πάλιν τὸ αὐτεξούσιον λυμήνηται, ἔθηκε καὶ τὰ ἡμῶν· καὶ πάλιν αὐτὸ ἀνεῖλε, καὶ φησὶ· *Καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ἡμῶν*. Οὐδὲ ἡ πίστις, φησὶν, ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν, εἰ γὰρ μὴ ἐκάλεσε, πῶς ἠδυνάμεθα πιστεῦσαι; Πῶς γὰρ, φησὶ, *πιστεῦσουσιν, ἐὰν μὴ ἀκούσωσιν*; Ὅστε οὐδὲ αὐτῆς πίστεως ἡμέτερον. Θεοῦ, φησὶ, τὸ δῶρον· οὐκ ἐξ ἔργων. Μὴ γὰρ ἤρκει ἡ πίστις σώσαι, φησὶν; Ἄλλ' ἵνα μὴ κενὸς μηδὲ ἀργοὺς σώσῃ, ταύτην ἐζήτησεν ὁ Θεός, φησὶν· Εἶπεν, ὅτι ἡ πίστις σώζει, ἀλλὰ διὰ Θεοῦ· ἐπειδὴ γὰρ ὁ Θεὸς ἠθέλησεν, ἡ πίστις ἔσωσεν. Ἐπεὶ πῶς σώζει ἡ πίστις, εἰπέ μοι, ἄνευ ἔργων; Τοῦτο αὐτὸ Θεοῦ δῶρον ἐστίν, *Ἰνα μὴ τις καυχῆσθαι*, ἵνα εὐγνώμονας περὶ τὴν χάριν ποιήσῃ. Τί οὖν, φησὶν, αὐτὸς ἐκώλυεν ἐξ ἔργων δικαιοθῆναι; Οὐδαμῶς· ἀλλ', Οὐδεὶς,

φησὶν, ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἵνα δευχθῆ τοῦ Θεοῦ ἡ χάρις καὶ ἡ φιλανθρωπία. Οὐχὶ ἔχοντας ἔργα ἀπόωσατο, ἀλλὰ προδοδομένους ἀπὸ τῶν ἔργων χάριτι ἔσωσεν, ὥστε μηδένα λοιπὸν ἔχειν καυχᾶσθαι.

γ'. Εἶτα ἵνα μὴ ἀκούσας, ὅτι οὐκ ἐξ ἔργων ἀλλὰ πιστεῖ τὸ πᾶν κατωρθώθη, ἀργὸς μὲν, ὅρα τί ἐπήγαγεν· Αὐτοῦ γὰρ ἔσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεός. *Ἰνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν*. Ὅρα αὐτὸν τί φησὶ· τὴν ἀναγένοιαν ἐν ταῦτα αἰνιττεται. Ὅντως κτίσις ἑτέρα ἐστίν· ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθημεν. Ὅπερ ἤμεν πρότερον, ἀπεθάνομεν, τουτέστιν, ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος· ὅπερ οὐκ ἤμεν πρότερον, ἐγενόμεθα. Ἄρα κτίσις τὸ πρῶμά ἐστι, καὶ τῆς ἑτέρας τιμιωτέρα· ἐξ ἐκεῖνης μὲν γὰρ τὸ ζῆν, ἐκ δὲ ταύτης τὸ καλῶς ζῆν ἡμῖν περιγέγονεν. *Ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεός, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν*· οὐχ ἵνα ἀρξώμεθα, ἀλλ', *Ἰνα περιπατήσωμεν*· διαρκοῦς γὰρ ἦν ἡμῖν χρεῖα τῆς ἀρετῆς καὶ ἕκτατα μὲν εἰς τὴν τελευτὴν τὴν ἡμετέραν. Οὐδὲ γὰρ, εἰ βαδίζεις ὁδὸν ἔδει εἰς πόλιν φέρουσαν βασιλικήν, εἶτα τὸ πλεόν αὐτῆς ἀνύσαντες, περὶ τὸ τέλος αὐτὸ μαλακισθέντες ἐκαθίσταμεν, ὥνησεν ἂν ἡμᾶς τὸ βαδίσαι· οὕτως οὐδὲ ἡ ἐλπίς τῆς κλησεως ὠνήσειεν ἂν τι τοὺς κεκτημένους τὸ πρῶμα, ἂν μὴ ἀξίως περιπατήσωμεν τοῦ καλέσαντος. Κληθέντες οὖν ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς, μένωμεν ἅπαντα ἐργαζόμενοι. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐκλήθημεν, οὐχ ἵνα ἐν ἔργον ἐργασώμεθα, ἀλλ' ἵνα πάντα. Ὅπερ [29] γὰρ αἰσθήσεις ἡμῖν πέντε εἰσὶ, καὶ πάσαι εἰς θεὸν κεκρήσθαι δεῖ, οὕτω καὶ πάσαις ταῖς ἀρεταῖς. Εἰ δὲ τις σωφροσίῃ μὲν, ἀνελεῖται μὲν δὲ εἶη, ἡ ἐλεήμων μὲν εἶη, πλεονέκτης δὲ, ἡ ἀπέχουτο μὲν τῶν ἄλλοτριῶν, τῶν δὲ αὐτοῦ μὴ μεταδοῖ, πάντα εἰκῆ γίνεται. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ μίαν μόνον ἀρετὴ παραστήσαι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ μετὰ παρήσσιας ἡμᾶς, ἀλλὰ πολλῆς ἡμῖν δεῖ καὶ ποικίλης καὶ παντοδαπῆς, καὶ πάσης αὐτῆς. Ἀκουε γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος τοῖς μαθηταῖς· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετείλαμην ὑμῖν*· καὶ πάλιν, *Ἄν λύση τις μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν*, τουτέστιν, ἐν τῇ ἀναστάσει. Οὐ γὰρ δι' εἰς βασιλείαν εἰσπελεύσεται· οἶδε γὰρ καὶ αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς ἀναστάσεως βασιλείαν καλεῖν. *Μίαν ἐὰν λύση*, φησὶν, *ἐλάχιστος κληθήσεται*. Ὅστε πασῶν ἡμῖν δεῖ.

Καὶ ὅρα πῶς οὐκ ἐνὶ χωρὶς ἐλεημοσύνης εἰσελθεῖν, ἀλλὰ κἂν αὕτη μόνῃ ἐλλίπῃ, εἰς τὸ πῦρ ἀπελευσόμεθα. Ἀπέλθετε γὰρ, φησὶν, οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ αἰώνιον τὸ ἠτοίμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; Ὅτι ἐπίστασα, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγῆν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με. Εἶδες πῶς οὐδὲν ἕτερον ἐγκληθέντες, διὰ τοῦτο μόνον ἀπόλωτο; Καὶ αἱ παρήνοι διὰ τοῦτο μόνον ἐξεβλήθησαν τῶν νυμφῶνος, καίτοι γε σωφροσύνην εἶχον· ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς ἀπὸ ἐλεημοσύνης ἦσαν ἔρημοι βοηθείας, τῷ νυμφίῳ οὐ συνεισῆλθον. *Εἰρήνην*, φησὶ, *μετὰ πάντων δώκατε, καὶ τὸν ἄγασμόν, οὐ χωρὶς οὐδεὶς ὕψεται τὸν Κύριον*. Ἐνόησον τοῖνον, ὅτι χωρὶς μὲν σωφροσύνης οὐκ ἐνὶ ἰδέσθον τὸν Κύριον· οὐ πάντως δὲ μετὰ σωφροσύνης δυνατὸν ἰδεῖν· πολλὰς γὰρ ἕτερον ἐν ἐπόσει. Πάλιν ἂν πάντα κατορθώσωμεν, τὸν δὲ πλ-

\* Unus Codex, καὶ ἐξουσίας, φησὶν. Ἐνόησον ὅτι ἐκεῖνω ἐπιθήσεται τῷ καλέσαντι ἐπάνω πάσης ἀρχῆς. Τίς ὧν.

suscitavit per lavacrum, quomodo ergo consedere fecit? Nam *Si sustinemus*, inquit, *et conregnabimus* (2. Tim. 2. 12). Si morimur, etiam simul vivimus. Spiritu revera opus est et revelatione, ut intelligamus profundum horum mysteriorum. Deinde ne fidem non habeas, vide quid subjungat: 7. *Ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitiæ gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Jesu.* Nam quoniam illa dixit de Christo; quæ autem dixit, ad nos nihil erant: nam quid ad nos si ille resurrexit? ostendit id quoque ad nos pertinere, si quidem is nobis est unitus; nisi quod seorsum dicit quæ ad nos pertinent: *Et cum essemus mortui peccatis, conresuscitavit et consedere fecit.* Quamobrem, sicut dicebam, noli non habere fidem, accepta demonstratione et ex prioribus et ex capite et ex eo quod velit ostendere suam bonitatem. Quomodo enim ostendet, si hoc non factum fuerit? Et ostendet in sæculis supervenientibus. Quidnam? Quod magna sint bona et omnibus credibilia. Nam nunc quidem quæ dicuntur, incredulis videntur esse nugæ; tunc autem omnes scient. Vis dicere etiam quomodo fecit consedere? Audi ipsum Christum dicentem discipulis: *Sedebitis super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israel; et rursus, Sedere autem a dexteris meis et a sinistris, non est meum dare, sed quibus paratum est a Patre meo* (Matth. 19. 28. et 20. 23). Est itaque paratum. Et recte dicit, *In bonitate super nos in Christo Jesu.* Sedere enim a dexteris, est honoris qui omnem superat honorem, et post quem non sunt alia. Hoc ergo dixit, nos quoque securos. Vere sunt exsuperantes divitiæ, vere exsuperans magnitudo ejus virtutis, sedere cum Christo. Etiam si mille habeas animas, propter ipsum eas non perdis? nam etsi in ignem esset intrandum, annon oporteret hoc prompte sustinere? Porro ipse quoque rursus dicit, *Volo ut ubi sum ego, ministri quoque mei sint* (Joan. 12. 26). Nam si oporteret quotidie dissecari, annon oporteret id pro eo prompto et alacri animo suscipere? Cogita ubi ille sederit: *Supra omnem principatum et potestatem.* Et cum quo sedes? Cum illo. Quisnam cum sis? Mortuus, natura filius iræ. Et quid recte gessisti? Nihil. Vere ergo est opportunum exclamare: *O altitudo divitiarum et sapientiæ et cognitionis Dei* (Rom. 11. 35)! 8. *Gratia enim*, inquit, *estis salvati.* Nam ne beneficiorum magnitudo te extollat, vide quomodo te coerceat et comprimit: *Gratia enim*, inquit, *estis salvati. Per fidem.* Deinde rursus ne liberum perimeretur arbitrium, posuit etiam quæ sunt nostra; et rursus ipsam sustulit, et dicit, *Et hoc non ex nobis.* Ne fides quidem, inquit, est ex nobis: nam si non venisset, si non vocasset, quomodo potuissemus credere? *Quomodo enim*, inquit, *credent, nisi audiverint* (Rom. 10. 14)? Quare nec fidei est nostrum. *Dei*, inquit, *est donum;* 9. *non ex operibus.* Non enim suffecisset, inquit, fides ad salutem. Sed ne nobis vacuis et otiosis det salutem, Eam, inquit, Deus requisivit. Dixit, quod salvos fecerit fides, sed per Deum: quoniam

Deus voluit, salvos fecit fides. Alloqui quomodo salvos facit fides absque operibus? Hoc ipsum est Dei donum, *Ne quis gloriatur*, ut nos gratos efficiat circa gratiam. Quid ergo, inquit, prohibuit ipse justificari ex operibus? Nequaquam: sed, Nullus, inquit, justificatus est ex operibus, ut ostendatur Dei gratia et benignitas. Non repulit habentes opera, sed eos, qui sunt proditi ab operibus, salvos fecit gratia; ut nullus de cætero possit gloriari.

3. Deinde ne, cum audieris, quod non ex operibus, sed fide totum gestum sit, otiosus maneat, vide quid subjunxit: 10. *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus.* Vide quid ipse dicat: regenerationem hic subindicat. Revera alia est creatio: ex nihilo producti sumus ad hoc ut essemus. Quod eramus prius, mortui sumus, hoc est, homo vetus; quod prius non eramus, facti sumus. Recens ergo est creatio priore melior et præstantior: nam ex illa quidem, ut viveremus; ex hac autem, ut bene viveremus effectum est. *In operibus bonis*, non, *Ut incipiamus, sed, Ut ambulemus*: perpetua enim nobis virtute opus est, et extensa usque ad nostrum decessum. Neque enim, si esset ingrediendum via quæ fert ad urbem regiam, deinde cum majorem ejus partem confecissemus, circa ipsum finem ignavi et molles redditi sedissemus, nobis profuisset ingressus. Ità nec spes vocationis quidquam profuisset, rem illam possidentibus, nisi digne ad vocem appellantis ambulaverimus. Vocati ergo in operibus bonis, perseveremus, omnia operantes. Propterea enim appellati sumus, non ut unum dumtaxat opus operemur, sed ut omnia. Sicut enim nobis sunt quinque sensus, et omnibus ad id quod oportet utendum est, ita etiam omnibus virtutibus. Si quis autem sit temperans, sed in misericors, aut misericors quidem, sed avarus, aut ab alienis quidem abstineat, sed de suis non imfertiat, frustra fiunt omnia. Non enim sufficit una virtus, ut cum fiducia sistamur ad tribunal Christi, sed multa, varia et omnis generis, atque ad eam omni virtute est opus. Audi enim Christum dicentem discipulis: *Euntes docete omnes gentes, docentes eos servare omnia quæ mandavi vobis*, et rursus, *Si quis solverit unum ex mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno calororum* (Matth. 23. 19. et 5. 19): hoc est, in resurrectione. Non enim intrabit in regnum: nam ipsum quoque tempus resurrectionis regnum vocare solet. *Si unum*, inquit, *solverit, minimus vocabitur.* Quamobrem nobis opus est omnibus. *Sine elemosyna non intratur in regnum calororum.* — Vide autem quomodo non sine elemosyna licet intrare, sed si ipsa sola desit, abibimus in ignem. *Abite*, inquit, *maledicti, in ignem æternum, paratum diabolo et angelis ejus.* Cur et quam de causa? *Quoniam esurii, et non dedistis mihi quod comederem: sitiisti, et non dedistis mihi potum* (Matth. 23. 41. 42). Vidisti quomodo nullius alterius accusati, propter hoc solum perierunt? Et virgines propter hoc solam

ejecte sunt e thalamo, licet haberent castitatem; sed quia elemosynæ vacuæ erant, cum sponso ingressa non sunt. *Pacem*, inquit, *cum omnibus persequimini, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Dominum* (Hebr. 12. 14). Cogita ergo quod sine castitate quidem non licet Deum videre; non omnino autem cum castitate potest videri: sæpe enim aliud impedit. Rursus si omnia recte gesserimus, proximo autem nihil profuerimus, nec sic intrabimus in regnum (Jac. 2. 10). Undenam hoc constat? Ex servis quibus credita fuerunt talenta (Matth. 25). Nam illic virtus omnis erat integra et sincera, et nihil fuerat prætermissum; sed quoniam piger fuit in negotiatione, merito fuit ejectus. Deturbari etiam potest quispiam in gehennam ex solo maledicto: nam *qui dicit, inquit, fratri suo, stulte, obnoxius erit gehennæ ignis* (Matth. 5. 22). Etiam si quis omnia recte gesserit, sit autem contumeliosus, non intrabit. Nec quispiam Deum accuset crudelitatis, si eos, qui sic lapsi sunt, expellit ex regno cælorum. Nam si apud homines quispiam quidquam fecerit iniquum et præter leges, amandatur a conspectu regis, etsi unam ex constitutis legibus sit transgressus; et si accusans sit calumniatus, perdit magistratum; et si adulterium commiserit et sit convictus, redditur indignus: quamvis innumerabilia recte gesserit, perit; et si cædem fecerit, et probatum fuerit, hoc quoque ad eum perdendum sufficit. Si hominum leges adeo exacte servantur, quanto magis leges Dei? At est bonus, inquit. Quousque hæc stulta dicemus? Stulta autem dixi, non quod non sit bonus, sed quod existimemus ejus bonitatem ad hæc nobis esse utilem, etsi innumerabilia de his sæpe disseruerimus. Audi enim Scripturam dicentem: *Ne dixeris, Misericordia ejus est multa, multitudini peccatorum meorum propitiabitur* (Eccli. 5. 6). Non prohibet nos dicere multam esse ejus miserationem; absit; non hoc suadet, sed et nos vult hoc assidue dicere, et propterea omnia movet Paulus; sed propter ea quæ deinceps sequuntur. Ne ideo, inquit, admireris Dei benignitatem ut pecces, et dicas, *Misericordia ejus multitudini peccatorum meorum propitiabitur*.

4. Ideo enim tam multa disserimus de bonitate, non ut ei confidentes agamus omnia; alioqui bonitas erit ad nostræ salutis exitium; sed ne desperemus in peccatis, verum agamus pœnitentiam. Benignitas enim Dei te ducit ad pœnitentiam, non ad plura vitia. Si autem malus et sceleratus fias propter benignitatem, tu eum magis in odium vocas et accusas apud homines: multos enim videmus accusantes Dei lenitatem. Quamobrem dabis pœnas, si ea non utaris ut oportet. Deus est benignus? sed est etiam justus iudex. Condonat peccata? sed etiam reddit unicuique secundum opera sua. Transiit iniquitates, et tollit peccata? sed ea quoque examinat. Quomodo ergo non sunt hæc contraria? Non sunt contraria, si temporibus ea dividerimus: tollit hic peccata per lavacrum et pœnitentiam; facta illic examinat per ignem et tormenta. Si ergo, inquires, cum et mala fecero

pauca, propter unum ejiciar, et a regno excidam, cur mala omnia non operor? Ingrati servi est oratio: sed tamen hæc quoque dissolvemus orationem. Ne mala opereris, ut tibi prosis: nam a regno quidem omnes similiter excidemus; in gehenna autem non easdem pœnas dabimus omnes, sed hic quidem majores, ille vero mitiores. Nam si tu quidem et ille despexeritis, et qui in multis et qui in paucis peccat, similiter e regno excidetur: si autem non similiter despexeritis, sed alius quidem magis, alius vero minus, in gehenna sentietis differentiam. Cur ergo minatur iis qui non dederunt elemosynam, eos esse abituros in ignem; neque solum in ignem, sed qui paratus est diabolo et angelis ejus? cur et qua de causa? Deum nihil aque irritat, ut si amici injuste ladanantur. Nam si oportet diligere inimicos; qui etiam amicos aversatur, et est in hoc deterior gentibus, quod non merebitur supplicium? Quamobrem hic magnitudo peccati jure fecit eum abire eum diabolo: Væ enim ei qui non facit elemosynam. Si hoc autem erit in Veteri, multo magis in Novo Testamento: si ubi erat concessum possidere pecunias, eisque frui et eas curare, tanta gerebatur cura opis ferendæ pauperibus: quanto magis ubi jubemur omnia ejicere? Nam quid illi non faciebant? Decimas et rursus decimas præbebant: orphanis, viduis, proselytis succurrebant. Sed mihi quidam admirans dicebat, Ille dat decimas. Quanto est hoc plenum probro et dedecore, si quod apud Judæos non habebatur in admiratione, hoc apud Christianos factum est admirabile? Si tunc erat periculum decimas omittere, cogita quantum nunc sit. Rursus ebrietas non habet hereditatem regni. Sed quid est quod dicitur a multis? Si ego et ille iisdem tenemur, non est parva consolatio. Quid dicemus? Certe non erit idem tuum et illius supplicium: alioquin autem nec hoc est consolatio. Tunc enim malorum societas habet consolationem, quando mala quæ patimur fuerint proportione paria: quando autem exsuperarint, et ut mente excedamus effecerint, non amplius sinunt ullam habere consolationem. Dic enim ei qui male mulctatus in ignem est injectus, Ille aut ille hoc patitur; ne sentiet quidem consolationem. Nonne omnes simul perierunt Israelitæ? quamnam hoc eis attulit consolationem? annon hoc ipsum eos majori dolore afficiebat? Et ideo dicebant; Perimus, interimus, consumpti sumus. Quenam est ergo hæc consolatio? Frustra nos hæc spe consolamur. Una sola est consolatio, in illum qui exstingui non potest ignem non incidere: eis autem, qui incidere, non licet assequi consolationem: ubi est stridor dentium, ubi fletus, ubi vermis qui non moritur, ubi ignis qui non exstinguitur. Omnino ullam senties, dic, queso, consolationem, cum sis in afflictione et angustia? de cætero enim eris apud te. Ne, queso et rogo, ne nos temere decipiamus, et his verbis consolamur, sed ea faciamus quæ nos poterunt servare. Cum Christo consessus est tibi propositus, et tu de his curiose scrutaris? Si nullum esset aliud

αὐτὸν οὐδὲν ὠφελήσωμεν, οὐδὲ οὕτως εἰσελευσόμεθα εἰς τὴν βασιλείαν. Πόθεν δὴλον; Ἀπὸ τῶν τὰ τάλαντα πιστευθέντων<sup>α</sup> οἰκετῶν. Ἐκεῖ γὰρ πᾶσα ἡ ἀρετὴ ἀκέραιος ἦν, καὶ οὐδὲν ἐλείλειτο· ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τὴν ἐργασίαν ὀκνηρὸς γέγονεν, εἰκότως ἐξεδάλλετο. Ἔστι· καὶ ἀπὸ λαιδορίας μόνης εἰς γένεσιν ἐμπεσεῖν· Ὁ γὰρ λέγων, φησί, τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, *Μωρὲ, ἐνοχος εὔται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.* Κἄν ἀπαντὰ τις κατορθώσῃ, ὑβριστῆ; δὲ ἦ, οὐκ εἰσελεύσεται. Καὶ μή τις ὠμύτητα καταγινωσκῶ τοῦ Θεοῦ, εἰ τοὺς τοῦτο ἐπαικόμεθα; ἐκβάλλει τῆς βασιλείας τὸν οὐρανῶν. Καὶ ἐπ' ἀνθρώπων, κἄν ὅτιοι ἐῖον παρανόμων ἐργάσθαι τις, ἐξέπεσε τῆς τοῦ βασιλείας ὄψεως, κἄν νόμον ἕνα τῶν κειμένων παραβῆ· κἄν συκοφαντήσῃ κατηγορῶν, ἀπόλεσε τὴν ἀρχὴν· κἄν μοιχεύσῃ καὶ ἀψ<sup>β</sup>, ἀνάστῃ; γέγονε· κἄν μυρία ἦ καταρωθῶς, ἀπίλλυται· κἄν φόνον ἐργάσθῃ, καὶ δευθῆ, καὶ τοῦτο ἱκανὸν αὐτὸν διαφθεῖραι. Εἰ δὲ οἱ τῶν ἀνθρώπων νόμοι τοσαύτης ἀπολαύουσι τῆς φυλακῆς, πῶσω μᾶλλον οἱ τοῦ Θεοῦ! Ἄλλ' ἀγαθὸς ἔστι, φησί, Μέχρι [30] τίνος τὸν μωρὸν τοῦτον λόγον φβεγγόμεθα; Μωρὸν δὲ εἶπον, οὐχ ὅτι οὐκ ἀγαθὸς ἔστιν, ἀλλ' ὅτι τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ νομίζομεν εἰς ταῦτα χρησίμην ἡμῖν εἶναι, καίτοι μυρία πολλὰς διαλεχθέντων ἡμῶν περὶ τοῦτου. Ἄκουε γὰρ τῆς Γραφῆς λεγούσης· *Μὴ εἶπης, ὅτι Ὁ οἰκτιρμὸς αὐτοῦ ὁ πολλὸς τὸ πλῆθος τῶν ἀμαρτιῶν μου ἐξιλάσεται.* Οὐχὶ κωλύει λέγειν ἡμᾶς, Ὁ οἰκτιρμὸς αὐτοῦ πολὺς· μὴ γένοιτο· οὐ τοῦτο παραινεῖ, ἀλλὰ βούλεται ἡμᾶς καὶ συνεχῶς τοῦτο λέγειν, καὶ διὰ τοῦτο πάντα κινεῖ Παῦλος· ἀλλὰ διὰ τὰ ἐξῆς· Μὴ ἐπὶ τούτῳ, φησί, θαύμαζε τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, ἐπὶ τῷ ἀμαρτάνῳ, καὶ λέγειν· *Οἰκτιρμὸς αὐτοῦ τὸ πλῆθος τῶν ἀμαρτιῶν μου ἐξιλάσεται.*

δ'. Διὰ γὰρ τοῦτο τοσαῦτα καὶ ἡμεῖς περὶ ἀγαθότητος διαλεγόμεθα, οὐχ ἵνα ταύτη θαρρόμεντες πάντα πράττωμεν, ἐπεὶ ἡ ἀγαθότης ἐπὶ λύμῃ τῆς ἡμετέρας ἔσται σωτηρίας, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀπογινώσκωμεν ἐν τοῖς ἀμαρτήματιν, ἀλλὰ μετανοώμεν. Τῆ γὰρ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιαν εἰς ἀγει, οὐκ εἰς πλείονα κακίαν. Εἰ δὲ μαθηρὸς γένῃ διὰ τὴν χρηστότητα, οὐ διαβάλλει; μᾶλλον αὐτὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις· πολλοὺς γὰρ ὀρῶ κατηγοροῦντας τῆς μακροθυμίας τοῦ Θεοῦ. Ὄστε δίκην δώσεις, οὐκ εἰς δέον αὐτῇ χρησάμενος. Φιλάνθρωπος ὁ Θεός; ἀλλὰ καὶ δίκαιος κριτής. Ἄμαρτία; συγχωρῶν; ἀλλὰ ἀποδίδωσιν ἐκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ὑπερβαίνει ἀδικίας, ἐξαιρεῖ ἀνομίας; ἀλλὰ καὶ ἐξέτασιν ποιεῖται. Πῶς οὖν οὐκ ἐναντία ταῦτα; Οὐκ ἐναντία, ἂν τοῖς χρόνοις αὐτὰ εἰδῶμεν. Ἐξαιρεῖ ἀνομίας ἐναυθῶτα καὶ διὰ λουτροῦ κα: διὰ μετανοίας· ἐξέτασιν ποιεῖται τῶν πεπραγμένων ἐκεῖ διὰ πυρός καὶ βασάνων. Ἄν τοῖνον ἐργασάμενος ὦ, φησὶν, ὀλίγα κακὰ, καὶ δι' ἐν αὐτῶν ἐκβάλλωμαι καὶ τῆς βασιλείας ἐκπίπτω, τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐργάζομαι πάντα κακὰ; Ἄγνώμονος οἰκέτου ὁ λόγος· πλὴν ἀλλ' ὁμως καὶ τοῦτον ἐπιλυσόμεθα τὸν λόγον. Μὴ ἐργάζου τὰ κακὰ, ἵνα σαυτὸν ὠφελήσῃς· βασιλείας μὲν γὰρ πάντες ὁμοίως ἐκπεσοῦμεθα, ἐν δὲ γενένη οὐ τὴν αὐτὴν δώσομεν δίκην πάντες, ἀλλ' ὁ μὲν μείζονα, ὁ δὲ ἡμερωτέραν. Εἰ μὲν γὰρ σὺ κακείνος κατεφρονήσατε, καὶ ὁ τὰ πολλὰ καὶ ὁ τὰ ὀλίγα ὁμοίως ἐκπεσεῖσθε τῆς βασιλείας· εἰ δὲ οὐχ

ὁμοίως κατεφρονήσατε, ἀλλ' ὁ μὲν μείζον, ὁ δὲ ἕλαττον, ἐν τῇ γενένη τῆς διαφορᾶς αἰσθήσεσθε. Τί οὖν, φησὶν, ἀπειλεῖ τοῖς ἐλεημοσύνην μὴ δειδωκόσι, εἰς τὸ πῦρ ἀπελευσεσθαι, καὶ οὐχ ἀπλῶς εἰς τὸ πῦρ, ἀλλ' εἰς τὸ ἠτοιμασμένον τῷ διαδόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ; τίνος ἕνεκεν, καὶ διὰ τί; Ὅτι οὐδὲν οὕτω τὸν Θεὸν παροξύνει, ὡς τὸ τοὺς φίλους ἀδικεῖν. Εἰ γὰρ τοῦ; ἐχθροὺς φιλεῖν δεῖ, ὁ καὶ τοὺς φιλοῦντας ἀποστρεφόμενος, καὶ τῶν Ἑλλήνων κατὰ τοῦτο χείρων ὢν, τίνος οὐκ ἔσται κολάσεως βξιος; Ὄστε ἐνταῦθα τὸ μέγεθος τοῦ ἀμαρτήματος μετὰ τὴν διαφόλῳ τὸν τοιοῦτον εἰκότως ἐποίησεν ἀπειλεῖν. Οὐαί γὰρ τῷ ἐλεημοσύνην, φησὶ, μὴ ἐργαζομένῳ. Εἰ δὲ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς τοῦτο ἦν, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς Καινῆς· εἰ ἐνθα συγκεχώρητο χρημάτων κτήσις καὶ ἀπόλαυσις καὶ ἐπιμέλεια, τοσαύτη πρόνοια ἐγένετο τῆς εἰς τοὺς [31] πέννητας βοήθειας, πῶσω μᾶλλον, ἐνθα καλεῖσθαι πάντα ρίψαι! Ἴι γὰρ οὐκ ἐποιοῦν ἐκεῖνοι; Δεκάτας, καὶ πάλιν δεκάτας ἑτέρας παρῆχον· ὄρφανοῖς, χήμαις, προσηλύτοις ἐπήρχουν. Ἄλλὰ ἐμοί τις θαυμαζῶν τινὰ ἔλεγε· Δεκάτας δίδωσιν ὁ δεῖνα. Πόσῃς αἰσχύνῃς τοῦτο γέμει, εἰ δὲ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων οὐκ ἦν θαυμασμοῦ, τοῦτο ἐπὶ τῶν Χριστιανῶν θαυμαστὸν γέγονεν; Εἰ τότε κίνδυνος ἦν, τὸ δεκάτας ἀπολιπεῖν, ἐνόησον ὅσον ἔστι νῦν. Ἡ μέθη πάλιν οὐ κληρονομεῖ τὴν βασιλείαν. Ἄλλὰ τίς ὁ τῶν πολλῶν λόγος; Οὐκοῦν εἰ καὶ ὡς κακείνος ἐν τοῖς αὐτοῖς, οὐ μικρὰ παραμυθία. Τί οὖν ἂν εἴπωμεν; Μάλιστα μὲν, οὐ τῆς αὐτῆς σὺ κακείνος ἀπολαύσεις τιμωρίας· ἄλλως δὲ, οὐδὲ παραμυθία τοῦτο ἔστι. Τότε γὰρ ἡ κοινωνία τῶν παθῶν ἔχει παραμυθίαν, ὅταν σύμμετρα ἦ τὰ δεῖνά· ὅταν δὲ ὑπερβαίῃ, καὶ ἐν ἐκστάσει ἡμᾶς ποιῆ, οὐκέτι ἀφίησι λοιπὸν ἔχειν παραμυθίαν. Εἰπέ γὰρ τῷ καταικίζομένῳ καὶ εἰς τὴν πυρὸν ἐμβεβηκότι, ὅτι Καὶ ὁ δεῖνα τοῦτο πάσχει· ἀλλ' οὐδὲ αἰσθῆσεται τῆς παραμυθίας. Οὐχὶ πάντες ὁμοῦ ἀπώλοντο οἱ Ἰσραηλιταί; ποῖαν τοῦτο αὐτοῖς παραμυθίαν ἔφερον; οὐχὶ μᾶλλον αὐτὸ τοῦτο αὐτοὺς ἐλύπει; Διὸ καὶ ἔλεγον· Ἄπολύλαμεν, ἐξολώλαμεν, παρανηλώμεθα. Ποῖα τοῖνον αὐτῇ παραμυθίαν; Μάτην ἑαυτοὺς παραμυθοῦμεθα. ταῦταις ταῖς ἐλπίσι. Μία μόνη παραμυθία ἔστι, τὸ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ ἄσβεστον· ἐμπεσόντα δὲ οὐκ ἐνι παραμυθίας τυχεῖν, ἐνθα ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ἐνθα ὁ κλαυθμὸς, ἐνθα σκώληξ ἀτελεῦττος, ἐνθα πῦρ ἄσβεστον. Ἐνοήσεις γὰρ ὄλους τινὰ, εἰπέ μοι, παραμυθίαν, ἐν τοσαύτῃ θλίψει καὶ στενοχωρίᾳ ὢν; ἐν σαυτῷ γὰρ ἔση λοιπόν. Μὴ, δέομα: καὶ παρακαλῶ, μὴ ἑαυτοὺς εἰκῆ ἀπατώμεν, καὶ τοῦτοις τοῖς λόγοις παραμυθούμεθα, ἀλλὰ ταῦτα πράττωμεν, ἅπερ ἡμᾶς σώσει δυνήσεται. Συγκαθίσει τῷ Χριστῷ πρόκειται, καὶ σὺ περὶ τοῦτον ἀκριβολογῆ; Εἰ γὰρ μηδὲν ἕτερον ἦν ἀμάρτημα, ὑπερ τῶν βημάτων τούτων πόσην κόλασιν ἡμᾶς ἐχρῆν ὑποστῆναι, ὅτι οὕτω ναθεῖς, ὅτι οὕτω ταλαίπωροι καὶ βῆθμοι ἔσμεν, ὡς καὶ τοσαύτης προκειμένης τιμῆς ταῦτα λέγειν; Ὄ πόσα στενάξεις, ὅταν ἀκούσῃ τότε τοὺς καταρωθωκότας καλουμένους ἐπὶ βασιλείαν καὶ τιμωμένους! ὅταν ἴδῃς ἀπὸ δούλων καὶ ἀπὸ δυσγενῶν ὀλίγα καμόντας ἐνταῦθα, τοῦ Ὁρῶνου μετέχοντας ἐκεῖ τοῦ βασιλικῆς διαπαντός! Οὐχὶ τῆς κολάσεως σοι ταῦτα χείρωνα ἔσται; Εἰ γὰρ νῦν ἑρῶν εὐδοκίμοῦντά; τινος, καὶ οὐδὲν πάσχων κακόν, πίσως τιμωρίας χείρον τοῦτο ν μίξεις, καὶ ὑπὸ τοῦτου μδ-

<sup>α</sup> Morel. male, τάλαντα πιστευθέντα.

<sup>β</sup> Ante ἀψ supplementum censet DuRoius κληπῆ, vel aliquid simile.

<sup>γ</sup> Codex unius, τοῦτο πάσχει. Φέρει παραμυθίαν: οὐδὲ μῶς. Τί λέγω παραμυθίαν; οὐδὲ αἰσθῆσεται ὁ τοιοῦτος παραμυθίας. Οὐχὶ πάντες.

ως διαφθεῖρη, καὶ πενθεῖς σαυτὸν, καὶ δακρυεῖς, καὶ μωρῶν εἶναι θανάτων κρίσεις ἀξίον, τί τότε ὑποστήσῃ; Εἰ γὰρ μὴ γέγονα ἦν, αὐτὴ ἡ ἔννοια τῆς βασιλείας οὐκ ἦν ἱκανὴ ἀπολέσαι καὶ [32] διαφθεῖραι; Καὶ ὅτι τοῦτο οὕτως, ἔξει, ἱκανὸν ἀπὸ τῆς πείρας τῶν πραγμάτων μαθεῖν. Μὴ τοίνυν εἰκῆ ψυχαγωγῶμεν

ἐαυτοὺς τοῖς τοιοῦτοις ῥήμασιν, ἀλλὰ προσέχωμεν, καὶ φρονεῖζωμεν τῆς ἐαυτῶν σωτηρίας, καὶ ἀρετῆς ἐπιμελωμέθα, καὶ πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐργασίαν ἐαυτοὺς διεγειρωμένον, ἵνα καταξωθῶμεν τυχεῖν τῆς τοσαύτης δόξης ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

### ΟΜΙΛΙΑ Ε΄.

Διὸ μνημονεύετε, ὅτι ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη ἐν σαρκί, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου· ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπληροτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἔθνη τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπιδὸς μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ.

α'. Πολλὰ δεικνύσι τοῦ Θεοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς φιλανθρωπίαν· πρῶτον, ὅτι δι' ἐαυτοῦ ἔσωσε, καὶ δι' ἐαυτοῦ τρόπον τοιοῦτον· δεύτερον, ὅτι τίνας ὄντας ἔσωσε· τρίτον, ὅτι πῶς ἀνήγαγε. Ταῦτα γὰρ πάντα καὶ καθ' ἑαυτὰ μεγίστην ἔχει τὴν ἀποδείξιν τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ· καὶ ταῦτα πάντα κινεῖ νῦν γράφων ὁ Παῦλος α'. Εἶπεν, ὅτι νεκροὺς ὄντας τοῖς παραπτώμασι, καὶ τέκνα ὀργῆς, ἔσωσε· νῦν λέγει καὶ τίνων ἐποίησεν Ἰσους. Διὸ, φησὶ, μνημονεύετε. Ἔθος γὰρ ἡμῖν ἄκασιν, ὅταν ἐκ τῆς πολλῆς εὐτελείας εἰς ἀντίρροπον, ἢ καὶ μείζονα τιμὴν ἀναχθῶμεν, μὴδὲ μεμνησθαι τῶν προτέρων, ἐντρεφόμενοις ἐκείνῃ τῇ δόξῃ. Διὰ τοῦτο φησὶ, Διὸ μνημονεύετε. Διὸ, ποῖον; Ὅτι ἐκτίσθημεν ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς. Τοῦτο δὲ ἱκανὸν ἡμᾶς πείσαι τῆς ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι. Μνημονεύετε. Ἰκανὴ γὰρ ἡ μνήμη ἐκείνη εὐγνώμονας περὶ τὸν εὐεργετὴν ποιῆσαι. Ὅτι ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη. Ὅρα πῶς τὰ πλεονεκτήματα τὰ Ἰουδαϊκὰ καθαιρεῖ, καὶ τὰ ἐλαττώματα τῶν ἔθνων θαυμάζει, ἅπερ οὐκ ἦν ἐλαττώματα, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τρόπου καὶ τοῦ βίου ἑκατέρους πείθει. Οἱ λεγόμενοι ἢ ἀκροβυστία. Ἐν ῥήμασιν ἦν ἡ τιμὴ, ἐν σαρκὶ τὸ προτέριμα· οὐδὲν γὰρ ἔστιν ἡ ἀκροβυστία, οὐδὲν ἡ περιτομή. Ὑπὸ τῆς λεγομένης· φησὶ, περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου. Ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπληροτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἔθνη τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπιδὸς μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. Ὑμεῖς οἱ ὑπὸ Ἰουδαίων τοῦτο, φησὶ, καλούμενοι. Τί ὀρθοτε δὲ μέλλων δεικνύει τὴν εὐεργεσίαν αὐτῶν ἐν τούτῳ γενομένην, ἐν τῷ κοινωνῆσαι αὐτοὺς τῷ Ἰσραὴλ, πάλιν τὸ ἀξίωμα τὸ Ἰσραηλιτικὸν οὐ καθαιρεῖ, ἀλλ' [33] ἐν τούτοις ἐπαίρει αὐτό; Ἐν τοῖς ἀναγκαίοις ἐπαίρει, ἐν τούτοις δὲ καθαιρεῖ, ἐν οἷς οὐκ ἐκοινωνήσαν. Πρῶτον γὰρ, φησὶ. Συμπολιταὶ τῶν ἀρίων ἐστέ, καὶ εἰκέλει τοῦ Θεοῦ. Ὅρα πῶς οὐ καθαιρεῖ. Ταῦτα, φησὶν, ἀδιάφορα ἔστι. Μὴ νομίσητε, φησὶν, ὅτι περιτομῆς οὐκ ἐτύχετε καὶ ἐν ἀκροβυστίᾳ ἐστέ, διαφορὰν τινα εἶναι. Τὸ γὰρ χαλεπὸν τοῦτο ἦν, τὸ χωρὶς τοῦ Χριστοῦ εἶναι, τὸ τῆς πολιτείας ἀπληροτριωσθαι τοῦ Ἰσραὴλ· τοῦτο δὲ οὐ πολιτεία· τὸ δὲ ἔθνος εἶναι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, τὸ μὴ ἔχειν ἐλπίδα τὴν μέλλουσαν, τὸ ἄθεός

εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ταῦτα πάντα ἐκείνων ἦν. Εἶπε περὶ τῶν οὐρανίων πραγμάτων, λέγει καὶ περὶ τῶν ἐπὶ γῆς, ἐπειδὴ μεγάλην δόξαν εἶχον περὶ αὐτῶν οἱ Ἰουδαῖοι. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς παραμυθούμενος τοὺς μαθητάς, μετὰ τὸ εἰπεῖν, Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἔστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, τὸ ἐλάττω τίθησιν· Ὅπως γὰρ, φησὶν, ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν. Τοῦτο γὰρ πρὸς μὲν τὸ μέγεθος ἐλαττὸν ἔστι, πρὸς δὲ τὸ ἐγγὺς εἶναι καὶ πιστεῦσαι, μέγα καὶ ἱκανόν, καὶ πολλὴν ἔχει τὴν ἰσχύον. Ἄρα τοῦτο ἦν τὸ πολιτεῦσθαι. Οὐκ εἶπε, Κεχωρισμένοι, ἀλλ', Ἀπληροτριωμένοι τῆς πολιτείας. Οὐκ εἶπεν, Ὁ προσέχοντες, ἀλλ', Ὁδὲ μετέχοντες, καὶ ἔθνη. Πολλῆ τῶν ῥημάτων ἡ ἔμφασις, πολὺν δεκνύσα τὸν χωρισμόν. Ἐπεὶ καὶ Ἰσραηλιτὰς τῆς πολιτείας ἦσαν ἐκτός, ἀλλ' οὐκ ὡς ἄλλοτριοι, ἀλλ' ὡς βέβητοι, καὶ τῶν διαθηκῶν ἐξέπεσον, ἀλλ' οὐκ ὡς ἔθνη. Τίνες δὲ ἦσαν αἱ διαθῆκαι τῆς ἐπαγγελίας; Σοὶ καὶ τῷ σπέρματι σου δώσω, φησὶ, τὴν γῆν ταύτην, καὶ ὅσα ἕτερα ἐπηγγελίαι. Ἐλπιδὸς, φησὶ, μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι. Καίτοι θεοὺς προσεκύνουν, ἀλλ' οὐκ ἦσαν· οὐ γὰρ ἔστι τι εἰδωλόν. Νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὑμεῖς, οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. Αὐτὸς γὰρ ἔστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφοτέρω ἐν, ὁ τὸ μεστόιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἐχθρὰν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. Τοῦτο οὖν ἔστι μέγα, φησὶ, τὸ ὅτι εἰς τὴν τῶν Ἰουδαίων πολιτείαν ἤλθομεν; Τί λέγεις; ἀνεκφωλατωσάτω τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ νῦν περὶ Ἰσραηλιτῶν λέγεις; Ναί, φησὶν. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ τῇ πίστει χρῆ παραλαμβάνειν, ταῦτα δὲ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς. Νυνὶ δὲ, φησὶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὑμεῖς, οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε πρὸς τὴν πολιτείαν. Τὸ γὰρ, μακρὰν, καὶ τὸ, ἐγγὺς, προαιρέσειός ἐστι μόνος. Αὐτὸς γὰρ ἔστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν ὁ ποιήσας τὰ ἀμφοτέρω ἐν.

Τί ἔστι, τὰ ἀμφοτέρω ἐν; Οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι εἰς ἐκείνην τὴν εὐγένειαν ἡμᾶς ἤγαγεν, [34] ἀλλ' ὅτι καὶ ἡμᾶς, κάκεινους εἰς μείζονα· πᾶν ἡμῶν ἢ μείζων ἡ εὐεργεσία. Τοῖς μὲν γὰρ ἐπηγγέλτο, καὶ ἐγγύτεροι ἦσαν, ἡμῖν δὲ οὐδὲ ἐπηγγέλτο, καὶ πόρρωτότεροι ἦμεν. Διὸ φησὶ· τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἑλέους δοξάζου τὸν Θεόν. Ἐπηγγέλτο μὲν γὰρ τοῖς Ἰσραηλιταῖς, ἀλλὰ ἀνάξιοι ἦσαν· ἡμῖν δὲ οὐδὲν ἐπηγγέλτο, ἀλλὰ καὶ ἔθνη ἦμεν· οὐδὲν κοινὸν εἶχον πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐποίησαν ἡμᾶς ἐν, οὐκ ἡμᾶς ἐκείνους συνάψας, ἀλλὰ καὶ ἐκείνους καὶ ἡμᾶς εἰς ἐν συνάψας. Ὑπόδειγμα δὲ ἔρω· Ὑποβώμεθα εἶναι ἀνδριάντας δύο, τὸν μὲν ἐξ ἀργύρου, τὸν δὲ ἐκ μόλιθου, εἶτα ἀμφοτέρους καταχωνευθέντας, ἀνελεῖν χρυσοῦς τοὺς δύο. Ἰεοῦ

α Cod. unus, καὶ ταῦτα κοινῇ νῦν γράφων ὁ Παῦλος, quae lectio optime quadrat. Sed alii omnes κινεῖ pro κοινῇ habent. Hæc tamen, et κοινῇ pro κινεῖ substituevolebam. Sed cum alia lectio ferri possit, et in aliis omnibus exemplaribus habeatur, a proposito destitit.

β Marg. Sav., τὴν πολιτείαν ἡμᾶς κάκεινους ἤγαγεν, ἀλλ' ἡμᾶς εἰς μείζονα. Ἄλλοι δὲ ἔτι ἡμῶν.

peccatum, pro his verbis quantum nos oporteret subire supplicium; quod simus adeo ignavi, miseri et socordes, ut tanto etiam proposito pretio hæc dicamus? O quantum ingemisces, quando audieris eos qui bona egerunt vocari in regnum et honore affici? quando videris ex servis et humili loco natis eos qui parum hic laborarunt, throni regii esse participes? Annon ea erunt tibi pejora punitione? Nam si nunc quosdam videns prospere agentes, etiamsi nihil mali patiaris, hoc omni supplicio gravius putas, discruciaris, te ipsum luges et lacrymaris, et te mortibus

nille dignum esse censes: quid tunc patieris? Nam si non esset gehenna, ipsa de regno cogitatio annon sufficeret ad perdendum et ad asserendum interitum? Quod autem res ita sit se habitura, satis disci potest ex rerum experientia. Ne nos ergo temere oblectemur et consolemur huiusmodi verbis, sed attendamus, et salutis nostræ curam geramus, et de virtute simus solliciti, et ad bona gerenda nos excitemus, ut digni habeamur qui tantam assequamur gloriam, in Christo Jesu Domino nostro.

## HOMILIA V.

CAP. 2. v. 11. *Propter quod memores estote quod aliquando vos eratis gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta: 12. quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo.*

non idcirco solum, quod eleemosynæ constituta est merces ac retributio, verum etiam quod anima sit philosophica excelsaque ac dives. Qui eleemosynam dat, ad hanc disciplinam eruditur, ut pecuniis atque aurum minime admiretur: qui vero hæc disciplina instituit animum, nam ille præclarum ascendendi in cælum principium fecit; sexcentasque pugnas, contentionis, invidias, mæroris occasiones amputavit. Nostis enim profecto, nostis et vos, ex pecuniis mala omnia, ex pecuniis sexcenta bella solere existere. Quamobrem qui illas contemnere didicit, tranquillo in portu seipsum locavit, nec damnum posthac metuit. Ad hanc, enim disciplinam illum eleemosyna crudivit: non appetit posthac aliena; quomodo enim, cum sua etiam profundat ac donet? nulla jura erga divitem invidia tangitur; quomodo enim, cum pauper fieri velit? ipsumque animæ oculum ab omni labe purum reddit. Atque hæc quidem hic: quorum vero ibi honorum compos futurus sit, nulla unquam oratio queat exponere. Non una cum stultis virginibus foris manebit, sed una cum prudentibus, una cum sponso introibit, splendidas habens lampades. Ita ob hanc ipsam eleemosynam iis, quæ in virginitate servanda valde laborarunt, longe præstabit, expers ipse laborum illorum: tanta est eleemosynæ virtus; alumnos suos magna cum libertate introducit. Nota enim est cæli janitoribus, qui sponsi fores custodiunt; nec vero nota solum, sed etiam hujusmodi, ut eam revereantur: eosque, a quibus se cultam noverit, magna cum libertate introducet; ac nemo contradicet, sed omnes cedent. Nam si Deum in terram adduxit, idque ipsi persuasit, ut homo fieret: multo magis hominem in cælum intrmittere poterit: magna enim est ipsius potentia. Ergo si ex misericordiâ atque hominum amore Deus homo factus est, si eo, inquam, adductus est ut servus fieret; multo magis servos in domum introducet suam. Hanc amemus, hanc colamus, non uno aut altero die, sed per omne tempus, ut ipsa nos bene notos habeat. Nam si ea nos noverit, et Dominus noscet; sin ignoret, Dominus etiam ignorabit, ac dicet; Nescio vos. Verum absit, ut hæc nos vocem audiamus, sed beatam illam: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi* (Matth. 25. 34): quod utinam nos omnes consequamur per gratiam et benignitatem, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri, etc.

### HOMILIA I.

CAP. I. v. 1. *Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, coepiscopis et diaconis, 2 gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.*

1. Hic quasi ad æquali honore præditos scribens, non ponit sancti magisterii nomen, sed aliud quiddam, illudque magnum. Quale vero istud? Servum seipsum nominat, non apostolum. Nam et hæc vere magna dignitas est ac honorum caput, servum esse Jesu

Christi, et non tantum dici. Qui Christi servus est, hic a peccato liber est; et hoc ipso, quod germanus ac legitimus servus est, numquam committet, ut cuiusquam alterius servus fiat: alioqui non esset Christi servus, nisi ex dimidia parte. Ac sane ad Romanam scribens, rursus ita inquit, *Paulus servus Jesu Christi* (Rom. 1. 1); ad Corinthios vero et Timotheum scribens apostolum seipsum nominat. Quid ita? Non ob eam certe causam, quod isti meliores essent Timo-

theo; absit, sed potius; quod præ omnibus, ad quos scribit, istos honoret et foveat: nam et magnæ virtutis testimonium ipsis dat. Præterea vero, cum ad illos scribenti multa essent constituenda et disponenda, ideo apostoli dignitatem præ se tulit. Illic vero nihil ipsis mandat præter ea, quæ etiam per se ipsi videbant. *Sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis.* Quoniam verisimile erat Judæos etiam seipsos sanctos nominare ex priore illo oraculo, ubi dicti sunt populus sanctus et peculiaris (*Deut. 7. 6. et 14. 2*); propterea addit, *Sanctis in Christo Jesu.* Hi enim soli sancti, illi vero reliquo jam tempore profani.

*Nomina Episcopi, Presbyteri et Diaconi initio communia.* — *Coepiscopis et diaconis.* Quid hoc? an unius civitatis multi erant episcopi? Nequaquam, sed presbyteros isto nomine appellavit. Tunc enim nomina adhuc erant communia, atque ipse etiam episcopus vocabatur diaconus. Idcirco ad Timotheum scribens inquit, *Diaconiam, id est, ministerium tuum imple, cum tamen ille episcopus esset.* Quod constat ex verbis illis ad eundem scriptis: *Manus cito nemini imposueris; et rursus, Quæ data est tibi cum impositione manuum presbyterii (1. Tim. 5. 22. et 4. 14): presbyteri vero episcopum non ordinassent.* Et rursus ad Titum scribens inquit: *Hujus rei gratia reliqui te in Creta, ut constituas per civitates presbyteros: sicut et ego disposui tibi, si quis sine crimine est, unius uxoris vir (Tit. 1. 5. 6): quæ quidem de episcopo dicit.* Atque hæc cum dixisset, statim addidit: *Oportet enim episcopum sine crimine esse sicut Dei dispensatorem, non superbum.* Antiquitus igitur, quemadmodum dicebam, ipsi etiam presbyteri vocabantur episcopi et diaconi Christi et episcopi presbyterj: quocirca vel hodie multi episcopi ita scribunt, Compresbytero, et Condiaceno. Procedente vero tempore proprium cuique distributum est nomen, ut hic quidem episcopus, ille vero presbyter appelletur. *Coepiscopis, inquit, et diaconis, gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.* Hoc loco non abs re quæret quispiam, quid causæ sit, quamobrem cum nusquam alibi ad Clerum scribat, non ad eum qui Romæ, non qui Corinthi, non qui Ephesi, sed generatim dicat, Omnibus sanctis vel fidelibus, dilectis, hic ad Clerum scribat? Nimirum, quoniam clerici ipsi fuerant, qui literas ad eum dederant et fructum protulerant, ipsique ad eum miserant Epaphroditum. 3. *Gratias ago Deo meo, inquit, in omni memoria vestri semper.* Alibi ita scripsit: *Obedite præpositis vestris et subjacete; ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes (Hebr. 13. 17).* Si igitur genere ex vitio discipulorum est, cum gaudio id facere, ex profectu erit. Hoc igitur est, quod ait: *Quotiescumque, inquit, vestri memoriam repeto, Deum glorifico.* Id vero facit, quod multorum illis honorum conscius esset. Et glorifico, inquit, et precor. Non enim, quoniam virtutis viam ingressi estis, finem precandi pro vobis facio, sed persto adhuc in oratione. *Gratias, inquit, ago Deo in omni memoria vestri 4. semper, in omni oratione mea pro omnibus*

*vobis cum gaudio etiam deprecationem faciens. Semper: non solum, quando precor.* Recte autem addidit, *Cum gaudio.* Est enim et cum mœrore id facere; quemadmodum alibi dicit, *Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas.* *Super communicatione vestra, inquit, in evangelium a prima die usque nunc (2. Cor. 2. 4).*

2. Magnam quiddam est, de quo illis testimonium hoc loco dat, et valde magnam, quodque apostolis et evangelistis dari solitum. Non quoniam una; inquit, civitas vobis commendata ac credita est, illam solam curatis; sed nihil omittitis, ut laborum meorum participes sitis, ubique præsentis, vestramque operam ac diligentiam una mecum in prædicatione collocantes: non semel, bisve aut ter, sed semper ex eo tempore, quo credidistis, usque ad hunc diem apostolorum plane studium atque alacritatem repræsentastis. Vide eos quidem, qui Romæ erant, ab illo sese avertisse; audi enim illum dicentem: *Scis hoc, quod aversi sunt a me omnes, qui in Asia sunt; et rursus, Demas me reliquit; et, In prima mea defensione, inquit, nemo mihi adfuit (2. Tim. 1. 15. et 4. 9. 16);* hos autem etiam cum aberant, illius sibi incommoda communia duxisse: quippe cum et certos homines ad illum mitterent, et pro viribus quæ opus erant subministrarent, omninoque nihil omitterent. Atque hoc facitis, inquit, non solum nunc, sed perpetuo, omni ratione subsidium afferentes. Ergo subsidium ferre, hoc est communicatio in evangelium. Etenim quando ille quidem prædicat, tu vero prædicantem foves et adjuvas; illius coronæ communes tibi sunt. Nam et in externis certaminibus non ad illum tantum qui certat corona pertinet, sed etiam ad prædicatorum, et ad ministrum, omninoque ad omnes illos, quicumque athletam instituerunt. Etenim qui illum confirmant, ac recreant, eos victoriæ quoque participes fieri æquum est. Itidem vero in bellis non solus ille qui præclarum facinus edidit, sed omnes etiam qui ei utilem operam dederunt, non injuria ad tropæorum gloriæque partem vocantur: perinde ac si diligens illa opera, et ministerium pars quadam ac societas certaminis fuerit. Atqui sanctis inservire, non parvum quiddam est, sed multum omnino valet: nobis enim communes facit repositas illis mercedes. Exempli causa, profudit quispiam magnam pecuniæ vim propter Deum, assidue adhæret Deo, eximie virtutis officiis fungitur, magnam adhibens diligentiam, ne vel in verbis aut cogitationibus ipsis, ullave alia re labatur: in tua manu est, quamvis tantundem diligentie non adhibueris, repositas illi pro tot laboribus mercedes communes tibi facere. Quomodo? Si illum cures foveasque et sermone et recipis; si consoleris cum suppeditans necessaria, tum in omni ministerio inserviens: tu enim is eris, qui asperam illam viam faciliorem ipsi facies. Quamobrem, si admiramini illos qui in eremo vivunt, qui vitæ rationem plane angelicam susceperunt, qui in Ecclesiis eadem atque illi virtutis obeunt munera: si admiramini inquam, ac doletis tam longo vos intervallo ab illis



Τιμοθέου αὐτοὶ κρείττους· ἀπαγε· ἀλλὰ μάλλον οὐκ αὐτοὺς τιμᾶ καὶ θεραπεύει μάλιστα πάντων, οὓς ἐπέτελλε· καὶ γὰρ καὶ πολλὴν αὐτοῖς ἀρετὴν μαρτυρεῖ. Ἄλλως δὲ, ἐκεῖ μὲν οὖν· Ἐμελλε πολλὰ διατάττεσθαι, διὰ τοῦτο ἀνέλαβε τὸ τοῦ ἀποστόλου ἀξίωμα· ἐνταῦθα δὲ ἐπιτάττει μὲν αὐτοῖς οὐδὲν, πλην ὅσα καὶ ἀφ' ἐαυτῶν συνείρων. *Τοῖς ἀγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις.* Ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν καὶ Ἰουδαίους ἀγίους ἑαυτοὺς καλεῖν ἀπὸ τοῦ πρώτου χρησμοῦ, ἤγικα ἐλέγοντο λαὸς ἄγιος, περιούσιος, διὰ τοῦτο προσέθηκε, *Τοῖς ἀγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Οὗτοι γὰρ μόνοι ἄγιοι, ἐκεῖνοι δὲ λοιπὸν βέβηλοι.

*Συνεπισκόποις καὶ διακόνοις.* Τί τοῦτο; μῆς πάλῳ; πολλοὶ ἐπίσκοποι [195] ἦσαν; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ τοὺς πρεσβυτέρους οὕτως ἐκάλεσε. Τότε γὰρ τέως ἐκοινωνοῦν τοῖς ὀνόμασι, καὶ διάκονος ὁ ἐπίσκοπος ἐλέγετο. Διὰ τοῦτο γράφων καὶ Τιμοθέῳ ἔλεγε· *τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον*· ἐπίσκοπῳ ὄντι. Ὅτι γὰρ ἐπίσκοπος ἦν, φησὶ πρὸς αὐτὸν, *Χεῖρας ταχέως μηδεμί ἐπιτίθει*· καὶ πάλιν· *Ὁ ἐδόθη σοι μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου*· οὐκ ἂν δὲ πρεσβύτεροι ἐπίσκοπον ἔχειροτόνησαν. Καὶ πάλιν πρὸς Τίτον γράφων φησὶ· *Τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγὼ σοι διαταξάμην*· εἰ τις ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ· ἃ περὶ τοῦ ἐπισκόπου φησὶ. Καὶ εἰπὼν ταῦτα, εὐθέως ἐπήγαγε· *Δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς Θεοῦ οικονομόν, μὴ αὐθάδη.* Ὅτι οὖν ἐφη, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τὸ παλαιὸν ἐκαλοῦντο ἐπίσκοποι καὶ διάκονοι τοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ ἐπίσκοποι πρεσβύτεροι· ὅθεν καὶ νῦν πολλοὶ συμπρεσβυτέρῳ ἐπίσκοποι γράφουσι, καὶ συνδιακόνῳ. Λοιπὸν δὲ τὸ ἰδιάζον ἐκάστη ἀπονεμένηται ὄνομα, ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ὁ πρεσβύτερος. *Συνεπισκόποις*, φησὶ, καὶ *διακόνοις, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ἐνταῦθα ζητήσκειν ἂν τις εἰκότως· Τί δήποτε οὐδαμῶς τῶ κλήρῳ γράφων ἀλλαγῶ, οὐκ ἐν Ῥώμῃ, οὐκ ἐν Κορίνθῳ, οὐκ ἐν Ἐφέσῳ, ἀλλὰ κοινῇ πᾶσι τοῖς ἀγίοις, ἢ τοῖς πιστοῖς, ἢ τοῖς ἡγαπημένοις; ἐνταῦθα τῶ κλήρῳ γράφει; Ὅτι αὐτοὶ καὶ ἀπίστευαν, καὶ ἑκαρποφόρησαν, καὶ αὐτοὶ ἔπεμψαν πρὸς αὐτὸν τὸν Ἐπαφρόδιτον. *Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, φησὶν, ἐπὶ πάσῃ τῇ μεγαλίᾳ ὑμῶν πάντοτε.* Εἶπεν ἀλλαχού γράφων· *Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπακούετε, ὅτι αὐτοὶ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοιτες, ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ μὴ στενάζοντες.* Εἰ τοίνυν τὸ στενάζειν, κακίας τῶν μαθητῶν, τὸ μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιεῖν, προκοπῆς. Τοῦτο οὖν ἐστίν, ὃ λέγει· Ὅσακις ὑμῶν ἀναμνησθῶ, δοξάζω τὸν Θεόν. Τοῦτο δὲ ποιεῖ ἐκ τοῦ πολλὰ αὐτοῖς συνειδέναι ἀγαθὰ. Καὶ δοξάζω, φησὶ, καὶ δέομαι. Οὐ μὴν, ἐπειδὴ ἐπιδοῶκατε εἰς ἀρετὴν, παύομαι, ἀλλ' ἐπιμένω δέομενος ὑπὲρ ὑμῶν. *Εὐχαριστῶ, φησὶ, τῷ Θεῷ ἐπὶ*

*πάσῃ τῇ μεγαλίᾳ ὑμῶν. Πάντοτε, ἐν πάσῃ δεήσει μου ὑπὲρ πάντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς τὴν δεήσειν ποιούμενος. Πάντοτε, οὐχ ὅταν εὐχῶμαι μόνον.* Καλῶς δὲ προσέθηκε τὸ, *Μετὰ χαρᾶς*· ἔστι γὰρ καὶ μετὰ λύπης τοῦτο ποιῆσαι, ὡς ὅταν λέγῃ ἀλλαχού· *Ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἐγραψα ὑμῖν διὰ πολλῶν δακρῶν.* Ἐπὶ τῇ κοινωρίᾳ ὑμῶν, φησὶν, εἰς Εὐαγγέλιον ἀπὸ πρώτης ἡμέρας μέχρι τοῦ νῦν.

β'. [196] Μεγά αὐτοῖς ἐνταῦθα μαρτυρεῖ, οὐκ ἀπλῶς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγα, καὶ ὅπερ ἂν τις ἐμαρτύρησεν ἀποστόλοις καὶ εὐαγγελισταῖς. Οὐκ ἐπειδὴ γὰρ πόλιν ἐνεχειρίσθητε μίαν, φησὶν, ἐκείνης φροντίζετε μόνης, ἀλλὰ πάντα πράττετε, ὥστε μεριστὰ γενέσθαι τῶν ἐμῶν πόνων, πανταχοῦ παρόντες καὶ συμπράττοντες, καὶ συκοινωνοῦντές μου τῷ κηρύγματι· οὐχ ἕνα χρόνον, οὐδὲ δεύτερον, οὐδὲ τρίτον, ἀλλὰ πάντοτε ἐξ οὗ ἐπιστεύσατε μέχρι τοῦ νῦν, ἀποστόλων ἀνειλήφατε προθυμίαν. Ὅρα πῶς οἱ μὲν ἐν Ῥώμῃ ὄντες ἀπεστρέφοντο αὐτόν· ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· *Ὀίδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστρέφοντάς με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ*· καὶ πάλιν, *Δημῶς με ἐγκατέλιπε*· καὶ, *Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογία, φησὶν, οὐδαίς μοι συμπαρηγένετο*· οὗτοι δὲ καὶ ἀπόντες ἐκοινωνῶν αὐτῷ τῶν θλίψεων, πέμποντές τε ἄνδρας πρὸς αὐτόν, καὶ κατὰ δύναμιν ὑπηρετοῦμενοι, καὶ οὐδὲν ὄλιγς ἐλλειπόμενοι. Καὶ τοῦτο ποιεῖτε, οὐ νῦν μόνον, φησὶν, ἀλλ' αἰεὶ, παντὶ τρόπῳ συναντιλαμβανόμενοι. Ἄρα τὸ συναντιλαμβάνεσθαι κοινωνία ἐστὶ εἰς τὸ Εὐαγγέλιον. Ὅταν γὰρ ἐκεῖνος μὲν κηρύττει, σὺ δὲ θεραπεύῃς τὸν κηρύττοντα, κοινωνεῖς αὐτῷ τῶν στεφάνων. Ἐπὶ καὶ ἐν τοῖς ἐξωθεν ἀγῶσιν οὐ τοῦ ἀγωνιζομένου μόνου ἐστὶν ὁ στέφανος, ἀλλὰ καὶ τοῦ παιδοτρόβου, καὶ τοῦ θεραπευόντος, καὶ πάντων ἀπλῶς τῶν ἀσκούων τὸν ἀθλητήν. Οἱ γὰρ βλωνύνητες αὐτόν καὶ ἀνακτώμενοι, οὗτοι καὶ τῆς νίκης εἰκότως ἂν γένοιτο μεριστὰ. Καὶ ἐν τοῖς πολέμοις δὲ οὐχ ὁ ἀριστεύς μόνος, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ θεραπεύοντες αὐτόν εἰκότως ἂν μεταποιεῖντο τῶν τροπαίων, καὶ τῆς δόξης μετέχοιεν, ἅτε κοινωνήσαντες αὐτῷ τοῦ ἀγῶνος τῇ θεραπείᾳ. Οὐ γὰρ μικρὸν δύναται τὸ θεραπεύειν ἀγίους, ἀλλὰ καὶ μέγα· κοινωνοὺς γὰρ ἡμᾶς ποιεῖ τῶν ἐκείνοις ἀποκειμένων μισθῶν. Οἷον, ἔρριψέ τις πολλὰ χρήματα διὰ τὸν Θεόν, διαπαντὸς ἀνάκειται τῷ Θεῷ, ἀρετὴν ἀσκεῖ μεγάλην, καὶ μέχρι βημάτων, καὶ μέχρι ἐννοίων, καὶ μέχρι πάντων πολλὴν ἀκρίβειαν φυλάττων· ἔνδοξοι καὶ σοὶ καὶ μὴ τοσαύτην ἀκρίβειαν ἐπιδειξαμένων, τῶν ἐπὶ τούτοις ἀποκειμένων αὐτῷ μισθῶν κοινωνήσαι. Πῶς; Ἄν θεραπείης αὐτόν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἂν παρακαλέσῃς καὶ διὰ τοῦ χορηγεῖν τὰ ἀναγκαῖα, καὶ διὰ τοῦ διακονεῖσθαι πᾶσαν διακονίαν. Ὅ γὰρ εὐκολωτέραν ποιῶν τὴν τραχείαν ὁδὸν ἐκείνῳ, εὐ ἔστι. Ὅστε εἰ θαυμάζετε τοὺς ἐν ταῖς ἐρήμοις, τοὺς τὸν ἀγγελικὸν ἀνηρημένους βίον, τοὺς ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τὰ αὐτὰ ἐκείνοις κατορθοῦντας· εἰ θαυμάζετε καὶ ἀλγείτε, ὅτι σφόδρα αὐτὸν ἀπολιμπάνεσθε, ἔνεστιν ὑμῖν ἑτέρως αὐτοῖς [197] κοινωνῆσαι, τῷ διακονεῖν, τῷ θεραπεύειν. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ φελ-

\* Coislin. ἐκεῖ μόνον, quae lectio non spernenda. Alius et marg. Savill., ἐκεῖ μὲν γάρ.

ανθρωπίας ἐστὶ, τὸ τοὺς ῥθυμοτέρους· καὶ τὴν ἀπεκλιχότα βίον καὶ τραχὺν καὶ ἀκριθῆ μὴ δυναμένους ἀναδέξασθαι, καὶ τούτου· δι' ἐτέρας ὁδοῦ πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν τούτοις τάξιν ἀγειν. Καὶ τοῦτό φησιν ὁ Παῦλος κοινωνίαν. Κοινωνοῦσιν ἡμῖν, φησὶν, ἐν τοῖς σαρκικοῖς, κοινωνοῦμεν αὐτοῖς· ἐν τοῖς πνευματικοῖς. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἀντὶ μικρῶν καὶ μηδαμινῶν βασιλείαν χαρίζεται, καὶ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ ἀντὶ μικρῶν καὶ αἰσθητῶν πνευματικῶν μεταδιδοῦσι· μᾶλλον δὲ καὶ ταῦτα κάκεινα αὐτό· ἐστὶν ὁ διδοὺς διὰ τούτων. Οὐ δύνασαι νηστεῦσαι, οὐδὲ μονωθῆναι, οὐδὲ χαμευνῆσαι, οὐδὲ παννυχῆσαι; Ἐνεστὶ σοι τούτων ἀπάντων μισθὸν λαβεῖν, ἂν ἐτέρας τὸ πρᾶγμα μεθοδεύσης, τὸν ἐν τούτοις κάμνοντα θεραπεύων καὶ ἀναπαύων καὶ ἀλείφων συνεχῶς, καὶ τὸν ἀπὸ τούτων ἐπικουφίζων πόνον. Αὐτὸς ἔστηκε μαχόμενος, αὐτὸς καὶ τραύματα λαμβάνων· οὐ θεράπευε ἀπὸ τοῦ ἀγῶνος ἐπανιόντα, δέχου ὀπίσθαι· χερσὶν, ἀπόφυγε τὸν ἰθρῶτα ἀναπαύων, παρκαλίει, παραμυθεῖ, ἀνακτῶ τὴν πεπονηκυῖαν ψυχὴν. Ἄν μετὰ τοσαύτης προθυμίας διακονῶμεν τοῖς ἀγίοις, μερισταὶ τῶν μισθῶν αὐτῶν ἐσόμεθα. Τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς φησὶ· *Ποιήσατε ὑμῖν φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵνα δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους αὐτῶν σκηνάς*. Ὁρᾷ; πῶς οὗτοι κοινωνοὶ γεγονάσιν; Ἀπὸ πρώτης ἡμέρας, φησὶ, *μέχρι τοῦ νῦν*. Διὰ τοῦτο χαίρω, φησὶν. *Ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν*. Καὶ χαίρω οὐχ ὑπὲρ τῶν παρελθόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν μελλόντων· ἀπὸ γὰρ τῶν παρελθόντων κάκεινα στοχάζομαι. Πσκοιθῶς αὐτὸ τοῦτο, φησὶν, *ὅτι ὁ ἐπαρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθόν, ἐπιτελέσει ἀχρις ἡμέρας Ἰησοῦ Χριστοῦ*.

γ'. Ὁρα πῶς· αὐτοὺς καὶ μετριάζειν διδάσκει. Ἐπειδὴ γὰρ μέγα αὐτοῖς ἐμαρτύρησε πρᾶγμα, ἵνα μὴ τι ἀνθρώπινον πάθωσιν, εὐθέως παιδεύει αὐτοὺς ἐπὶ τὸν Χριστὸν καὶ τὰ παρελθόντα, καὶ τὰ μέλλοντα ἀνατιθεῖν· πῶς; Οὐ γὰρ εἶπε, Πσκοιθῶς, ὅτι ὡς ἐνήρξασθε, καὶ τελήσετε, ἀλλὰ εἶ; *Ὁ ἐπαρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν ἐπιτελέσει*· οὕτως ἀπεστέρησεν αὐτοὺς τοῦ κατορθώματος· εἶπε γὰρ, *ὅτι τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν χαίρω*, δηλονότι, ὡς αὐτῶν κατορθούντων· οὕτως εἶπεν αὐτῶν εἶναι τὰ κατορθώματα μόνον, ἀλλὰ προηγουμένως τοῦ Θεοῦ· *Θαυρῶ γὰρ*, φησὶν, *ὅτι ὁ ἐπαρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν ἐπιτελέσει ἀχρις ἡμέρας Ἰησοῦ Χριστοῦ*· τουτέστιν, ὁ Θεός. Οὐ περὶ ὑμῶν δὲ, φησὶ, μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἐξ ὑμῶν οὕτω διάκειμαι. Καὶ τοῦτο γὰρ οὐ μικρὸν ἐγκώμιον, τὸ τὸν Θεὸν ἐν τινι ἐνεργεῖν. Εἰ γὰρ μὴ προσωπολήπτης ἐστὶν, ὡσπερ οὖν οὐδὲ ἐστὶν, ἀλλὰ πρὸς τὴν πρόθεσιν ὁρῶν, συνεφέπεται τῶν κατορθωμάτων ἡμῖν, δηλονότι [198] ὅτι τοῦ ἐπισπάσασθαι αὐτὸν ἡμεῖς αἴτιοι. Ὄστε οὐδὲ οὕτως ἀπεστέρησεν αὐτοὺς τῶν ἐγκωμίων· ἐπεὶ εἰ ἀπλῶς ἐνήργει, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσε καὶ Ἑλλήνας καὶ πάντας ἀνθρώπους ἐνεργεῖσθαι, εἰ ὡς ζῦλα ἡμᾶς ἐκινεῖται καὶ λίθους, καὶ μὴ τὰ κατ' ἡμῶν ἐζήτει. Ὄστε τῷ εἰπεῖν, *Ὁ Θεὸς ἐπιτελέσει*, καὶ τοῦτο πάλιν αὐτῶν ἐγκώμιον γίνεται, τῶν ἐπισπασσάμενων τοῦ Θεοῦ τὴν χάριν συμπράττειν αὐτοῖς ἐν τῷ ὑπερβῆναι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. Καὶ ἐτέρας δὲ

ἐγκώμιον, ὅτι τοιαῦτα τὰ κατορθώματα ὑμῶν ἐστὶν, ὥστε μὴ εἶναι ἀνθρώπινα, ἀλλὰ τῆς τοῦ Θεοῦ δεισθαί ῥοπῆς. Εἰ δὲ ὁ Θεὸς ἐπιτελέσει, οὐδὲ πολὺς ἐστὶ κάματος, ἀλλὰ εἰς θαυραῖν, ὡς εὐμαρῶς πάντα διανοόντων. ἄτε ὑπ' ἐκείνου βοηθουμένων. *Καθὼς ἐστὶ δικαίον ἐμὲ τοῦτο φρονεῖν ὑπὲρ ἀπάντων ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἐν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀπολογία μου, καὶ βεβαίωσει τοῦ Εὐαγγελίου, συγκοινωνοὺς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας*. Πολὺν τίω; δείκνυσιν ἐνταῦθα αὐτοῦ τὸν πόθον, εἰ γε ἐν καρδίᾳ αὐτοῦς εἶχε, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ δεσμωτηρίῳ δεδεμένος Φιλιππησίων ἐμμένητο. Οὐ μικρὸν δὲ τῶν ἀνθρώπων τὸ ἐγκώμιον, τὸ μεμνησθαι ὑπὸ τοῦ ἀγίου τούτου· ἐπειδὴ μὴδὲ ἐστὶ προλήψεως ἢ τοῦ ἀγίου τούτου ἀγάπη, ἀλλὰ κρίσεως καὶ λογισμῶν ὁρῶν. Ὄστε τὸ ἀγαπᾶσθαι παρὰ Παύλου οὕτω σφοδρῶς, τεκμηρίον ἐστὶ τινὰ εἶναι μέγαν καὶ θαυμαστόν. *Καὶ ἐν τῇ ἀπολογία*, φησὶ, *καὶ βεβαίωσει τοῦ Εὐαγγελίου*. Καὶ τί θαυμαστόν, εἰ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ εἶχεν αὐτούς; Οὐδὲ γὰρ κατ' ἐκείνον τὸν καιρὸν, φησὶ, καθ' ὃν εἰσῆεν εἰς τὸ δικαστήριον ἀπολογησόμενος, ἐξεπέσαστέ μου τῆς μνήμης. Οὕτω γὰρ ἐστὶ τυραννικὸν ὁ ἔρωσ ὁ πνευματικὸς, ὡς μηδεὶ παραχωρεῖν καιρῶν, ἀλλ' αἰετῆς ψυχῆς ἔχεσθαι τοῦ φιλοῦντος, καὶ μηδεμίαν θλίψιν ἢ ὀδύνην συγχωρεῖν περιγενέσθαι τῆς ψυχῆς. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς καμίνου τῆς Βαβυλωνίας, τοσαύτης αἰρομένης φλογός, δρόσος ἦν τοῖς μακαριοῖς ἐκείνοις παισίν· οὕτω καὶ φίλα τοῦ ἀγαπῶντος καὶ ἀρέσκοντος Θεοῦ τὴν ψυχὴν καταλαβοῦσα, πᾶσαν ἀποτινάσσει φλόγα, καὶ δρόσον ποιεῖ θαυμαστήν. *Καὶ βεβαίωσει τοῦ Εὐαγγελίου*, φησὶν. Ἄρα τὰ δεσμὰ βεβαίωσις τοῦ Εὐαγγελίου ἦν, ἄρα ἀπολογία. Καὶ πάνν ὀγιῶς· ὅτι εἰ μὲν παρητήσθη τὰ δεσμὰ, ἔδοξεν ἂν εἶναι ἀπατεῶν· νῦν δὲ πάντα ὑπομένων, καὶ δεσμὰ καὶ θλίψιν, δηλοῦ ὡς οὐκ ἀνθρωπίνης τινὸς αἰτίας ἐνεκεν ταῦτα πάσχει, ἀλλὰ διὰ τὸν Θεὸν τὸν ἀνταποδιδόντα. Οὐδεὶς γὰρ ἂν καὶ ἀποθανεῖν ἐλεετο καὶ τρωστοὺς κινδύνους ἀναδέξασθαι, οὐδεὶς ἂν καὶ βασιλεῖ τοιούτῳ καταδέξαστο προσκροῦσαι, τῷ Νέρωνι λέγω, εἰ μὴ πρὸς ἕτερον εὐρα βασιλεῖα πολλῶν μείζονα. Ἄρα βεβαίωσις τοῦ Εὐαγγελίου ἦν τὰ δεσμὰ. Ὁρα πῶς ἐκ περιουσίας εἰς τὸ ἐναντίον ἅπαντα [199] περιέτρεψεν. Ὁ γὰρ ἐνόμιζον εἶναι ἀσθένειαν καὶ κατηγορίαν, τοῦτο βεβαίωσιν φησὶ· καὶ εἰ μὴ τοῦτο γέγονεν, ἐν ἀσθενείᾳ ἦν. Εἶτα δείκνυσιν ὅτι οὐ προλήψεως ἢ ἀγάπη, ἀλλὰ κρίσεως. *Διὰ τί; Ἐχω ὑμᾶς*, φησὶν, *ἐν τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀπολογία* διὰ τὸ συγκοινωνοὺς εἶναι τῆς χάριτος. Τί ἐστὶ τοῦτο; ἡ χάρις τοῦ Ἀποστόλου τοῦτο ἦν τὸ δεσμεῖσθαι, τὸ ἐλαύνεσθαι, τὸ μυρία πάσχειν δεσινά; Ναί· Ἀρκεῖ γὰρ σοι, φησὶν, ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμις μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Διὸ εὐδοκῶ, φησὶν, ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕδρεσιν. Ἐπεὶ οὖν ὁρῶν ὑμᾶς διὰ τῶν ἔργων τὴν ἀρετὴν ἐπιδεικνυμένους, καὶ τῆς χάριτος ταύτης ὄντας κοινωνοὺς, καὶ μετὰ προθυμίας, εἰκότως ταῦτα στοχάζομαι. Ὁ γὰρ πείραν ὑμῶν εἰληφώς, καὶ μάλιστα πάντων ὑμᾶς εἰδώς, καὶ τὰ ὑμέτερα κατορθώματα, ὅτι καὶ τοσοῦτον ἡμῶν ἀρεστη-

abesse : licet vobis alia quadam ratione cum illis coire societatem, id est inserviando, curando ac fovendo. Nam et hoc Dei benignitatis est, eos etiam qui negligentiores sunt, nec duram illam, asperam, exquisitam vivendi rationem suscipere possunt, rursus per aliam viam ad eundem atque illos gradum provehere. Atque hoc illud est, quod Paulus communicationem vocat : Communicant nobis, inquit, et impartiunt carnalia ; et nos illis communicamus spiritualia (Rom. 15. 27). Nam quemadmodum Deus pro exiguis ac nullius ponderis rebus regnum largitur : ita et illius servi pro exiguis ac sensilibus spiritualia impartiunt ; imo vero ipse est, qui per hos et hæc et illa dat. Non potes jejunium ferre ? non solitudinem ? non humi cubare ? non integras noctes vigilare ? Licet tibi harum omnium rerum mercedem accipere, si alia quadam ratione rem tuam gesseris : nempe si eum, qui istos labores capit, cures, recrees, foveasque assides, et laborem qui in illis certaminibus sustinetur levem reddas. Ille quidem stat pugnans ac vulnera excipiens ; tu vero a certamine redeuntem, cura, obviis manibus suscipe, sudorem absterge, recreas, solare, lassam animam fove ac refice. Profecto si tanta cum alacritate sanctis inserviamus, participes mercedum quæ illos manent erimus. Hoc et Christus docet, *Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, ut recipiant vos in æterna tabernacula* (Luc. 16. 9). Vides quomodo isti participes facti fuerint ? *A prima die, inquit, usque nunc.* Ob hoc ipsum, inquit, gaudeo. *Super communications vestra.* Gaudeo autem non de præteritis tantum, sed etiam de futuris : nam ex præteritis de istis quoque conjecturam facio. 6. *Confidens hoc ipsum, inquit, quia qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Jesu Christi.*

3. *In bonis operibus Deus agit, et nos cum Deo.* — Vide quomodo illos modestiam etiam tueri doceat. Etenim quoniam magnum quiddam erat, quod de illis testatus fuerat ; ne humani quid patiantur, protinus ipsos instituit, ut et præterita et futura ipsi Christo accepta referant. Quomodo ? Non dixit, *Confido, quemadmodum coepistis, ita etiam perfecturos, sed quid ? Qui cepit in vobis opus bonum, perficiet* : neque ipsorum in recte facto aliquas fuisse partes negat : dixit enim, *Gaudeo super communicatione vestra* ; nimirum tanquam ipsi recte se gessissent : neque tamen ipsis dumtaxat recte facta assignat, sed principaliter Deo : *Confido enim, inquit, quia qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Jesu Christi ; id est, Deus.* Nec vero solum de vobis, inquit, sed etiam de iis, qui ex vobis orientur, hoc spero. Nam et hæc non exigua laus est, nempe Deum in aliquo operari. Etenim si ille personarum acceptator non est, quemadmodum certe non est, sed ad cujusque propositum spectans nobis in virtutis officiis obeundis opitulatur : satis constat nos ipsos esse, qui occasionem demus cur ille nobis concilietur. Quare hæc etiam ratione illos laudem esse promeritos minime negavit : alioqui si absolute ageret, nihil sane impediementi erat, quominus et Græci et omnes om-

nino homines agerent ; si, inquam, nosperinde ac ligna, et lapides moveret, neque partes etiam nostras desideraret. Quamobrem, cum, inquit, *Deus perficiet*, et hoc rursus ad illorum laudem pertinet, quippe qui Dei gratiam ita sibi conciliarint, ut ipsis cooperaretur ad naturæ humanæ conditionem exsuperandam. Atque alia etiam ratione hac in re laus inest, nimirum, quod talia sint vestra recte facta, ut minime humana sint, sed divino actu sit opus. Quod si Deus perficiet, non maximus capiendus erit labor, sed confidere oportet, facile a nobis omnia præstitum iri, quippe qui ab illo adjuvemur. 7. *Sicut est justum me hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde, et vinculis meis, et in defensione mea, et confirmatione evangelii, quod omnes vos una mecum participes estis gratia.* Magnam interea desiderii vim hoc loco ostendit, siquidem illos in corde habebat, atque in ipsomet carcere vinculus Philippensium recordabatur. Non vulgaris virorum laus, esse in memoria sancti hujus : non enim illius dilectio ex inconsiderato quodam animi motu, sed judicio ac bene cogitata ratione exsistebat. Quamobrem diligi aliquem a Paulo adeo vehementer, satis argumenti est, magnum esse illum atque admirabilem. *Et in defensione, inquit, et confirmatione evangelii.* Et quid mirum, si in carcere illos in corde haberet ? Nam neque illo tempore, inquit, quo ad tribunal accedebam dicturam causam, ex animo meo effluxistis. Tanta enim violentia est amoris spiritualis, ut nulli cedat ille tempori, sed amantis animam perpetuo complectatur, nullaque calamitate aut dolore vinci sinat. Etenim quemadmodum in fornace Babylonica, cum tantum esset excitatum incendium, ros tamen erat beatis illis pueris : ita etiam amicitia, ubi semel amantis Deoque accepti hominis apprehendit, omnem extinguit flammam, roremque admirabilem spargit. *Et confirmatione evangelii, inquit.* Ergo vincula erant confirmatio evangelii, ergo erant defensio ; ac jure quidem. Nam si vincula detrectasset, impostoris omnino speciem præbuisset : nunc vero omnia tolerans, et vincula et calamitatem, plane demonstrat non se humanam aliquam ob causam hæc pati, sed propter Deum, qui mercedem reddere solitus est. Nemo enim fuerit, qui et mori et tot adire pericula statuat ; nemo qui tanti Imperatoris, Neronem dico, offensionem subeat, nisi alium multo majorem Imperatorem intueretur. Erant igitur vincula confirmatio evangelii. Vide quomodo, ut plenius atque abundantius quod vult obtineat, omnia in contrariam partem converterit. Quod enim infirmitatis et criminis loco putabant, id confirmationem vocat : ut nisi id evenisset, infirmitate laboraturus fuerit. Deinde ostendit dilectionem non temere, sed judicio susceptam. Unde ? *Habeo vos, inquit, in vinculis meis, et in defensione, eo quod una mecum participes estis gratia.* Quid hoc est ? hoc ipsamne erat Apostoli gratia, vinciri, jactari, sexcentas ferre acerbitates ? Maxime : nam, *Sufficit tibi, inquit, gratia mea ; virtus enim mea in infirmitate perficitur. Propter quod placeo mihi,*

inquit, *in infirmitatibus, in contumeliis* (2. Cor. 12. 9. 10). Quando igitur video vos factis ipsis virtutem ostendere, atque hujus gratiæ esse participes, idque alacriter, nec immerito has conjecturas facio. Nam qui vos fuerim expertus, ac præ omnibus vos et vestra benefacta norim, qui vel tanto a nobis intervallo sejuncti, omnem contentionem adhibetis ne in calamitatibus a nobis sejungamini, sed periculorum quæ pro evangelio subeunda sunt participes sitis, et procul positi nihil minus me ipso habeatis, qui in certamina ipsa descendi; æquum plane est, ut hæc relinquam testata. Cur autem non dixit, Participes, sed, *Una mecum participes*? Et ego ipse, inquit, alteri impertio, ut una fiam particeps evangelii (1. Cor. 9. 23), id est honorum, quæ pro evangelio nos manent. Ac mirum profecto est, omnes illos ita affectos animo fuisse, ut a Paulo vocari possent sui participes: ita enim inquit, *Quod omnes vos una mecum participes estis gratiæ*. Hæc igitur initia fidem mihi faciunt, vos usque ad finem tales fore. Vix enim fieri potest, ut principium adeo splendidam extinguatur, atque evanescat, sed magnos quoque ac præclaros exitus præstat.

4. Quoniam igitur alia quadam ratione licet esse participem gratiæ et periculorum et calamitatum, obsecro ego vos, sinus nos quoque participes. Quam multi ex iis qui hic sunt vellent? quinimo omnes velletis participes esse Pauli in repositis illis bonis. At qui licet, si vultis, facile istud assequi, si iis qui ministerium illius representant, iis qui pro Christo male accipiuntur, velitis subsidium alacriter ferre, opitulari, manum porrigere. Vides periclitari fratrem? porrige manum. Vides præceptorem prælio appetitum? assiste. At enim dicis, nemo est qui Paulo comparari queat. En subito animi elatio, subito judicant. Neminem prope ad Paulum accedere, ego quoque fateor: verumtamen, *Qui recipit, inquit, prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet* (Matth. 10. 41). Num Philippenses ob eam causam admirabiles erant, quod Paulum adjuvabant? Non, inquam, ob eam causam, sed quoniam communicabant ei, qui evangelii prædicationem susceperat. Propterea Paulus honorem promerebatur, quoniam hæc patiebatur pro Christo. Qualis Paulus, nemo est. Quid dico, qualis Paulus? nemo est qui ad beatum illum vel prope accedat: prædicationem autem eadem est, quæ illo tempore erat. Nec tantum, dum in vinculis erat, ei communicabant, sed etiam a principio: audi enim ipsius verba, *Sciitis autem et vos, Philippenses, quod in principio evangelii nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli* (Philipp. 4. 15). Ac sane omissis etiam periculis, multas habet molestias præceptor: vigiliæ, dicendi ac docendi laborem, reprehensiones, accusationes, querelas, obtreactiones, invidiam. Levia hæc, dic mihi, sexcentis se linguis exponere, cum liceret sua unius procurare? Heu quid mihi animi est? duabus rebus interclusus, hæsito, atque hæreo. Nam cum vos et admonere et cohortari cupio, ut sanctos Dei foveatis omniique ope juvetis; tum vero metuo ne cui alia

quædam incidat suspicio, nimirum hæc mihi orationem non vestri, sed illorum causa esse susceptam. Verum scitote hæc a me non illorum, sed vestra ipsorum causa dici, idque, si mentem advertere velitis, ipsæ vobis rationes persuadebunt. Non æquale est lucrum, quod vos reportatis atque illi: nam vos quidem si dederitis, ea dabitis, quæ paulo post, velitis, nolitis, aliis resignaturi et concessuri estis; at quæ accipitis, permagna sunt, longe, inquam, majora. Annon hoc animo estis, accipere vos, cum datis? Ego vero, nisi hoc animo estis, ne detis quidem velim: tantum abest, pro illis sermonem faciam. Nisi quis antea sibi persuaserit, accipere se magis quam dare, ingens lucrum facere, beneficio magis affici quam afficere; ille vero ne det: si ita putat, dare se beneficium accipienti, ne det. Non enim id mihi nunc magnopere curæ est, ut alantur sancti: nam nisi tu dederis, alius dabit. Quamobrem quod volo, hoc est: ut vos peccatis vestris lenem quamdam medicinam faciatis: qui vero hæc in dando rationem non tenet, medicinam non habebit. Non enim dare, sed alacrem dare, sed lætum, sed gratias habentem accipienti, hoc est, eleemosynam facere: aut enim, *Non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus* (2. Cor. 9. 7). Non det igitur, qui hoc modo non dat: jactura enim istud est, non eleemosyna. Quare si vobis hoc exploratum est, vos esse qui quæstum facitis, non illos, exploratum quoque illud sit, majus etiam lucrum vobis accedere. Nam illis quidem corpus alitur; vobis autem splendescit anima: illis, cum accipiunt, nullum remittitur peccatum; vobis vero multæ offensiones abolentur. Communicemus igitur ipsis in laboribus æ certaminibus, ut in magnis quoque illis præmiis aliquando communicemus. Non defuerunt qui reges sibi adoptarent, atque in eo magis se dare, quam accipere putarent. Tu Christum tibi adopta, tuasque res in tuto collocabis. Vis et Paulo communicare? quid dico Paulo, ubi Christus ipse est, qui accipit?

5. *Eleemosynæ faciendæ ratio*. — Ut autem intelligatis, me non aliorum recreationi studentem, sed vestra causa hæc omnia et dicere et facere: si quis est ex præfectis Ecclesiæ, qui vitam non inopem agat nullaque re egeat, etiamsi sanctus sit, tamen nolo ei des; sed huic præpone illum qui eget, quamvis non adeo admirabilem. Quid ita? Quoniam ipse etiam Christus hoc ita vult, idque illis verbis indicat: *Cum facis cænam aut prandium, noli vocare amicos tuos neque cognatos, sed debiles, claudos et cæcos* (Luc. 14. 12. 13): eos nimirum, qui tibi par pari referre non possunt. Non enim temere sunt quilibet invitandi, sed esurientes, sed sitientes, sed nudi, sed peregrini, (a) [sed ii qui ex divitiis ad inopiam sunt redacti.] Non enim absolute dixit, Aluistis me, sed addidit, *Esurientem: Esurientem, inquit, me vidistis, et dedistis mihi manducare* (Matth. 25. 35). Quod si quemvis esurientem nutrire opus est; multo magis cura

(a) Uncinis clausa deerant in Editio; sed ex Codice Colbertiano resutata sunt et a Nobilio lecta fuere.

κότες βιάζεσθε μὴ ἀπολειφθῆναι ἡμῶν ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἀλλὰ τῶν ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου πειρασμῶν κοινωνῆσαι, καὶ μηδὲν ἕλαττον ἑμοῦ ἔχειν τοῦ εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐμβεδηκότος, αὐτοὶ οἱ πῆρῶθεν ὄντες, δίκαιός εἰμι ταῦτα μαρτυρεῖν. Διὰ τί δὲ οὐκ εἶπε, Κοινωνοὺς, ἀλλὰ, Συγκοινωνοὺς; Καὶ αὐτὸς ἐγώ, φησὶν, ἐτέρῳ κοινωνῶ, ἵνα γένωμαι συγκοινωνὸς τοῦ Εὐαγγελίου· τοῦτέστιν, ἵνα κοινωνήσω τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν τῷ Εὐαγγελίῳ. Καί τὸ δὴ θαυμαστὸν, τὸ πάντας αὐτοὺς οὕτω διακεῖσθαι ὥστε συγκοινωνοὺς Παύλου ἀκούειν· Συγκοινωνοὺς μου γὰρ, φησὶ, τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας. Ἀπὸ τῶν προομιῶν τοίνυν τούτων πέποιθα, ὅτι τοιοῦτοι ἔσεσθε μέχρι τέλους. Οὐ γὰρ ἐνὶ αὐτῷ λαμπρὰν ἀρχὴν σεβασθῆναι καὶ λῆξαι, ἀλλὰ μεγάλα δείκνυσι τὰ τέλη.

δ'. Ἐπεὶ οὖν ἔστι κοινωνῆσαι καὶ ἐτέρως χάριτος, καὶ πειρασμῶν καὶ θλίψεων, κοινωνῶμεν, παρακαλῶ, καὶ ἡμεῖς. Πόσοι τῶν ἐνταῦθα ἐστῶτων, μάλλον δὲ πάντες, ἐβούλεσθε κοινωνῆσαι τῷ Παύλῳ τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν! Ἐνεστὶν, εἰ βούλεσθε τοῖς τὴν διακονίαν ἀναδεδεγμένοις τὴν ἐκείνου, τοῖς πάσχουσι τι δεινὸν διὰ τὴν Χριστὸν συμμαχῆσαι, βοηθῆσαι. Εἶδες ἐν πειρασμῷ τὸν ἀδελφόν; ὄρεξον χεῖρα. Εἶδες τὸν διδάσκαλον ἀγωνιζόμενον; παράστηθι. Ἄλλ' οὐδεὶς κατὰ Παῦλον ἔστι, φησὶν. Εὐθέως ἀπόνοια, εὐθέως κρινούσιν. Οὐδεὶς κατὰ Παῦλον ἔστι, κἀγὼ ἐμολογῶ· ἀλλ' Ὁ δεσχόμενος, φησὶ, προφήτην εἰς ὄραμα προφήτου, μωθὸν προφήτου λήψεται. Μὴ γὰρ ἐκεῖνοι διὰ τοῦτο ἐθαυμάζοντο, ἐπειδὴ Παῦλῳ συνέπραττον; Οὐ διὰ τοῦτο, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀναδεξαμένοι τὸ κήρυγμα. Παῦλος διὰ τοῦτο τίμιος ἦν, ἐπειδὴ ταῦτα ἔπασχε διὰ τὸν (200) Χριστόν. Κατὰ Παῦλον μὲν οὐδεὶς ἔστι. Τί λέγω κατὰ Παῦλον; Ἄλλ' οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγὺς τοῦ μακαρίου ἐκείνου· τὸ δὲ κήρυγμα τὸ αὐτὸ ἔστιν, ὅπερ καὶ τότε. Οὐκ ἐν δεσμοῖς δὲ ὄντι μόνον ἐκοινωνῶν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς· ἄκουε γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· *Οἶδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππησίοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἐκοινωνήσεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι.* Καὶ χωρὶς πειρασμῶν δὲ ἔχει πολὺν ὁ διδάσκαλος πόνον, ἀγρυπνίαν, κόπον τὸν ἐν λόγῳ, διδασκαλίαν, μέμψεις, κατηγορίας, αἰτίας, βασκανίας. Μικρὰ ταῦτα, τὸ μυρίων ἀνεχεσθαι στομάτων, ἐξὸν τὰ αὐτοῦ μεριμνῆν; Οἴμοι, τί πάθω; ἐν μέσῳ δυοῖν ἐν ἀπειλημαῖσι πραγμάτων ἀπορῶν· βούλομαι μὲν γὰρ καὶ προτρέψαι ὑμᾶς, καὶ παρακαλέσαι πρὸς τὴν συμμαχίαν καὶ τὴν ἀντίληψιν τῶν ἀγίων τοῦ Θεοῦ· δίδοκα δὲ μὴ ἕτερόν τις ὑποπτύσῃ, ὅτι οὐχ ὑμῶν ἔνεκεν, ἀλλ' ἐκείνων ταῦτα λέγω. Ἴστε δὲ, ὅτι οὐκ ἐκείνων ἔνεκεν ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὑμῶν αὐτῶν. Καὶ εἰ βούλεσθε προσέχειν, δι' αὐτῶν τῶν λόγων ὑμᾶς πιθῶ· οὐκ ἔστιν ἴσον ὑμῖν τὸ κέρδος, κἀκαίνοις. Ὑμεῖς μὲν γὰρ ἐὰν ὄωτε, ταῦτα δώσετε, ὧν καὶ μικρὸν ὑστερον καὶ ἐκόντας καὶ ἄκοντες ἀποστήσεσθε, καὶ παραχωρήσετε ἐτέροις· ἃ δὲ λαμβάνετε, πολλῶν μεγάλα ἔστι καὶ μείζονα. Ἡ οὐχ οὕτω διάκεισθε, ὅτι δίδόντες λήψετε; Εἰ γὰρ μὴ οὕτω διάκεισθε, οὐδὲ δοῦναι ὑμᾶς βούλομαι· οὕτως οὐ τὸν ὑπὲρ ἐκεί-

νων ποιῶμαι λόγον. Εἰ μὴ τις οὕτω πρότερον ἑαυτὸν διέθηκεν, ὡς λαμβάνων μᾶλλον ἢ δίδους, ὡς καρδαίων μυρία, ὡς εὐεργετούμενος ἢ εὐεργετῶν, μὴ δίδωτω· εἰ ὡς χάριν παρέχων τῷ λαμβάνοντι, μὴ δίδωτω. Οὐ γὰρ τοῦτό μοι περίσπουδαστον τοσούτων τραφῆναι τοὺς ἀγίους· κἂν γὰρ σὺ μὴ ὄῃς, ἕτερος δώσει. Ἄστε δὲ βούλομαι, τοῦτό ἐστιν, ὑμᾶς τῶν ἐμετέρων ἀμαρτημάτων παραμυθίαν ἔχειν· ὁ δὲ μὴ οὕτω δίδους, οὐχ ἔξει παραμυθίαν. Οὐ γὰρ τὸ δοῦναι, τοῦτό ἐστιν ἐλεημοσύνην ἐργάσασθαι, ἀλλὰ τὸ μετὰ προθυμίας, τὸ χαίροντα, τὸ χάριν εἰδόντα τῷ λαμβάνοντι· *Μὴ ἐκ λύπης γὰρ, φησὶ, μηδὲ ἐξ ἀνάγκης· Ἰλαρὸν γὰρ δούτην ἀγαπᾷ ὁ Θεός.* Εἰ μὴ τις τοίνυν οὕτω δίδωσι, μὴ δίδωτω· ζημία γὰρ τοῦτό ἐστιν, οὐκ ἐλεημοσύνη. Εἰ τοίνυν ἴστε, ὅτι ὑμεῖς κερδανείτε, οὐκ ἐκεῖνοι, ἴστε, ὅτι μείζον ὑμῖν τὸ κέρδος γίνεται. Ἐκεῖνός μὲν γὰρ τὸ σῶμα τρέφεται, ὑμῖν δὲ ἡ ψυχὴ εὐδοκμεῖ· ἐκεῖνός οὐδὲν ἀφίσταται τῶν ἀμαρτημάτων, ὅταν λάθωσιν, ὑμῖν δὲ τὰ πολλὰ τῶν προσκρουμάτων ὑπομένεται. Κοινωνῶμεν τοίνυν αὐτοῖς τῶν ἀθλῶν, ἵνα καὶ τῶν ἐκείνους κοινωνήσωμεν μεγάλων ἐπάθλων. Βασιλέας αὐτοποιούντες τινες, οὐχ ἠγούονται δίδόναι [201] μᾶλλον, ἢ λαμβάνειν. Ἰσοποιῆσαι σὺ τὸν Χριστόν, καὶ ἔξεις πολλὴν ἀσφάλειαν. Βούλει καὶ Παῦλῳ κοινωνῆσαι; τί λέγω Παῦλῳ, ὅπου γε Χριστός ἐστιν ὁ λαμβάνων;

ε'. Ἴνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ὑμῶν ἔνεκεν πάντα καὶ λέγω καὶ ποιῶ, οὐ τῆς ἐτέρων ἀναπαύσεως κηρόμενος· εἰ τίς ἐστι τῶν προσεστώτων Ἐκκλησίας ἐν ἀφθονίᾳ ζῶν, καὶ μηδενὸς δεόμενος, κἂν ἅγιος ᾖ, μὴ ὄῃς, ἀλλὰ προτίμησον ἐκείνου τὸν ἐν ἀδείᾳ ὄντα, κἂν μὴ οὕτω; ἢ θαυμαστός. Τί ὄηποτε; Ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς οὕτω βούλεται, ὡς ὅταν λέγῃ· *Εἶν ποιῆς δεῖπνον, ἢ ἄριστον, μὴ καλέσης τοὺς φίλους σου, μηδὲ τοὺς συγγενεῖς, ἀλλὰ τοὺς ἀναπήρους, τοὺς χωλοὺς, τοὺς τυφλοὺς, τοὺς μὴ δυναμένους ἀνταποδοῦναί σοι.* Οὐ γὰρ ἀπλῶς δεῖ τὰς τοιαύτας δεξιώσεις ποιεῖν, ἀλλὰ τοῖς πεινώσιν, ἀλλὰ τοῖς διψῶσιν, ἀλλὰ τοῖς γυμνητεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ξένοις, ἀλλὰ τοῖς ἀπὸ πλοῦτου πτωχεύουσιν. Οὐ γὰρ εἶπεν ἀπλῶς, Ἐτράφη, ἀλλ', Ἐπειῶν· *Πεινῶντά με γὰρ, φησὶν, εἶδετε, καὶ ἐθρέψατε.* Διπλοῦν τὸ δικαίωμα· εἰ δὲ τὸν ἀπλῶς πεινῶντα δεῖ τρέφειν, πολλῶ μᾶλλον, ὅταν καὶ ἅγιος ὁ πεινῶν ᾖ. Ἄν τοίνυν ἅγιος μὲν ᾖ, μὴ δέηται δὲ, μὴ ὄῃς· οὐ γὰρ κέρδος τοῦτο· οὐδὲ γὰρ ἐπέταξεν ὁ Χριστὸς, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἅγιος ἐκεῖνος; ὁ ἐν ἀφθονίᾳ ὢν, καὶ λαμβάνων. Ὅρξ, ὅτι οὐκ αἰσχροκερδίας ἔνεκεν ἡμῖν ταῦτα λέλεκται, ἀλλὰ τοῦ ὑμῖν λυσitteλοῦντος; Θρέψον τὸν πεινῶντα, ἵνα μὴ θρέψῃς τὸ τῆς γενένης πῦρ· ἐκεῖνος ἐσθίων ἀπὸ τῶν σῶν, καὶ λείψανα ἀγιάζει. Ἐνόησον πῶς ἔτρεφε τὸν Ἠλίαν ἢ ἡφρα· οὐκ ἔθρεψε μᾶλλον, ἢ ἐτράφη· οὐκ ἔδωκε μᾶλλον, ἢ ἔλαβε. Τοῦτο καὶ νῦν γίνεται καὶ πολλῶ μείζον. Οὐ γὰρ ὕδρια ἀλεύρου, οὐδὲ καμψάκης

<sup>a</sup> Hic di' ἐμοιστέλευτον quædam deficiebant, quæ ex Cois:iniانو Cod. restituta sunt. Videlicet Edd., τῶν ἀθλῶν τῶν μεγάλων. Βασιλείας.

ιλαιου, ἀλλὰ τί; ἑκατονταπλασίονα, καὶ ζωὴ αἰώνιος τοῖς τοιοῦτοις ἢ ἀμοιβή. Ἔλεος ὁ τοῦ Θεοῦ, ἡ τροφή ἡ πνευματικὴ γίνη, ζύμη καθαρὰ. Χήρα ἦν ἐκείνη, λιμὸς ἐπέκειτο, καὶ οὐδὲν τούτων αὐτὴν ἐκώλυσε· παῖδες ἦσαν αὐτῇ, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐνεποδίσθη. Αὕτη τῆς τὰ δύο καταβαλοῦσης λεπτὰ ἴση γέγονεν. Οὐκ εἶπε πρὸς αὐτὴν, Τί ἀπὸ τούτου λήψομαι; αὐτὸς ἔμοῦ δέεται· εἰ τίνα ἰσχύον εἶχεν, οὐκ ἂν ἐλίμωξεν, ἔλυσεν ἂν τὸν αὐχμὸν, οὐκ ἂν ὑπεύθυνος ἦν τοῖς ἀ- τοῖς· προσκρούει ἴσως καὶ αὐτὸς τῷ Θεῷ. Οὐδὲν τούτων ἐνανόησεν. Ὁρᾷ· πόσον ἀγαθόν ἐστι μετὰ ἀπλότητος εὐποιεῖν, καὶ μὴ σφόδρα περιεργον εἶναι περὶ τὸν εὐπάσχοντα; Εἰ ἤθελε πολυπραγμονῆσαι, ἐδίττασεν ἂν, οὐκ ἂν ἐπίστασεν. Οὕτω καὶ Ἀβραάμ, εἰ ἤθελε πολυπραγμονῆσαι, οὐκ ἂν ἐδέξατο ἀγγέ- λους. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι τὸν ἐν τούτοις ἀκριβο- λογούμενον [202] ἐπιτυχεῖν ἀγλιον ποτὲ, ἀλλ' ὁ τοιοῦ- τος μάλιστα ἐμπίπτει εἰς ἐπιθέτας. Καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω· Ὁ εὐλαθῆς οὐ βούλεται φαίνεσθαι εὐλαθῆς, καὶ οὐ περιτιθῆσιν ἐαυτῷ σχῆμα, κἂν μέλλῃ δια-

πτύεσθαι· ὁ δὲ ἐπιθέτης, ὅτε τέχνην τὸ πρᾶγμα ἔχων, πολλὴν εὐλάβειαν καὶ δυσφώρατον περιτιθεταί. Ὅστε ὁ μὲν καὶ τοῖς δοκοῦσιν ἀνευλαθέσιν εὐ ποιῶν. τοῖς εὐλαθείς περιπεσεῖται· ὁ δὲ τοῦ νομιζομένου εὐλαθείς ἐπιζητῶν, ἀνευλαθέσιν ἐμπεσεῖται πολλάκις. Διὸ, παρακαλῶ, ἐν ἀπλότητι πάντα πράττωμεν. Θῶμεν γὰρ ὅτι καὶ ἐπιθέτης ἔστιν ὁ προσίων· οὐκ ἐκαλεύθη ταῦτα περιεργάζεσθαι. Παντὶ γὰρ, φησί, τῷ αἰτοῦντι σε δίδου· καὶ, Ἐκπριοῦν κτεινόμε- νον μὴ φείσῃ· καίτοι οἱ πλείους τῶν ἀναιρουμένων ἐπὶ κακοῖς ἀλισκόμενοι τοῦτο ὑπομένουσιν, ἀλλὰ, Μὴ φείσῃ, φησὶν. Οὕτω γὰρ ὅμοιοι ἐσόμεθα τῷ Θεῷ, οὕτω θαυμασθησόμεθα, καὶ τῶν ἀθανάτων ἐπιτυχο- μεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, καὶ τὰ ἐξῆς.

\* Παντὶ γὰρ τῷ αἰτοῦντι σε δίδου, haec prima loci pars ex Evangelio Lucae vi, 30, excerpta fuit. Quod sequitur autem, καὶ ἐκπριοῦν κτεινόμενον μὴ φείσῃ, sic hodie legitur in Graecis exemplaribus, καὶ ἐκπριου κτεινόμενος μὴ φείσῃ. Nobiliss hie Vulgatam Latinam sequitur in Latina interpretatione.

## ΟΜΙΛΙΑ Β΄.

**Μάρτυς γὰρ μοι ἔστιν ὁ Θεός, ὡς ἐπιποθῶ πάν- τας ὑμᾶς ἐν σπλάγγχοις Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ τοῦτο προσεύχομαι, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν εἴη μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσῆ ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει. Εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμῶς τὰ διαφέροντα, ἵνα ἦτε εὐκρινεῖς καὶ ἀπόστο- κοὶ εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, πεπληρωμένοι καρ- πῶν δικαιοσύνης τῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς δόξαν καὶ ἔκδοσιν Θεοῦ.**

α'. Οὐχ ὡς ἀπιστούμενος μάρτυρα καλεῖ τὸν Θεόν, ἀλλ' ἐκ πολλῆς διαθέσεως τοῦτο ποιεῖ, καὶ τῷ σφόδρα πεπαισθαι καὶ θαρρεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐκοι- νῶνησαν αὐτῷ, ἵνα μὴ νομισωσιν, ὅτι διὰ τοῦτο αὐ- τοῦς ποθεῖ, καὶ οὐκ ἀπλῶς ἐκείνων ἔνεκον, διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν, ὅτι Ἐν σπλάγγχοις Χριστοῦ. Τί ἐστὶ τοῦτο; Ἄνε τοῦ, Κατὰ Χριστόν· ἐπειδὴ πιστοὶ ἔστε, ἐπειδὴ φιλεῖτε τὸν Χριστόν, διὰ τὴν κατὰ Χριστόν ἀγάπην. Καὶ οὐκ εἶπεν ἀγάπην, ἀλλ' ὁ θερμότερον ἦν, σπλάγγχνα Χριστοῦ· ὡσανεὶ αὐτοῦ λέγων, τοῦ ὡς πατὴρ ὑμῶν γεγονότος διὰ τὴν συγγένειαν τὴν κατὰ Χριστόν. Σπλάγγχνα γὰρ ἡμῖν αὕτη χαρίζεται, σπλάγγχνα θερμὰ, καὶ διάπτουρα· τοῖς γὰρ γνησίοις αὐτοῦ βούλοισ σπλάγγχνα χαρίζεται. Ἐν ἐκείνοις, φησί, τοῖς σπλάγγχοις· ὡς ἂν εἰ τις εἶποι· Φιλῶ ὑμᾶς σπλάγγχοις οὐ φυσικοῖς, ἀλλὰ τοῖς θερμότεροις, τοῖς τοῦ Χριστοῦ. Ὡς ἐπιποθῶ, φησί, πάντας ὑμᾶς. Ἐπιποθῶ πάντας, ἐπειδὴ καὶ πάντες τοιοῦτοί ἐστε.

\* Vitiatam seriem ex Coisliliano restituimus, ut etiam in sequentibus quaedam eodem codice usi corrigimus. No- bilissimam interpretationem sequentes, qui accurato exemplari Vaticano usus est,

Οὐ [203] τοῖνον δυνατόν εἶπεν πῶς ἐπιποθῶ· οὐ γὰρ δύναμαι παραστήσαι τῷ λόγῳ τὸν πόθον· διὰ τοῦτο τῷ Θεῷ καταλιμπάνω εἶδέναι τῆς τὰς καρδίας ἐμβα- τεύοντι. Οὐκ ἂν δὲ, εἰ ἐκολάκευεν αὐτούς, τὸν Θεὸν ἐκάλεσε μάρτυρα· οὐδὲ γὰρ ἀκίνδυνον τοῦτο. Καὶ τοῦτο, φησί, προσεύχομαι, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν εἴη μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσῆ. Καλῶς· ἀκό- ρεστον γὰρ ἀγαθὸν τοῦτο. Ὅρα πῶς φιλούμενος, εἴη μᾶλλον ἐβούλετο φιλεῖσθαι. Ὁ γὰρ οὕτω φιλῶν, τὸν φιλούμενον οὐδαμῶς τῆς ἀγάπης βούλεται ἴστασθαι· οὐ γὰρ ἐνὶ μέτρον τοῦτο τοῦ καλοῦ. Ὅθεν ἀεὶ αὐτὸ ὀφειλεσθαι βούλεται ὁ Παῦλος, *Μηθεσί, λέγων, μη- δὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. Μέ- τρον ἀγάπης, τὸ μηδαμῶς ἴστασθαι. Ἴνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν, φησὶν, εἴη μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσῆ. Ὅρα τὴν διάθεσιν τῆς λέξεως. Ἐτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον, φησὶν, ἵνα περισσῆ ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει. Οὐχ ἀπλῶς τὴν φιλίαν θαυμάζει, οὐδὲ ἀπλῶς τὴν ἀγάπην, ἀλλὰ τὴν ἐξ ἐπιγνώσεως· τούτεστιν, οὐχ ἵνα πρὸς ἀπαντας τῇ αὐτῇ χρησθεῖς ἀγάπῃ· τοῦτο γὰρ οὐκ ἀγάπης, ἀλλὰ ψυχρότης. Τί ἐστίν, Ἐν ἐπιγνώσει; Τούτεστι, μετὰ κρίσεως μετὰ λογισμοῦ, μετὰ τοῦ αἰσθάνεσθαι. Εἰσὶ γὰρ τι- νες ἀλόγως φιλοῦντες, ἀπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν· ὅθεν οὐδὲ σφοδρὰς εἶναι τὰς τοιαύτας φιλίας συμβαίνει. Ἐν ἐπιγνώσει, φησί, καὶ πάσῃ αἰσθήσει, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα, τούτεστι, τὰ συμ-*

β Sic Coislilianus. Edicti vero, φίλιας ἐστίν.

ad cibi necessitatem viri sanctitas accesserit. Duplici enim nomine officium justum est, quod et in sanctam, et in esurientem confertur. Ergo si quis sanctus quidem fuerit, sed non egeat, nihil ei dato: non enim hoc lucrum est, non hoc Christus præcepit; quinimo ne sanctus quidem ille fuerit, qui cum abundet, accipit tamen. Vides non turpis lucri causa hæc a me esse dicta, sed vestræ utilitatis. Ale esurientem, ut no alas gehennæ ignem: ille de tuis rebus comedens, eam etiam partem quæ tibi relinquitur, sanctificat. Cogita, quomodo vidua Heliam aluerit, ac non magis aluerit quam alta sit; non magis dederit, quam acceperit. Id nunc etiam sit, et multo amplius. Non enim hydria farinæ, aut lecythus olei, sed quid? centuplum, et vita æterna hujusmodi officiis proposita merces est. Misericordia Dei, alimentum spirituale fias, fermentum mundum. Vidua erat illa, urgebat fames, et nihil horum impedimento illi fuit; habebat filios, neque hinc etiam se retardari sivit. Æquavit illam, quæ misit duo minuta in gazophylacium. Non secum ipsa dixit: Quæ mihi utilitas ob hoc expectanda est! ipse eget: si quid virium haberet, non incidisset in famem: depulisset hanc siccitatem, non iisdem premeretur malis: forsitan et ipse in Dei offensionem incurrit. Nihil horum cogitavit. Vides quantum boni sit adhibere simplicitatem in benefaciendo, nec nimis curiose in eum inquirere,

qui beneficium sit accepturus? Si omnia voluisset unia quadam diligentia expendere, multa illius aurum diverse traxissent, nec fidem habuisset. Ita et Abraham si curiose agere voluisset, angelos non suscepisset. Fieri enim minime potest, fieri, inquam, non potest, ut qui tam tenuem singulis quibusque rebus examinandis diligentiam adhibet, sancto homini aliquando benigne faciat, sed omnium maxime incidit in impostores. Et quomodo istud, ego dicam. Vir pius non hoc affectat, ut pius videatur, neque hanc sibi personam vult imponere, etiamsi futurum videat, ut despiciatui habeatur: impostor autem, quippe qui rem hanc artis loco habet, eximia cujusdam pietatis speciem artificio ad deprehendendum difficillimo præ se fert. Quamobrem sit, ut ille quidem, qui etiam lis qui non videntur pii, benigne facit, in pios incidat: qui autem eos solos quarit qui pii existimantur, incidat persæpe in impios. Obsecro igitur, omnia in simplicitate faciamus. Esto enim, qui ad nos accedit, sit impostor; non tamen jussus es hæc curiose scrutari: *Omni enim, inquit, a te petenti tribus (Luc. 6. 30); et, Qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses (Prov. 24. 11):* quamvis multi eorum qui necantur, in criminibus deprehensi ea pœna mulctati fuerint; sed, *Ne cesses, inquit.* Ita similes Deo, ita admirabiles erimus, et immortalia bona consequemur: quibus utinam digni efficiamur, etc.

## HOMILIA II.

CAP. I. V. 8. *Testis est mihi Deus, quomodo vos omnes cupiam in visceribus Jesu Christi.* 9. *Et hoc oro, ut caritas vestra adhuc magis ac magis abundet in scientia et omni sensu:* 10. *ut probetis potiora, ut sitis sinceri et sine offensa in diem Christi,* 11. *repleti fructibus justitiæ per Jesum Christum in gloriam et laudem Dei.*

1. Non idcirco quod sibi fides non habeatur, testem citat Deum, sed ex animi affectu id facit, utque illis hoc sit persuasissimum. Nam quoniam dixerat, eos sibi communicasse: ne ob hanc causam, id est ob ea quæ mittebant, putarent se ab ipso desiderari, minime vero quod ipsi per se amarentur, idcirco subjunxit, *In visceribus Christi.* Quid hoc sibi vult? klem ac si dixisset, secundum Christum: quoniam fideles estis, quoniam amatis Christum, propter dilectionem quæ secundum Christum est. Neque dixit, *Dilectionem, sed, quod ardentius est, Viscera Christi:* perinde atque ita diceret, viscera ejus, qui veluti pater vester effectus est per eam cognationem, quæ est secundum Christum. Hæc enim est, quæ nobis dat viscera, viscera calentia et inflammata: veris enim servis suis viscera largitur. In illis, inquit, visceribus amo vos: ac si dicat, visceribus non naturalibus, sed iis quæ ardentiora sunt, nimirum, quæ Christi sunt. *Quomodo, inquit, vos omnes cupiam.* Omnes desidero, quoniam et omnes tales estis. Modum ergo desiderii non postquam consequi oratione: non enim verbis exprimi potest: ideoque Deo cognoscendum relinquo

penetranti corda. Quod si illis assentaretur, minime Deum citasset testem: non enim id tutum est. *Et hoc, inquit, oro, ut caritas vestra magis, ac magis abundet.* Recte; insatiabile enim est bonum hoc. Vide quomodo, cum adeo amaretur, adhuc magis amari cupiebat. Qui enim hoc modo amat, eum quem amat ita sibi respondere vult, ut in nullo amoris gradu consistere patiatur: nullus enim est hujus boni modus. Idcirco Paulus id semper debere vult: *Nemini, inquit, quidquam debeatis nisi ut invicem diligatis (Rom. 13. 8).* Modus et mensura caritatis est, nusquam consistere: *Ut caritas vestra, inquit, adhuc magis ac magis abundet.* Attende verborum dispositionem: *Ut adhuc magis, inquit, ac magis abundet in scientia et omni sensu.* Non universe quamvis caritatem admiratur, sed eam quæ ex scientia proficitur; id est, ut non erga omnes eandem caritatem adhibeatis: id enim minime caritatis est, sed insulsitatis. Quid est, *In scientia?* Adhibito judicio, cogitata ratione, delectu quodam ac sensu. Non enim desunt qui inconsulto ac temere ament: ex quo etiam sit, ut hujusmodi amicitia parum roboris habeant. *In scientia, inquit, et omni sensu, ut probetis potiora:* id est, quæ utilia sunt. Non mea, inquit, sed vestra ipsorum causa hæc dico: periculum enim est ne quis ab hæreticorum amore corrumpatur. Hoc enim totum subindicat, dum ita loquitur. Vide autem quomodo istud injicit: *Non mea, inquit, causa isthæc dico, sed, Ut sitis sinceri, id est, ne spurium aliquod dogma præ-*

bus? num sectatorum multitudinem per forum incredens circumducit? num equo vehitur? num ædes extruit, habens ubi habitet? Si hæc facit, ego etiam reprehendo, neque illi parco, sed sacerdotio indignum esse affirmo. Nam quomodo movere alios poterit, ne rebus istis inutilibus vacent, qui ipsam monere non potest? Sin autem quod rebus tantum ad vitam necessariis non eget, hoc ipso inique agit; an ipsum circumire oportebat, et mendicare? nec quidquam te, o discipule, puderet? Ac si carnalis pater id faciat, dedecus magnum putes; sin spiritualis eo descendere cogatur, non erubescas, neque te tenebris abdendum putabis? *Dedecus enim, inquit, filiorum pater sine honore (Eccli. 3. 13)*. Quid ergo? pereundum illi fame fuerat? Verum neque hoc pii hominis est; neque enim probatur Deo. Cæterum quando hæc adversus istos afferimus, subito philosophantur: scriptum est, inquit, *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas, neque es in zonis vestris, neque virgam (Matth. 10. 9)*. Illi vero terna et quaterna habent vestimenta, et lectos constratos. Ille mihi! cogor ego nunc suspirare, ac nisi mihi decorum tuendum esset, multas etiam profunderem lacrymas. Cur? Quoniam in aliorum quidem festucas adeo diligenter inquirimus, nostras vero trabes, quas in oculis habemus, ne sentimus quidem. Dic mihi, cur isthæc tibi ipsi non dicis? Quoniam hoc, inquit, magistris dumtaxat præceptum est. Ergo cum Paulus inquit, *Habentes alimenta et quibus legamur, his contenti simus (1. Tim. 6. 8)*, ad solos magistros verba facit? Minime; sed ad omnes homines. Idque satis constabit, si a capite locum illum inspexerimus: nam cum dixisset, *Est autem quæstus magna pietas cum sufficientia*; ac deinde addidisset, *Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quod nec auferre quid possumus*; continuo subjunxit, *Habentes autem alimenta et quibus legamur, his contenti simus. Qui autem volunt divites fieri, incidunt in tentationem et laqueum, et desideria multa stulta et nociva (Ibid. v. 6. 9)*.

5. Vides ad omnes orationem haberi? Quid vero, cum rursus inquit, *Carnis curam ne feceritis in desideriiis (Rom. 13. 14)*; nonne omnibus generatim loquitur? quid vero, cum inquit, *Esca ventri, et venter escis: Deus autem et hunc et has destruet (1. Cor. 6. 13)*? quid vero, ubi inquit, *Quæ in deliciis est, vivens mortua est*, de vidua loquens? num fortasse et vidua magister est? annon ipse fuit, qui ita dixit, *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in eorum (1. Tim. 5. 6. et 2. 12)*? Quod si vidua, ubi et ætas senilis; senectus enim magno eget obsequio, et natura ipsa; muliebri enim genus majore eget solatio, quia infirmum est: igitur, si ubi ætas et natura obstabat, minime tamen illam sinit delicate et molliter vivere, sed etiam mortuam esse inquit (non enim tantum dixit, Ne delicate vivat, sed, *Quæ in deliciis est, vivens mortua est*; eamque e medio removet; nam quæ mortua est, e medio sublata est): quam veniam habebit homo ea faciens, quorum causa mulier vetul-

τῆς εὐγνωμοσύνης· τὰ δὲ περὶ ἐκόντων, καὶ ὡς παρὰ  
ἐλευθερίων, πάντα ἐλλειπνύονται. Οὐ κατὰ πάντων  
λέγω, ἀλλὰ κατὰ τῶν τὰ τελέσματα ταῦτα ἐγκατα-  
λειπνύοντων. Μὴ γὰρ οὐκ ἴδύνατο ὁ Θεὸς ἀνάγκη  
ταῦτα ποιεῖν; Ἄλλ' οὐ βούλεται· ὑμῶν γὰρ φείδεται  
μᾶλλον, ἢ τῶν τραφεμένων. Διὰ τοῦτο ὑμεῖς οὐκ ἀνάγκη  
βούλεται κατατιθέναι, ἐπειδὴ οὐκ ἔστι μισθός. Καὶ  
ὄμως πολλοὶ τῶν ἐνταῦθα, τῶν Ἰουδαίων εἰσι ταπει-  
νότεροι. Ἐνόησον ὅσα Ἰουδαῖοι ἐδίδοσαν, δεκάτας,  
ἀπαρχάς, πάλιν δεκάτας, καὶ πάλιν ἄλλας δεκάτας,  
καὶ πάλιν ἐτέρας τριεκαδικάτας, καὶ τὸ οἰκίον· καὶ  
οὐδεὶς ἔλεγεν, ὅτι πολλὰ κατεσθίουσιν. Ὅτι, ἂν πλείονα  
λάβωσι, τοσοῦτον καὶ πλείων ὁ μισθός. Οὐκ ἔλε-  
γον, Ἠλλά λαμβάνουσι, γαστριζονται, ἃ νῦν ἀκούω  
λεπόντων τινῶν. Καὶ οἱ μὲν οἰκοδομοῦντες οἰκίας, καὶ  
ἀγροὺς ἠνομήμενοι, οὐδὲν ἠγούνησι· ἔχειν ἂν δέ τις τῶν  
ιερέων λαμπρότερον ἱμάτιον περιβάλλεται, ἢ τῆς ἀναγ-  
καίας εὐπορήσει τροφῆς, ἢ τὸν διακονούμενον ἔχη, ἵνα  
μὴ ἀναγκάζῃται αὐτὸς ἀσχημονεῖν, πλοῦτον τὸ πρᾶ-  
γμα τίθενται. Ὅντως πλουτοῦμεν καὶ ἐν τούτοις, καὶ  
ἔκοντες ὁμολογοῦσιν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ κἄν μικρὰ ἔχω-  
μεν, πλουτοῦμεν· ἐκεῖνοι δὲ κἄν πάντα περιβάλλονται,  
πένονται. Μέχρι τίνας ἀνοηταίνομεν; οὐκ ἀρκεῖ τὸ  
μῆδεν ποιεῖν εἰς κόλασιν ὑμῖν, ἀλλὰ χρεὶ καὶ τὴν ἀπὸ  
τῆς κακῆς προσιθέμεν ζημίαν; Εἰ μὲν γὰρ αὐ-  
τὸς ἔδωκας αὐτῷ, ἄπερ κέκτηται, τὸν μισθὸν ἀπώ-  
λεσας, ὑπὲρ ὧν ἔδωκας, ἐγκαλῶν ὄλωσ' δὲ εἰ σὺ ἔδω-  
κας, τί ἐγκαλεῖς; Πρότερον μὲν οὖν αὐτῷ πέναν  
ἐμαρτύρεις, λέγων ἄπερ ἔχει δεδοκέναι αὐτός· τί τοί-  
νον ἐγκαλεῖς; Οὐκ ἐχρῆν δοῦναι, εἴ γε ἐμελλες ἐγκα-  
λεῖν. Ἄλλ' ἐτέρου δόντος ταῦτα λέγεις; Χαλεπώτερον  
τὸ πρᾶγμα, ὅτι οὐδὲ διδούς ἐγκαλεῖς ὑπὲρ ὧν ἕτερος  
ποιεῖ αὐ. Πόσον οἶαι τοὺς ταῦτα ἀκούοντας μισθὸν  
[270] ἔχειν; Διὰ γὰρ τὸν Θεὸν ταῦτα πάσχουσι. Πῶς  
καὶ διὰ τί; Ἐξῆν, εἴ γε ἐβούλοντο, κατηλικὸν ἀναδέ-  
ξασθαι βίον, εἰ καὶ μὴ ἀπὸ προγόνων εἶχον. Καὶ γὰρ  
ἀκούω καὶ ταῦτα πολλῶν λεγόντων ἰταμῶς, ὅταν  
εἰπωμεν, ὅτι ὁ δαίνα πένεται· Εἰ γὰρ ἐβούλετο, φησὶν,  
ἴδύνατο πλουτεῖν· εἴτα ὕβριστικῶς, Ὁ προγόνος αὐτοῦ,  
καὶ ὁ πάππος αὐτοῦ, καὶ ὁ δαίνα, τοῖσδε ἦν· νῦν δὲ  
τοιαύτην ἐσθῆτα περιβέβηται. Ἄλλὰ τί; εἰπέ μοι,  
γυμνὸν αὐτὸν ἐχρῆν περιέναι; Σὺ μὲν οὖν ὑπὲρ τού-  
των ἀκριβολογῆ· ὅρα δὲ μὴ κατὰ σαυτοῦ ταῦτα λέγῃς.  
Ἄλλ' ἄκουε τῆς παραινέσεως τοῦ Χριστοῦ τῆς λεγού-  
σης, *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε*. Ἄλλ' ἐξῆν, εἴ γε  
ἐβούλετο, κατηλικὸν καὶ ἐμπορικὸν βίον ζῆν, καὶ  
πάντως οὐκ ἂν ἴπότησεν· ἀλλ' οὐκ ἠθέλησε. Τί οὖν  
ἐνταῦθα κερδαίνει, εἰπέ μοι; σερικὰ ἱμάτια περικει-  
ται; πλῆθος ἀκολούθων ἔχων σοβεῖ κατὰ τὴν ἀγοράν;  
ἐπὶ ἵππου φέρεται; οἰκίας οἰκοδομεῖ, ἔχων ὅπου κα-  
ταμεινῆ; Ἄν ταῦτα ποιῆ, καὶ ἐγὼ κατηγορῶ, καὶ  
οὐ φείδομαι, ἀλλ' ἀνάξιον αὐτὸν εἶναι τῆς ἱερωσύνης  
φημί. Πῶς γὰρ ἐτέροις δυνήσεται παραινεῖν μὴ περὶ  
τὰ περιττὰ ταῦτα ἐσθολακέναι, αὐτὸς ἑαυτῷ παραι-  
νέσαι μὴ δυνάμενος; Εἰ δὲ οὐκ ἔστι τῆς ἀναγκαίας εὐπορεῖ  
τροφῆς, διὰ τοῦτο ἀδικεῖ· ἀλλὰ περιέναι ἐχρῆν αὐ-  
τῷ, καὶ προσαιτεῖν; καὶ οὐκ ἂν σὺ κατησχύνθης,  
εἰπέ μοι, ὁ μαθητής; Ἄλλ' ὁ μὲν πατὴρ ὁ σερικὸς  
ὅν τοῦτο ποιῆ, αἰσχύνῃ τὸ πρᾶγμα ἴσῃ· ἂν δὲ ὁ

πνευματικὸς ἀναγκάζῃται τοῦτο ποιεῖν, οὐκ ἐγκα-  
λεῖται; μᾶλλον οὐδὲ ἠγάθη ἄξιον καταδέσθαι; Ἄδου-  
ξία, φησὶ, πατρός, δυνειδος τέκων. Ἄλλὰ τί; τὸ  
λεμῶ φθαίρεσθαι ἔδει; Ἄλλ' οὐδὲ τοῦτο εὐσεβοῦς· οὐ  
γὰρ βούλεται ὁ Θεός. Ἄλλὰ ὅταν εἴπωμεν πρὸς αὐ-  
τοὺς ταῦτα, εὐθέως φιλοσοφοῦσι· Ἐγγραπται, φησὶ,  
*Μὴ κτήσησθε χριστὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ δύν-  
αμιον, μηδὲ χρυσοῦν εἰς τὰς ζωὰς ὑμῶν, μὴ  
μάθῃτε*. Οὗτοι δὲ καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρα ἱμάτια  
ἔχουσι, καὶ κλίνας ἐστρωμένας. Ἐπιβλή μοι στενά-  
ξαι πικρὴν νῦν· εἰ δὲ μὴ ἀσχημονεῖν ἐμελλον, κἄν  
ἐδάκρυσα· τί δῆποτε; Ὅτι περὶ μὲν τὰ τῶν ἄλλων  
κάρφῃ οὕτως ἐγμὲν ἀκριβεῖς ἐξετασταί, τὰς δὲ δοκοῦς  
ἔχοντες· αὐτοὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς οὐδὲ αἰσθάνομεθα.  
Εἰπέ μοι, διὰ τί γὰρ σαυτῷ τοῦτο μὴ λέγεις; Ὅτι  
τοῖς διδασκάλοις προσητάκται ἄπορον, φησὶν· ὅταν οὖν  
ὁ Παῦλος λέγῃ, *Ἐχόντες διυτροφίαν καὶ σκεπά-  
σματα, τοῦτοις ἀρκεσθησόμεθα, πρὸς τοὺς διδα-  
σκάλους λέγει μόνους; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ πρὸς πάντας  
ἀνθρώπους. Καὶ δῆλον ἄνωθεν τὸ χωρίον διεξούσιν·  
εἰπὼν γὰρ, Πορισμὸς μέγας ἐστὶν ἡ εὐσεΐα μετὰ  
αὐταρκείας*· εἴτα, *Οὐδὲν εἰσηνέγκαιεν εἰς τὸν  
κόσμον τοῦτον, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεργεῖν τι δυ-  
νάμεθα*· εὐθέως ἐπήγαγεν· *Ἐχόντες δὲ διυτροφίαν  
καὶ σκεπάσματα, τοῦτοις ἀρκεσθησόμεθα*. [271] *Οἱ  
δὲ βουλιόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρα-  
σμὸν καὶ πειρῆδα, καὶ ἐπιθυμίαν πολλὰς ἀνοήτους  
καὶ βλαβεράς*.

ε'. Εἶδος ὅτι πρὸς πάντας ὁ λόγος εἴρηται; Τί δὲ;  
ὅταν λέγῃ πάλιν, *Τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιῆ-  
σθε εἰς ἐπιθυμίαν, οὐκί πᾶσιν ἀπλῶς διαλέγεται;*  
*Τί δὲ ὅταν λέγῃ, Τὰ βρώματα τῆ κοιλιῆ, καὶ ἡ κοι-  
λία τοῖς βρώμασιν· ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην, καὶ  
ταῦτα καταργήσει;* τί δὲ ὅταν λέγῃ, *Ἢ δὲ σπαιτω-  
λώσω, ζῶσα τέθνηκε*, περὶ χήρας διαλεγόμενος; μὴ  
καὶ ἡ χήρα διδάσκαλός ἐστιν; οὐκί αὐτὸς εἶπεν, ὅτι  
*Γυναικὶ διδάσκω οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ ἀδθετεῖν  
ἀνδρός;* Εἰ δὲ ἡ χήρα, ἔνθα ἡ φιλία, γηραιά·  
τὸ γὰρ γῆρας πολλῆς δεῖται θεραπείας, καὶ αὐτὴ ἡ  
φύσις· τὸ γὰρ τῶν γυναικῶν γένος πλείονος δεῖται  
ἀναπαύσεως, ἅτε ἀσθενὲς δυν· εἰ τοῖνον, ἔνθα καὶ ἡ  
φιλία καὶ ἡ φύσις κόλυμα, οὐκ ἀφεται· αὐτὴν σπα-  
ταλῆν, ἀλλὰ καὶ τεθνηκέναι αὐτῇ φησὶν (οὐ γὰρ  
ἀπλῶς εἶπε μὴ σπαταλῆν, ἀλλ', *Ἢ σπαιτωλώσω,*  
*ζῶσα τέθνηκε*· καὶ ἐξέκοψεν αὐτῇ· ἡ γὰρ τεθνη-  
κυῖα ἐκκέκοπται)· ποῖαν ἐξεί συγγνώμην ἀνθρώπος  
ταῦτα ποιῶν, ἐφ' οἷς ἡ γυνὴ ἡ γεγενηκυῖα κολάζε-  
ται; Ἄλλὰ ταῦτα οὐδεὶς οὐδὲ εἰς ἐννοιαν λαμβάνει,  
ταῦτα οὐδεὶς ἐξετάζει. Ἐγὼ δὲ νῦν ταῦτα εἰπέιν  
ἠναγκάσθην, οὐκί τοὺς ἱερέας ἀπαλλάξαι ἐγκατημά-  
των βουλομένους, ἀλλ' ὑμῶν φειδόμενος. Ἐκεῖνοι μὲν  
οὖν, ἂν μὲν προσηκόντως καὶ δικαίως ταῦτα ἀκούου-  
σιν, ἅτε χρηματιζόμενοι, οὐδὲν παρ' ὑμῶν βλάπτου-  
ται· ἀλλ' ἂν τε εἶπητε, ἂν τε μὴ εἶπητε, λόγον τῷ  
δικαστῇ διδώσιν ἑκαί· ὥστε οὐδὲν αὐτοὺς τὰ ὑμέτερα  
βλάπτει βήματα. Ἄν δὲ καὶ ψευδῆ ἢ τὰ παρ' ὑμῶν  
λεγόμενα, ἐκείνοι μὲν οὖν ἐκέρδανον συκοφαντούμε-  
νοι εἰκῆ, ὑμεῖς δὲ ἑαυτοὺς ἐντεῦθεν βλάπτετε. Ἐπὶ  
δὲ ὑμῶν οὐκ οὕτως ἐστὶν· ἀλλ' ἂν τε ἀληθῆ ἢ, ἂν τε

ψευδῆ τα κατ' αὐτῶν, λέγοντες αὐτοὺς κακῶς, βλάπτεσθε. Τί δή ποτε; Ἄν τε γὰρ ἀληθῆ ἦ, καὶ οὕτω βλάπτεσθε, κρίνοντας τοὺς διδασκάλους, καὶ τὴν τάξιν ἀνατρέποντες· εἰ γὰρ ἀδελφὸν οὐ δεῖ κρίνειν, πολλῶ μᾶλλον διδασκάλον· ἂν δὲ ψευδῆ, ἀφόρητος ἡ κόλασις καὶ ἡ τιμωρία· παντὸς γὰρ ῥήματος ἀργοῦ δόξατε λόγον. Ὅστε ὑμῶν ἕνεκεν πάντα ποιοῦμεν καὶ κάμνομεν. Ὅπου δὲ ἔφην, οὐδεὶς παῦτα ἐξετάζει, οὐδεὶς ταῦτα πολυπραγμαίνει, οὐδεὶς λέγει πρὸς ἐαυτὸν τούτων οὐδέν. Βούλεσθε καὶ ἕτερα προσθῶ; Ἐάν μὴ τις ἀποτάξῃται, φησὶν ὁ Χριστὸς, πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς ὑπάρχουσιν, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Τί ὅταν λέγῃ, *Δύσκολον πλουσίον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*; τί δὲ ὅταν λέγῃ, *Θυγατέρις μου, οὐκ ἀπέχεσθε τὴν παράκλησιν ὑμῶν*; Οὐδεὶς τοῦτο ἐξετάζει, οὐδεὶς τοῦτο ἐννοεῖ, οὐδεὶς πρὸς ἐαυτὸν διαλέγεται, ἀλλ' ἐν τοῖς ἑτέρω σφοδροὶ κἀνοήται πάντες ἐξεσταταί. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔστι κοινωνοὺς ποιῆσαι τῶν ἐγκλημάτων. Ἴνα δὲ καὶ αὐτῶν, ὧν φατα τοὺς [272] ἱερεῖς ὑπευθύνους εἶναι, ἀπαλλάξω δι' ὑμᾶς, ἀκούσατε· τὸ γὰρ περὶ τούτων πεπεισθαι, ὡς παραβαινόντων τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, πολλὴ πρὸς τὸ κακὸν ἔστι βοήθεια. Φέρε οὖν κικαίνα ἐξετάσωμεν. Εἶπεν ὁ Χριστὸς, *Μὴ κτήσησθε χρυσόν, μηδὲ ἀργυρον, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μὴ ζώνην, μὴ ῥάβδον*. Τί οὖν, εἰπέ μοι; Πέτρος παρὰ τὸ πρόσταγμα ἔποιε; πῶς γὰρ οὐ, ὁ καὶ ζώνην ἔχων καὶ ἱμάτιον καὶ ὑπόδημα; οὐ γὰρ εἶχεν, ἄκουε τοῦ ἀγγέλου λέγοντος πρὸς αὐτὸν, *Περίζωσαι καὶ ὑπόδησαι τὰ σαρδάλια σου*· καίτοι οὐ τοσαύτη χρεία τούτων τῶν ὑποδημάτων ἦν· ἕνεστι γὰρ κατ' ἐκείνον τὸν καιρὸν καὶ ἀνυπόδειτον εἶναι, ἡ δὲ πολλὴ χρεία ἂν τῷ χειμῶνι ἔστιν· ἀλλ' ὁμοῦ εἶχε. Τί δὲ ὁ Παῦλος; Ὅταν λέγῃ Τιμοθέῳ γράφων, *Σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν*· εἶτα παραγγέλλει καὶ λέγει· *Τὸν φακόνην, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κύρην, ἐρχόμενος σέβει, καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας*. Ἰδοὺ φακόνην εἶπε· καὶ οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἕτερον οὐκ εἶχεν, ὃν ἐφόρει. Εἰ μὲν γὰρ μὴ δὲ ὄλω; ἐφόρει, περιττῶς ἐκέλευσε τοῦτον ἀπενεγκθῆναι· εἰ δὲ οὐκ ἐνῆν μὴ φορεῖν, ὄλον ὅτι ἕτερον εἶχε. Τί δὲ, ὅτι διετίαν ὄλην ἐν οικίῳ μισθώματι ἔμενον; Ἄρα παρήκουσε τοῦ Χριστοῦ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὁ λέγων· *Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῆ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστὸς*; περὶ οὗ ὁ Χριστὸς ἐμαρτύρησε λέγων, ὅτι *Σκεῦος ἐκλογῆς μοὶ ἔστιν οὗτος*; Ἔδει ταύτην ἀρῆναι τὴν ἀμφιβολίαν παρ' ὑμῖν, καὶ μηδεμίαν ἐπιταγῆν τῷ ζητήματι λύσειν, ἀλλὰ ταύτην ὑμᾶς δίκην εἰσπράξασθαι τῆς περὶ τὰς Γραφὰς ὀλιγοψύχας· πάντα γὰρ ταῦτα ἐκ τούτου γίνονται. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἑτέρω ἀμαρτήμασιν ἔσμεν μικροὶ ἐξεσταταί, καὶ τῶν ἡμετέρων οὐδένα λόγον ποιούμεθα, ὅτι τὰς Γραφὰς; οὐκ ἴσμεν, ὅτι τοὺς θεοὺς οὐ παιδευόμεθα νόμους. Ἔδει μὲν οὖν ταύτην ὑμᾶς εἰσπράξασθαι τὴν δίκην· ἀλλὰ τί πάθω; πατὴρ εἰμι· πολλὰ καὶ πέρα τοῦ δέοντος ὁ πατέρας χαρίζονται τοῖς παισὶ, τῶν σπλάγγων· αὐτοὺς διαθερμαινόμενων [ἐκαίνο] τῶν πατρικῶν· κἀν ἰδῶσι τὸ παιδίον κατηφιτάσαν, τηκόμενον, αὐτοὶ μᾶλλον ἐκείνου δίκνονται, καὶ οὐ παύον-

ται, ἕως ἂν τῆς ἀθυμίας τὴν ὑπόθεσιν ἀνέλωσι. Πλὴν κἀν τοῦτο γενέσθω, κἀν κατηφιτάσται ἐπὶ τῷ μὴ λαθεῖν, ἵνα λάβητε καλῶς.

ς'. Τί οὖν ἔστιν εἰπεῖν; Οὐκ ἔγναντιώθησαν, μὴ γίνοντο, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἠκολούθησαν τοῖς ἐπιτάγμασι τοῦ Χριστοῦ· τὰ γὰρ ἐπιτάγματα ἐκεῖνα πρόσταγμα ἦν, καὶ οὐ διαπαντός. Καὶ τοῦτο οὐ στοχαζόμενος λέγω, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὁσίων Γραφῶν. Πῶς; Φησὶν ὁ Λουκᾶς εἰρηκῆναι τὸν Χριστὸν τοῖς μαθηταῖς, *Ὅτε ἀπέστειλε ὑμᾶς ἀπερ βαλυντίου καὶ πύρας καὶ ζώνης καὶ ὑποδημάτων, μήτι ὑστέρησαν ὑμῖν; Ἀκούουσιν [273] αὐτῷ Ὁδ. Οὐκοῦν λοιπὸν κτήσασθε. Ἀλλὰ τί ἔδει, εἰπέ μοι; ἵνα χιτῶνα ἔχειν; Τί οὖν; εἰ κλύεσθαι τοῦτον ἔδει, γυμνὸν ἐχρῆν οἶκοι καθίστασθαι; ἢ γυμνὸν περιεῖναι καὶ ἀσχημονεῖν, χρεῖας καλοῦσης; Ἐννόησαν οἶον ἦν Παῦλον τὸν ἐπὶ τοσαῦτοις κατορθώμασι περιμόντα τὴν οἰκουμένην διὰ ἰματίου ἐνδύειν οἶκοι καθίστασθαι, καὶ τηλικούτοις πράγμασιν ἐμποδίζεσθαι. Τί δέ; εἰ κρυμὸς; ἐπετέθη σφοδρῶς, καὶ κατέδραξεν, ἢ καὶ ἐπάγωσε, πῶς ἐτραίνεσθαι ἐνῆν; πάλιν γυμνὸν ἐχρῆν καθῆσθαι; τί δέ; εἰ ψυχὸς κατέτινε τὸ σῶμα, τήκεσθαι ἔδει, καὶ μὴ φθίγγεσθαι; Ὅτι γὰρ οὐκ ἀδαμάντινα σώματα αὐτοῖς κτεσκεύαστο, ἀκούσον τί φησι περὶ Τιμοθέου· *Ὀλίγω ὀλίγω χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς σπυγὰς σου ἀσθενείας*· καὶ πάλιν περὶ ἑτέρου, *Ἀναγκασίον ἠγησάμην ἀποστεῖλαι ὑμῖν τὸν ὑμῶν ἀπόστολον καὶ λειτουργόν τῆς χρεῖας μου. Καὶ γὰρ ἠσθέθησε παρακλήσιον θανάτου, ἀλλ' ὁ θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν*· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ. Ὅστε ἀλώσιμοι πᾶσιν ἦσαν τοῖς πάθεσι. Τί οὖν; ἀπόλλυσθαι ἐχρῆν; Οὐδαμῶς. Τίνος οὖν ἕνεκεν τότε τοῦτο ἐπίταξε; Τὴν δύναμιν αὐτοῦ θέλων δεῖξαι, ὅτι καὶ μετὰ ταῦτα ἔδυνάτο οὕτω ποιῆσαι, ἀλλ' οὐκ ἔποίησε. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὐκ ἔποίησε; Πολλῶ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἦσαν οὗτοι θαυμασιώτεροι, ὧν τὰ ὑπόδημα οὐ κατηφιτάστο, οὐδὲ τὰ ἱμάτια, καὶ ταῦτα ἐκείνην τὴν ἑρημον διοδεύοντων, ἐνθα θερμότερα ἐπιπίπτουσα ἢ ἀκτὴς ἢ ἥλιακῆ καὶ λίθους αὐτοὺς καταφρύγειν δύναται. Τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦτο ἔποίησε; Διὰ σέ. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔμελλες ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τραυματίζεσθαι, τῶν φαρμάκων σοι τὴν ὑπόθεσιν παρέσχε· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκείθεν. Εἰπέ γὰρ μοι, οὐκ ἔδυνάτο αὐτὸς αὐτοὺς θρῆψαι; εἰ σοὶ τῷ προσκεκρυμμένῳ ἔδωκεν, οὐ πολλῶ μᾶλλον Παῦλῳ ἂν ἔδωκεν; ὁ τοῖς Ἰσραηλιταῖς διδοὺς τοῖς γογγυσταῖς, τοῖς πόρνοις, τοῖς εἰδωλωλάτραις, οὐ πολλῶ μᾶλλον ἂν Πέτρῳ τῷ καταλειπόντι ἅπαντα δι' αὐτὸν ἀφήκεν; ὁ μικροὺς ἀφεις ἔχειν ἄνδρας, οὐ πολλῶ μᾶλλον ἂν Ἰωάννη ἐχαρίσατο, τῷ καὶ τὸν πατέρα δι' αὐτὸν καταλείποντι; Ἀλλ' οὐκ ἔθέλασεν· ἀλλὰ διὰ σοῦ αὐτοὺς τρέφει, ἵνα σὺ ἁγιασθῆς. Καὶ θέα μοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλανθρωπίας. Εἶλετο τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐλαττωθῆναι, ἵνα σὺ μικρὸν ἀναπνεύσης. Ἀλλ' εἰ ἔποίησαν αὐτοὺς ἀνευθεῖς, φησὶ, πολλῶ θαυμαστότεροι ἂν ἦσαν, πολλῶ ἐπιδοξότεροι. Ἀλλὰ σοῦ ἡ σωτηρία ἐξεκέκοπτο. Οὐχ εἴλετο τοῖνον ἐκείνους γενέσθαι θαυμαστοὺς, ἀλλ' ἐλαττωθῆσθαι μᾶλλον, ἵνα σὺ σωθῆς· καὶ ἐλαττωθῆναι ἐκείνους συνεχώρησεν, ἵνα σὺ δυναθῆς σωθῆναι. Οὐ γὰρ*

punitur? Verum hæc nemo ne cogitare quidem aggreditur, hæc nemo examinat. Ego vero ista dicere coactus sum, non sane id ægens, ut sacerdotes criminibus liberem, sed ut vobis consulam. Nam illi quidem, si cum pecuniæ operam dent, jure ac merito ista audiunt, nullum a vobis detrimentum reportant; sed sive dixeritis, sive tacueritis, rationem illic Judici reddent: quomobrem nihil illis vestra nocent verba. Sin autem falso a vobis dicuntur, illi quidem lucrum etiam reportant, sine causa contumeliis affecti; vos vero vobis ipsis hinc damnum infertis. De vobis vero non ita res habet; sed sive vera, sive falsa sint, quæ adversus illos dicuntur, hoc ipso, quod illis maledicitis, vos ipsos læditis. Quid ita? Quoniam si vera quidem fuerint, vobis nihilominus nocetis, judicium de magistris ferentes, et ordinem disturbantes; nam si de fratre judicare non oportet, multo minus de magistro: sin autem falsa, intolerabile omnino supplicium ac poena erit. De omni enim verbo otioso rationem reddetis (*Math. 12. 36*). Quomobrem vestra causa omnia facimus ac laboramus. Cæterum, quod dicebam, nemo hæc examinat, nemo in his curiose satagit, nemo quidquam horum sibi ipsi dicit. Vultis et alia addam? *Omnis ex vobis, qui non remittit*, inquit Christus, *omnibus quæ possidet, non est me dignus* (*Luc. 14. 33*). Quid vero, ubi inquit, *Difficile est divitem intrare in regnum cælorum* (*Math. 19. 23*)? quid vero, cum inquit, *Vae vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram* (*Luc. 6. 24*)? Nemo hoc perpendit, nemo cogitat, nemo se cum ipse rationes subducit, sed tantum in res alienas vehementes sumus. At hoc nihil aliud est, quam participes criminum fieri. Verum, ut præterea vestra causa, quibus criminibus affines esse sacerdotes dicitis, ea diluam, audite: hanc enim de illis opinionem induisse, nimirum illos violare legem Dei, non leve habet ad improbitatem momentum. Age igitur, et illa expendamus. Dixit Christus, *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas, neque calceamenta, non zonam, non virgam* (*Math. 10. 9*). Quid igitur? dic mihi: num Petrus contra præceptum faciebat? quomodo enim non, cum et zonam haberet et vestimentum et calceamenta? audi enim angeli ad ipsum verba, *Præcingere, et calcea te caligas tuas* (*Act. 12. 8*). Quamquam hujusmodi calceorum ne magna tunc quidem aderat necessitas: nam illo quidem tempore vel nudis ire pedibus licet: hieme tantum necessarii sunt: attamen caligas habuit. Quid vero Paulus? Cum ad Timotheum scribens dixisset, *Festina ante hiemem venire* (*2. Tim. 4. 21*), deinde mandata dat, atque inquit, *Penulam, quam reliqui Troæ apud Carpum, veniens affer tecum, et libros, maxime autem membranas* (*Ib. v. 13*). En penulam memoravit, nec quisquam dixerit, aliam illi non fuisse, quam gestaret. Etenim si omnino solitus erat non gestare, supervacaneum plane erat ut hæc afferretur jubere: sin autem fieri nequit, quin gestarit, aliam quoque illi fuisse manifestum est. Quid vero, quod integrum biennium in mercenario labore con-

tinuit? Ergo repugnavit Christo vas illud electionis, ille qui dicebat, *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus* (*Gal. 2. 20*)? ille de quo testificatus est Christus, ita dicens, *Quoniam vas electionis est mihi iste* (*Act. 9. 15*)? Oportebat vos in hæc dubitatione relinquere, nullamque afferre quæstionis explicationem, sed hæc a vobis poenam exigere pro ea, qua in Scripturis utimini, negligentia: inde enim omnia hæc existunt. Propterea in aliorum peccatis acerbi inquisitores sumus, de nostris autem ne cogitamus quidem, quoniam Scripturas non tenemus, quoniam in divinis legibus non erudimur. Erat igitur hæc a vobis poena repetenda. Sed quid agam? Pater sum: multa etiam ultra, quam oportet, filiis gratificantur patres, dum paterna ipsorum incallescunt viscera; et si filium tristem ac tabescentem videant, ipsos quoque plus quam illum pungit dolor, nec quiescunt, donec mæroris causam sustulerint. Cæterum licet hoc eveniret, licet paulisper vos mæreere siverim ex eo quod non acceperitis: nimirum, ut bene nunc accipiat.

6. Quid igitur dicendum est? Non repugnant, absit, sed valde consentiunt cum præceptis Christi: præcepta enim illa ad tempus erant et non perpetua. Nequid id ex conjectura, sed ex divinis Scripturis dico. Quomodo? Narrat Lucas dixisse Christum discipulis, *Quando misi vos sine sacco et pera et zona et calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil* (*Luc. 22. 35. 36*). Ergo posthac vobis comparate. Sed quid facto opus fuit? dic mihi; unam habere tunicam? Quid ergo? cum lavanda hæc erat, domi nudum sedere oportuit, vel nudum circumire necessitate invitante, nullamque decori habere rationem? Cogita, cujusmodi id fuisset, Paulum qui orbem terrarum ideo peragrabat, ut tot præclara opera ederet, inopia vestis coactum domi sedere, ac tantis rebus impedimentum afferri. Quid vero, si vehemens ingruisset hiems, ac pluisset aut etiam conglaciasset, quomodo eam siccare licuisset? num rursus nudum sedere oportuit? quid vero, si frigoris vi corpus collaberetur, num tabescendum fuit atque obmutescendum? Ne enim putes adamantina illis fuisse corpora? audi quid de Timotheo dicat, *Modico vino utere propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates* (*1. Tim. 5. 25*); ac rursus de altero, *Necessarium existimavi mittere ad vos vestrum apostolum, et ministrum necessitatis meæ. Nam et infirmatus est usque ad mortem: sed Deus misericors est ejus: non solum autem ejus, verum etiam et mei* (*Philipp. 2. 25. 27*). Itaque cuius morbo atque invaletudini erant expositi. Quid igitur? pereundumne illis erat? Nequaquam. Quid igitur causæ tunc fuit cur id præciperet? Potentiam suam volebat ostendere, idque postea etiam præstari a se posse: Cur non præstitit? Multo erant hi admirabiliores Israelitis, quorum tamen neque calcei neque vestes usu consumebantur: quamquam solitudinem illam peragrarent, ubi ardentes incidebant solis radii, qui vel lapides ipsos possent in cinerem vertere. Qua igitur de causa hoc fecit? Tui causa. Nam quoniam futurum erat, ut non perpetuo valeres, sed vulnera acciperes; pro-

pterea facultatem tibi medicamentorum parandorum præbuit : quod hinc satis constare potest. Dic enim mihi, annos ipse poterat illos nutrire? quomodo qui tibi prævaricanti dedit, Paulo non daret? qui Israelitis dedit murmuratoribus, scortatoribus, idololatriis, nonne multo magis Petro permetteret, qui omnia propter ipsum reliquerat? qui sceleratis hominibus potestatem habendi fecit, non multo magis Joanni gratificaretur, qui ejus causa patrem quoque ipsum reliquerat? Attamen noluit, sed per te ipsos nutrit, ut tu sanctificeris. Et animadvertite mihi benignitatis exsuperantiam. Voluit discipulos suos egere, ut tu aliquantulum respirares. Sed si illos nullius indigos præstitisset, inquit, multo sane admirabiliores futuri erant, multo clariores. At saluti tuæ subsidium deductum esset. Noluit igitur illos fieri admirabiles, sed maluit indigere, ut tu salutem nanciscaris, et egere illos passus est, ut tu salutem consequi posses. Non enim æque se venerandum præbet doctor qui accipit; sed ille potissimum honore afficitur, qui non accipit: verum interea non jvatur discipulus, sed fructum amittit. Vides sapientiam hominum amantis Dei? Nam quemadmodum ipse propriam gloriam non quaesivit, nec sua spectavit, sed cura in gloria esset, voluit tua causa vilis fieri; idem etiam in doctoribus servavit; ut cum eos venerandos præstare posset, maluerit abjectos esse tua causa, ut tu haberes unde dicesce-

res: ut abundares enim in spiritualibus, propterea ille eget in iis, quæ ad hanc vitam pertinent. Potuisse igitur Deum illos nullius indigos præstare, multis argumentis docui: tua tamen causa in egestate relictos esse similiter ostensum est. Hæc igitur cognoscetes, non ad accusationes, sed ad beneficia conferenda nos convertamus: non aliorum mala curiose scrutemur, sed nostra recenseamus: aliorum beneficia cogitemus, de nostris autem peccatis recogitemus, atque ita placebimus Deo. Nam qui aliorum quidem peccata videt, et sua recte facta, duplex damnatum reportat: his enim in arrogantiam tollitur, illis in negligentiam incidit. Dum enim cogitabit illum atque illum peccasse, facile et ipse peccabit: dum cogitabit se bene officio functum, facile superbia effertur. At qui sua quidem recte facta oblivioni mandat, sola autem peccata aspectat, aliorum vero non peccata, sed virtuti consentaneas actiones studiose scrutatur, multis modis lucrum faciet. Quomodo, audi. Nam cum illum recte se gessisse viderit, æmulatione ad imitandum movetur; cum se peccasse animadvertent, demittit animum, ac modestiam tuebitur. Hanc rationem si teneamus, atque hoc modo nostra disponamus, promissa poterimus consequi bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA X.

**CAP. 3. v. 1.** *De cætero, fratres mei, gaudete in Domino. Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum. 2. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. 3. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo servimus, et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne fiduciam habentes.*

1. Mœrores et sollicitudines, cum præter modum animam distrahunt, suo robore illam privant. Propterea Paulus etiam, cum Philippenses in magno mœrore essent, eos excitat et relevat. Mœrebant autem, quod quomodo se res Pauli haberent ignorabant; mœrebant, quod ipsum obisse existimabant; mœrebant ob prædicationem, ob Epaphroditum. Igitur de omnibus his rebus animum illis explens, subjungit: *De cætero, fratres mei, gaudete.* Non habetis, inquit, posthac, cur mœreatis: habetis Epaphroditum, ob quem dolebatis; habetis Timotheum; ego etiam advenio: evangelium procedit. Quid jam vobis deficit? *Gaudete.* Ac Galatas quidem filios vocat (*Gal. 4. 19*), hos autem fratres. Nam quotiescumque vel corrigere aliquid vult vel vehementem amoris affectum ostendere, filios vocat: ac cum plus honoris iis, quibuscum verba facit, habendum est, fratres. *De cætero, fratres mei*, inquit, *gaudete in Domino.* Recte dixit, *In Domino*, non mundano gaudio: nam hoc non est gaudere. *Ærumnæ*, inquit, quæ secundum Christum, ipsæ gaudium habent. *Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum. Videte canes.* Vides non ipso exordio inductam esse admonitionem,

sed postquam illos multis nominibus laudavit, postquam suspexit, tunc hoc facit, ac rursus etiam laudat. Videlatur enim hoc orationis genus esse molestius: quamobrem undique lenit. Quos autem dicit canes? Hic erant aliqui, quos in omnibus epistolis subindicat, Judæi, impuri, execrandi, turpis luci et principatus cupidi, qui cum multos ex fidelibus ad se allicere velent, et Christianismum et Judaismum prædicabant, corruptentes evangelium. Quoniam igitur difficiles ad deprehendendum erant, propterea inquit, *Videte canes.* Jam non Judæi sunt filii. Olim isto canum nomine ethnici vocabantur, nunc autem illi. Cur? Quoniam, quemadmodum ethnici et a Deo et a Christo alieni erant, ita Judæi nunc se abalienaverunt: atque hinc illorum impudentiam et improbitatem, magnanque a filiis disjunctionem ac dissidium ob oculos ponit. Nam olim quidem ethnicos vocatos esse canes, audi quid Chanaanæ dicat: *Etiam, Domine: nam et catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum (Matth. 15. 27).* Cæterum, ut neque hoc isti assequantur; nam canes quidam sunt, qui circa mensam stant; addit hæc, quibus ipsos omnino abigat: *Videte malos operarios.* Ac mirifice dixit, *Videte malos operarios*: nam operantur quidem, inquit, sed malam in partem; opusque otio longe deterius est, dum quæ recte sunt constituta disjiciunt. *Videte*, inquit, *conciisionem.* Honorandum quiddam erat apud Judæos circumcisio, quandoquidem et lex ei decedebat, et sabbatum circumcisio vilis erat. Etenim ut circumcisio



ὁμοίως αἰδέσιμος ἐστὶ διδάσκαλος λαμβάνων, ἀλλ' ἐκεῖνος μάλιστα τιμᾶται ὁ μὴ λαμβάνων· ἀλλ' ὁ μαθητῆς οὐκ ὠφελεῖται, ἀλλὰ τὸν καρπὸν ἐγκόπτεται. Ὁρᾷς τὴν σοφίαν τοῦ φιλανθρωποῦ Θεοῦ; Ὡσπερ γὰρ [274] αὐτὸς οὐχὶ τὴν ἰδίαν δόξαν ἐζητήσαν, οὐδὲ τὸ ἑαυτοῦ ἐσκόπησεν, ἀλλὰ ἐν δόξῃ ὧν ἐπλετο ἀτιμασθῆναι διὰ σέ, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν διδασκάλων· δυνάμενος αὐτοὺς ποιῆσαι αἰδεσίμους, εἴλωτο εἶναι εὐκαταφρονήτους διὰ σέ, ἵνα σὺ ἐγγὺς κερδαίνῃν, ἵνα σὺ ἐγγὺς κλυτεύῃν. Ἴνα γὰρ σὺ εὐπορήῃς ἐν τοῖς πνευματικοῖς, διὰ τοῦτο ἐκεῖνος ἀπορεῖ ἐν τοῖς βιωτικοῖς. Ὅτι τοῖνον εἰδύνατο ποιῆσαι αὐτοὺς ἀνευδῆεις, εἶδεξε διὰ πολλῶν· ὅτι δὲ διὰ σέ ἀφίησιν αὐτοὺς ἐν ἐνδείᾳ εἶναι, καὶ τοῦτο δεῖκνυται ὁμοίως. Ταῦτα οὖν εἰδότες, μὴ πρὸς κατηγορίας, ἀλλὰ πρὸς εὐποίας τραποῦμεν· μὴ τὰ ἐτέρων κακὰ περιεργαζόμεθα, ἀλλὰ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἀναλογιζόμεθα· τὰ ἐτέρων κατορθώματα ἰνωῶμεν, τὰ δὲ ἡμέτερα ἀμαρτήματα ἀναλογιζόμεθα· καὶ οὕτως εὐαρεστήσομεν τῷ Θεῷ. Ὁ μὲν γὰρ

τὰ ἐτέρων ἀμαρτήματα ὀρών, καὶ τὰ αὐτοῦ κατορθώματα, διπλῆ βλάπτεται· ἀπὸ τε γὰρ τούτων εἰς ἀπνοίαν αἴρεται, ἀπὸ τε ἐκείνων εἰς ῥιθυμίαν ἐμπίπτει. Ὅταν γὰρ ἐνοήσῃ, ὅτι ὁ δαίνα ἤμαρτεν, εὐκόλως ἀμαρτήσῃ καὶ αὐτός· ὅταν ἐνοήσῃ, ὅτι αὐτὸς κατώρθωσεν, εὐκόλως ἀπονοεῖται. Ὁ δὲ τὰ μὲν αὐτοῦ κατορθώματα λήθῃ παραδόξως, τὰ δὲ ἀμαρτήματα βλέπων μόνα, καὶ τὰ ἐτέρων ἀμαρτήματα μὴ περιεργαζόμενος, ἀλλὰ τὰ κατορθώματα, πολλὰ κερδαίνει. Πῶς, ἀκουε· Ὅταν ἴδῃ, ὅτι ὁ δαίνα κατώρθωσεν, πρὸς τὸν ἴσον αἴρεται ζῆλον· ὅταν ἴδῃ, ὅτι αὐτὸς ἤμαρτεν, ταπεινοφρονήσῃ καὶ μετριάσῃ. Ἄν οὕτω ποιῶμεν, καὶ οὕτω τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομῶμεν, δυνησόμεθα τῶν ἐπηγγελμένων τυχεῖν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

### ΟΜΙΛΙΑ I.

*Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, χαίρετε ἐν Κυρίῳ· τὰ αὐτὰ γράψαι ἡμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν. ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομίην. Ἡμεῖς γὰρ ὄσμεν ἡ περιτομή, οἱ πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες, καὶ καυχώμενοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες.*

α'. Αἰ ἀθυμῖαι καὶ αἰ φροντίδες, ὅταν πέρα τοῦ μέτρου τὴν ψυχὴν κατατείνωσι, τῆς οἰκείας αὐτὴν ἀποστεροῦσιν ἰσχύος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος τοὺς Φιλιππησίους ἐν πολλῇ ὄντας ἀθυμίᾳ ἀνίστησιν. Ἦσαν δὲ ἐν ἀθυμίᾳ διὰ τὸ μὴ γινώσκειν πῶς τὰ κατὰ Παῦλον ἦσαν ἐν ἀθυμίᾳ διὰ τὸ νομίζειν αὐτὸν ἤδη τετελευτηκέναί, διὰ τὸ κήρυγμα, διὰ Ἐπαφρόδιτον. Ὑπὲρ δὴ τούτων ἀπάντων πληροφορῶν αὐτοὺς ἐπάγει· *Τὸ [275] λοιπὸν, ἀδελφοί μου, χαίρετε.* Οὐκ ἔχετε, φησὶ, λοιπὴν ἀθυμία; ὑπόθεσιν· ἔχετε Ἐπαφρόδιτον, δι' ἃν ἠγάγετε· ἔχετε Τιμόθεον, ἔρχομαι καγὼ, τὸ εὐαγγέλιον ἐπιδίδωμι. Τί ὑμῖν λείπει λοιπὸν; *Χαίρετε.* Γαλάτας μὲν οὖν τέκνα καλεῖ, τοὺτους δὲ ἀδελφούς. Ὅταν μὲν γὰρ ἡ διορθοῦσθαι τι βούληται, ἡ φιλοστοργίαν ἐνδείξασθαι, τέκνα καλεῖ· ὅταν δὲ μετὰ κλεινοῦς τιμῆς διαλέγηται, ἀδελφούς. *Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, φησὶ, χαίρετε ἐν Κυρίῳ.* Καλῶς εἶπεν, *Ἐν Κυρίῳ,* οὐ κατὰ τὸν κόσμον· οὐκ ἐστὶ γὰρ χαρῆναι τοῦτο. Αἱ θλίψεις αὐται, φησὶν, αἱ κατὰ Χριστὸν, ἔχουσι χαρὰν. *Τὰ αὐτὰ γράψαι ἡμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. Βλέπετε τοὺς κύνας.* Ὁρᾷς πῶς οὐκ ἐν ἀρχῇ τὴν παραίνεσιν εἰσάγει, ἀλλ' ὅτε αὐτοὺς πολλὰ ἐπήνεσεν, ὅτε ἐθαύμασε, τότε τοῦτο ποιεῖ, καὶ πάλιν ἐπαινεῖ. *Δοκεῖ γὰρ οὗτος φορτικώτερος εἶναι ὁ λόγος· ὅθεν αἰδῶν πάντοθεν συσκιάζει.* Τίνας δὲ φησι κύνας; Ἐνεῦθα ἦσαν τινες, οὗς ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς

αἰνίττεται, Ἰουδαῖοι μισροὶ καὶ κατάπτυστοι, αἰσχροκερδεῖς καὶ φιλᾶρχοι, οἱ βουλόμενοι τῶν πιστῶν πολλοὺς παρασπάσαι, ἐκήρυττον καὶ τὴν Χριστιανισμόν, καὶ τὸν Ἰουδαισμόν, παραφθείροντες τὸ εὐαγγέλιον. Ἐπεὶ οὖν ἦσαν δυσδιάγνωστοι, διὰ τοῦτο φησι· *Βλέπετε τοὺς κύνας.* Οὐκ ἐτί τέκνα Ἰουδαῖοι. Ποτὲ οἱ ἐθνικοὶ τοῦτο ἐκαλοῦντο, νῦν δὲ ἐκεῖνοι. Διὰ τί; Ὅτι ὡσπερ οἱ ἐθνικοὶ καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ ἀλλότριοι ἦσαν, οὕτω καὶ οὗτοι γεγένησιν νῦν, καὶ τὸ ἀναίδες αὐτῶν καὶ τὸ ἰταμὸν ἐνεῦθεν παρεστῆσι, καὶ τὴν πολλὴν πρὸς τέκνα διάστασιν. Ὅτι γὰρ οἱ ἐθνικοὶ ποτε κύνας ἐκαλοῦντο, ἀκουσον τῆς Χανααναίας, τί φησι· *Ναι, Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κύνῃρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψυχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν.* Ἴνα δὲ μὴ δὲ τοῦτο ἔχωσιν, ἐπειδὴ καὶ κύνας εἰσὶν ἐπιτραπέζιοι, ἐπάγει, ὅθεν αὐτοὺς καὶ ἀλλότριοι, λέγων, *Βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας.* Καὶ θαυμαστῶς εἶπε, *Βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας· ἐργάζονται μὲν γὰρ, φησὶν, ἀλλ' ἐπὶ κακῷ, καὶ ἀργίας πολλῷ χεῖρον ἔργον, ἀνασπῶντες τὰ καλῶς κείμενα. Βλέπετε, φησὶ, τὴν κατατομίην.* Σεμνὸν ἦν παρὰ Ἰουδαίους τὸ τῆς περιτομῆς, ὅπου γε καὶ ὁ νόμος αὐτῆ ὑπεξίστατο, καὶ τὸ σάββατον ἦν εὐτελέστερον αὐτῆς. Ἴνα μὲν γὰρ περιτομὴ γένῃται, ἐλύετο σάββατον· ἵνα δὲ σάββατον φυλαχθῆ, οὐδέποτε ἐλύετο ἡ περιτομή. Καὶ θεὰ μοι τὴν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν· αὐτὴ ἡ τοῦ σαββάτου αἰδεσιμωτέρα, εὐρίσκειται ἐν τισὶ χρόνοις [μὴ] παραλειφθεῖσα. Ὅταν οὖν αὐτὴ λύηται, πολλῷ μᾶλλον τὸ σάββατον. Διὰ τοῦτο τὸ ὄνομα αὐτῆς ὁ Παῦλος κατατέμνει, καὶ φησι· *Βλέπετε τὴν κατατομίην.* Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι κακὸν ἡ περιτομή, περιετὸν ἡ περιτομή, ἵνα μὴ πᾶρξῃ τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ

σοφώτερον αὐτὸ [276] οἰκονομεῖ, τοῦ μὲν πράγμα-  
τος ἀπάγων, τῷ δὲ ῥήματι χαριζόμενος, μᾶλλον δὲ  
καὶ τῷ πράγματι σπουδαιότερον. Ἄλλ' οὐκ ἐπὶ Γαλα-  
ταιν οὕτως. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴ νόσος ἦν ἐκεῖ, γυμνῇ  
τῇ κεφαλῇ λοιπὸν μετὰ πολλῆς τῆς αὐθεντίας ἐπάγει  
τὴν τομὴν· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ οὐδὲν τοιοῦτον εἰρ-  
γάζσαντο, αὐτοῖς χαρίζεται τὴν ἀπὸ τῆς προσηγορίας  
ἡδονὴν· κἀκαίτους ἐκβάλλει, καὶ τούτους, καὶ φησι·  
*Βλέπετε τὴν κατατομὴν. Ἡμεῖς γὰρ ἔσμεν ἢ  
περιτομή. Πῶς; Οἱ πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες,  
καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες.* Οὐκ εἶπαν, οὐκ ἔδει-  
μάζομεν ἐκείνην τὴν περιτομὴν, καὶ ταύτην, τίς  
ἐστὶν ἀμείνων, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ ὀνόματος αὐτῆ με-  
τέδωκεν· ἀλλὰ τί φησιν; Ἡ περιτομὴ ἐκείνη κατα-  
τμή ἐστι. Διὰ τί; Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν, ἢ τὴν  
σάρκα κατατέμνουσιν. Ὅταν γὰρ μὴ ἦ νόμιμον τὸ  
γινόμενον, οὐδὲν ἄλλο ἢ σαρκὸς τομὴ ἐστὶ καὶ κατατο-  
μή. Ἡ οὖν διὰ τοῦτο οὕτως αὐτὴν εἶπεν, ἢ ὅτι τὴν  
Ἐκκλησίαν ἐπειρῶντο κατατέμνειν. Καὶ ἡμεῖς  
δὲ κατατομὴν λέγομεν ἐπὶ τῶν εἰκῆ καὶ ἀπλῶς καὶ  
ἀνευ τέχνης τοῦτο ποιοῦντων. Εἰ γὰρ δεῖ περιτομὴν  
ζητῆσαι, φησὶ, παρ' ἡμῖν ταύτην ἂν εὐρήσετε. *Οἱ  
πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες*· τούτῃσιν, οἱ πνευμα-  
τικῶς λατρεύοντες.

β. Εἰπέ γάρ μοι, τί βέλτιον, ψυχὴ ἢ σῶμα; Ἄηλον  
δὲ ψυχὴ. Οὐκοῦν καὶ ἡ περιτομὴ ἐκείνη οὐ βελτίων,  
ἀλλ' αὕτη μόνη ἐστὶ περιτομή. Ἔως μὲν γὰρ ὁ  
τύπος εἰστήκει, εἰκότως κατὰ σύγκρισιν προήγα. Τὸ  
περιτεμῆσθαι, γράφων, τὴν ἀσροβουστίαν τῆς καρ-  
δίας ὁμῶν. Οὕτω καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπι-  
στολῇ ἀναίρει αὐτήν, λέγων· *Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φα-  
ναρῷ Ἰουδαίος ἐστίν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φαναρῷ  
ἐν σαρκὶ περιτομή, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰου-  
δαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ  
γράμμιτι.* Λοιπὸν δὲ καὶ τοῦ ὀνόματος αὐτὴν ἀπο-  
στερεῖ, οὐδὲ ἐστὶ περιτομή, φησὶ. Καὶ γὰρ ὁ τύπος,  
ἔως ἂν μέλλῃ ἐρχεσθαι ἢ ἀλθθῆναι, καλεῖται τοῦτο·  
ἐπειδὴν δὲ ἔλθῃ ἢ ἀλθθῆναι, οὐκέτι καλεῖται. Οἷον  
ἐπὶ σκιαγραφίας· ὑπέγραφε τις βασιλεὺς σκιαγρα-  
φῶν· ἔως ἂν οὐκ ἐπάγηται τὰ ἀνθη, οὐ λέγεται βα-  
σιλεὺς· ἐπειδὴν δὲ ἐπιτεθῆ, κρύπτεται μὲν τῇ ἀλη-  
θείᾳ ὁ τύπος, καὶ οὐ φαίνεται· τότε δὲ καὶ λέγομεν,  
Ἰδοὺ ὁ βασιλεὺς. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐν ἡμῖν γὰρ ἐστὶν ἡ  
περιτομή, ἀλλ', Ἡμεῖς ἔσμεν· εἰκότως. Τοῦτο γὰρ  
ἐστὶν ἄνθρωπος, ἡ περιτομὴ ἢ ἐνάρετος, τοῦτό  
ἐστὶν ἀληθῶς ἄνθρωπος. Ἐν ἐκείνοις δὲ οὐκ εἶπεν  
οὕτως, ἀλλὰ, *Βλέπετε τὴν κατατομὴν*· αὐτοὶ γὰρ  
λοιπὸν ἐν ἀπωλείᾳ ἦσαν καὶ κακίᾳ. Εἶτα δηλῶν ὅτι  
οὐκέτι ἐν σώματι γίνεται ἡ περιτομή, ἀλλ' ἐν καρ-  
δίᾳ, φησὶ· *Καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες, καίπερ  
ἐγὼ ἔχωρ πεποιοθῆσιν, καὶ ἐν σαρκὶ.* Τί λέ-  
γει ἐνταῦθα *Πεποιθῆσιν*, καὶ *Ἐν σαρκὶ*; Καύ-  
χησιν, παρρησίαν, σεμνολόγημα· καὶ καλῶς  
τοῦτο προσέθηκεν. Εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἐθνῶν ὦν  
κατηγόρει τῆς περιτομῆς, οὐ τῆς περιτομῆς δὲ  
μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀκαίρων αὐτὴν [277] μετα-  
χειριζόντων, ἔδειξεν ἂν, ὡς ἀπεστερημένος τῆς τοῦ  
Ἰουδαϊσμοῦ εὐγενείας, κατατρέχειν αὐτῆς, ὡς οὐκ

εἰδῶς τὰ σμνὰ, οὐδὲ μετεσχηκῶς αὐτῶν· νῦν δὲ ὁ  
μετασχῶν καὶ κατηγόρων, οὐ διὰ τοῦτο κατηγόρει,  
ὡς οὐ μετασχῶν, ἀλλ' ὡς κατεγνωκῶς, οὐ δι' ἀγ-  
νοίαν, ἀλλὰ δι' ἐπίγνωσιν μάλιστα. Ὅρα οὖν τί  
φησι καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας, ἐμπαιὼν εἰς ἀνάγκην  
τοῦ μέγαλα περὶ ἑαυτοῦ εἰπεῖν, πῶς καὶ οὕτω καὶ  
ταπεινοφοροῦσιν ἐνδείκνυται· *Ἡκούσατε γάρ,  
φησὶ, τὴν ἐμὴν ἀναστροφὴν ποτε ἐν τῷ Ἰουδαϊ-  
σμῷ· καὶ κάλιν ἐνταῦθα, εἰ τις δοκεῖ ἄλλος πε-  
ποιθῆναι ἐν σαρκὶ, ἐγὼ μᾶλλον*· καὶ εὐθὺς ἐπ-  
ήγαγεν· *Ἐβραῖος ἐξ Ἐβραίων.* Οὐκ εἶπε τοῦτο  
προηγουμένως, ἀλλὰ μετὰ τὸ εἰπεῖν, *εἰ τις ἄλλος,*  
δεικνύς τὴν ἀνάγκην, δεικνύς ὅτι δι' ἐκείνους ἔλεγεν.  
Εἰ πεποιθας, φησὶ, καὶ γὰρ μᾶλλον. Τοῦτο νῦν λέγω,  
εἰ καὶ ἐσιώπων. Καὶ ὅρα τὸ ἀνεπαχθὲς τῶν ἐλέγχων·  
τὸ γὰρ μὴ ὀνομαστὶ τοῦτο ποιεῖν, κἀκαίτους ἐδίδου  
χώραν ἀναδραμεῖν. *εἰ τις δοκεῖ πεποιθῆναι.* Καὶ  
καλῶς εἶπε, *Δοκεῖ*, ἢ ὡς οὐκ ἔχοντων τοσαύτην πε-  
ποιοθῆσιν, ἢ ὡς τῆς πεποιοθῆσεως ἐκείνης οὐκ ὄντως  
πεποιοθῆσεως οὐσης· πάντα γὰρ ἀνάγκης ἦν, οὐ  
προαιρέσεως. *Περιτομὴ ὀκταήμερος.* Καὶ πρῶτον  
τίθησιν ὁ μάλιστα ἠδύχων, τὸ τῆς περιτομῆς· εἶτα,  
*Ἐκ γένους Ἰσραὴλ.* Τὰ ἀμφοτέρω ἔδειξεν, ὅτι οὐ  
προσηλύτων, οὐτε ἐκ προσηλύτων. Ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ  
ὀκταήμερος περιτεμηθῆναι, οὐχὶ προσηλύτος· ἀπὸ  
δὲ τοῦ, *Ἐκ γένους Ἰσραὴλ,* οὐδὲ προσηλύτων γο-  
νείων. Ἄλλ' ἵνα μὴ νομίσης, ὅτι, *Ἐκ γένους Ἰσραὴλ,*  
ἐκ τῶν δέκα φυλῶν, φησὶ, *φυλῆς Βενιαμίν*· ὥστε  
τοῦ δοκιμωτέρου μέρους· τὰ γὰρ τῶν ἱερῶν ἐν τῷ  
κλήρῳ ταύτης ἦν τῆς φυλῆς. *Ἐβραῖος ἐξ Ἐβραίων.*  
Ἐνταῦθεν δείκνυσιν, ὅτι οὐχὶ προσηλύτος, ἀλλ'  
ἄνωθεν τῶν εὐδοκίμων Ἰουδαίων. Ἐνῆν μὲν γὰρ  
εἶναι τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλ' οὐκ Ἐβραῖον ἐξ Ἐβραίων.  
Πολλοὶ γὰρ καὶ διεφθάρων ἦδη τὸ πρῆγμα, καὶ τῆς  
γλώσσης ἦσαν ἀμύητοι, ἑτέροις μιγνύμενοι ἔθνεσιν.  
Ἡ τοῦτο οὖν, ἢ τὴν πολλὴν εὐγένειαν δείκνυσιν  
ἐντεῦθεν. *Κατὰ νόμον Φαρισαῖος.* Ἐρχεται λοιπὸν  
εἰς τὰ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως· ἐκεῖνα γὰρ πάντα  
ἀπροαίρετα. Καὶ γὰρ τὸ περιτεμηθῆναι οὐκ αὐτοῦ,  
καὶ τὸ, *Ἐκ γένους Ἰσραὴλ,* καὶ τὸ, *Ἐκ φυλῆς Βε-  
νιαμίν*· ὥστε καὶ ἐκ τούτων μᾶλλον πλεονεκεῖ, εἰ  
καὶ τὰ μάλιστα ἐκονῶνουν αὐτῷ πολλοί. Ποῦ οὖν τὸ,  
*Μᾶλλον*; Μάλιστα μὲν καὶ ἐν τούτῳ τῷ μὴ προ-  
σηλύτων εἶναι, καὶ τῷ ἐκ τῆς δοκιμωτάτης φυλῆς, καὶ  
τῷ ἄνωθεν ἐκ προγόνων, ἀπὸ οὐ πολλοὶ εἶχον· ἀλλ',  
ἐπειδὴ πάντα ἀπροαίρετα, ἔρχεται εἰς τὰ τῆς προαι-  
ρέσεως, ὅπου τὸ, *Μᾶλλον*, ἐστὶ. *Κατὰ νόμον Φαρι-  
σαῖος, κατὰ ἤθλον δικάων τὴν* [278] *Ἐκκλησίαν.*  
Τούτῳ φησι, διότι οὐκ ἀρκεῖ δεῖξαι τὸ, *Μᾶλλον*, μόνον  
ἐκεῖνο· ἐστὶ γὰρ καὶ Φαρισαῖον εἶναι, καὶ μὴ σφόδρα  
ζηλωτὴν. *Κατὰ δικαιοσύνην.* Ἐπειδὴ ἐνὶ βίβλικίν-  
δυσιν εἶναι, ἢ φιλαρχίας ἔνεκεν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ'  
οὐ τῷ νόμῳ ζηλοῦντα, ὅπερ ἐποιοῦν οἱ ἀρχιερεῖς·  
*Ἄλλ' αὐτὸς οὐ τοιοῦτος· ἀλλὰ, Κατὰ δικαιοσύνην  
τὴν ἐν νόμῳ γένόμενος ἄμμεπος.* Εἰ τοίνυν καὶ  
εὐγενείας ἔνεκεν, καὶ προθυμίας, καὶ τρόπου, καὶ  
βίου πάντων ἐκράτου, τίνας ἔνεκεν τὰ σμνὰ  
ἐκεῖνα εἶσα, φησὶν, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ μεζονα εὐρεῖν τὰ  
τοῦ Χριστοῦ, καὶ πολλῶν μεζονα; Διὸ ἐπήγαγεν·

tieret, solvebatur sabbatum : numquam vero ut sabbatum servaretur, solvebatur circumcisio. Atque considera mihi Dei dispensationem : hæc quæ majorem quam sabbatum habebat venerationem invenitur quibusdam temporibus omissa. Cum igitur ipsa soluta sit, multo magis sabbatum. Ideo Paulus ipsius nomen rsecat, et inquit, *Videte concisionem*. Neque dixit, Malum est circumcisio, Supervacua est circumcisio, ne viros istos pungret, sed sapientius ideam molitur, a re quidem ipsa abducens, nomen autem illis gratificatus ; vel potius rem quoque ipsam studiosius. Verum non ita erga Galatas, sed longe secus. Nam quoniam ibi magnus erat morbus, audacter magna cum auctoritate secat : hic vero, quoniam nihil ejusmodi admiserant, ipsis eam quæ ex vocabulo voluptatem gratificatur, hos interea et illos abigens, et inquit, *Videte concisionem. Nam nos sumus circumcisio*. Quomodo? *Qui spiritu Deo servimus, et non in carne fiduciam habentes*. Non dixit, Examinemus circumcisionem illam et hanc, utra sit melior ; sed ne nominis quidem illam participat, sed quid inquit? Circumcisio illa concisio est. Quare? Nihil enim aliud faciunt, quam quod carnem concidunt. Quando enim quod fit, legitimum non est, nihil aliud quam carnis sectio est et concisio. Vel igitur ob hanc causam ita illam appellavit ; vel quod Ecclesiam concidere aggredierentur. Nam et nos concisionis nomine utimur in iis, qui temere et sine arte hoc faciunt. Nam si circumcisio querenda est, inquit ; apud nos eam invenietis. *Qui spiritu Deo servimus, id est, qui spiritualiter servimus*.

2. Dic enim mihi, utrum melius, anima an corpus? Evidenter anima. Igitur circumcisio illa non est melior ; quinimo hæc sola circumcisio est. Etenim quamdiu quidem typus manebat, merito comparationi locus erat ; *Ut circumcidatur, inquit, præputium cordis vestri (Jer. 4. 4)*. Ita et in Epistola ad Romanos ipsam tollit his verbis : *Non enim qui in manifesto, Judæus est, neque quæ in manifesto in carne, circumcisio, sed qui in abscondito Judæus, et circumcisio cordis in spiritu, non littera (Rom. 2. 28)*. Nunc vero et nomine jam illam privat, negatque circumcisionem esse. Nam typus quidem, donec ventura est veritas, veræ rei nomine vocatur ; postquam vero advenit veritas, non amplius. Simile quiddam evenit in delineata pictura : delineavit quispiam regem : lineamenta illa adumbrata, quamdiu pigmentorum flos se in conspectu non dat, regem non vocamus ; at ubi iste color accessit, obscuratur veritate typus, neque apparet : tuncque dicimus, Ecce nunc est rex. Nec dicit, In nobis enim est circumcisio, sed, *Nos sumus* ; ac merito quidem. Hoc enim est homo, circumcisio virtui congruens ; hoc est vere homo. In illis autem non dixit sic, sed, *Videte concisionem* : ipsi enim posthac versantur in interitu ac vitio. Deinde ostendens non amplius in corpore fieri circumcisionem, sed in corde, inquit : *Et non in carne fiduciam habentes ; 4. quamquam et ego habeam confidentiam in carne*. Quid dicit hoc loco, *Confidentiam, et, In carne?*

Nempe gloriationem, plenam fidentiam, et gravem orationem : ac scite istud addidit. Nam si fuisset ethnicus et accusaret circumcisionem, neque circumcisionem solum, sed eos qui intempestive ipsam recipere ; videretur sane ideo in illam irruere, quod nobilitatis, quæ Judaismi erat propria, igneus esset, quod præclara illa et majestatis plena ignoraret, neque ipsorum esset particeps : nunc vero qui particeps est, et reprehendit, certe non ita reprehendit, tanquam is qui non sit particeps, sed tanquam qui condemnaverit, non ex ignorantia, sed maxime ex cognitione. Vide igitur, quid dicat in Epistola ad Galatas, cum incidisset in necessitatem magna de se ipso dicendi, quomodo et humilitatem præ se ferat : *Audistis enim, inquit, conversationem meam aliquando in Judaismo (Gal. 1. 13)* ; et rursus hic, *Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis* ; ac statim adjunxit, *Hebræus ex Hebræis*. Non hoc tanquam id quod sibi per se propositum esset, initio dixit, sed postquam dixerat, *Si quis alius*, ostendens necessitatem, illorumque causa hæc a se dici. Si confiditis, inquit, *Ego magis*. Hoc nunc necessario dico, alioqui tacuissem. Attende vero quomodo in arguendo vitet odium, dum non nominatim arguit, et illis locum se recipiendi dat. *Si quis videtur confidere*. Et recte dixit, *Videtur*, vel quod tantum fidentiam non habent ; vel quod vera fidentia non esset : omne enim hoc necessitatis erat, non electionis. 5. *Circumcisio octavo die*. Primum ponit quod maxime optabant, id est circumcisionem ; deinde illud, *Ex genere Israel*. Utraque hæc ostendit, neque proselytum se esse, neque ex proselytis oriundum. Nam ex eo, quod octavo die circumcisus sit, ostenditur non esse proselytum ; ex eo autem, quod ex genere Israel, ostenditur neque ex parentibus proselytis esse ortum. Deinde ne putes, *Ex genere Israel*, hoc significare esse ipsum ex decem tribubus, inquit, *De tribu Benjamin* ; perinde ac si diceret, *Ex probatore parte* : nam quæ sacerdotum erant, in sorte erant hujus tribus. *Hebræus ex Hebræis*. Hinc ostendit se non esse proselytum, sed antiquitus ex claris Judæis : poterat enim quis Israelita esse, nec tamen Hebræus ex Hebræis : multi enim jam et rem ipsam corruperant, et linguam non tenebant, aliis admixti gentibus. Vel hoc igitur, vel magnam nobilitatem hinc demonstrat. *Secundum legem Pharisæus*. Accedit deinde ad ea, quæ ad institutum suum pertinebant : superiora enim omnia non erant consilii vel electionis. Neque enim suum opus erat, circumcisum esse, aut ex genere Israel, aut ex tribu Benjamin. Ex his ergo magis excellebat, etsi in hac re multos habebat socios. Quid ergo est illud, *Magis*? Certe in hoc excellebat, quod non erat proselytus, quod erat ex probatissima tribu, quodque antiquitus id haberet a majoribus, quæ quidem non multi habebant. Sed quoniam hæc omnia ab electione sua minime profecta fuerant, accedit ad ea quæ ipsius sectæ sunt, ubi elucet illud, *Magis secundum legem Pharisæus, 6. secundum amulationem persequens Ecclesiam*. Addit hoc, quoniam illud solum non satis

erat ad probandum illud, *Magis*: nam licet Pharisæum etiam esse, nec tamen vehementi zelo affici. *Secundum justitiam*. Fieri enim potest ut quis pericula contemnat ex principatus amore, ut principes sacerdotum faciebant, non autem ex legis studio. Ille autem non talis erat, sed, *Secundum justitiam*, inquit, *quæ in lege est, conversatus sine querela*. Itaque si et nobilitatis ergo et studii alacritatisque et morum et vitæ omnes antecellebam, cur præclara illa dimiserim, inquit, nisi quod ea, quæ Christi sunt, repererim majora, ac longe quidem majora? Quamobrem addidit: 7. *Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta*.

3. *Amor pecuniæ exagitur*. — Paulus quidem hanc vitæ rationem adeo exquisitam et ab ineunte ætate susceptam, tantam nobilitatem, tanta pericula, tantas insidias, labores, studia projecit ac damna putavit, cum antea lucra essent, ut Christum lucraretur; nos vero neque pecuniam contemnimus, ut Christum lucræmur, sed malumus futuræ vitæ jacturam facere, quam præsentium rerum: quamquam hæc nihil aliud sunt quam damnum. Cedo enim sigillatim expendamus ea, quæ in divitiis insunt: annon damnum censerî illud debet, quod laborem ingentem habet, lucrum vero nullum? Quid enim, dic mihi, utilitatis ex multis ac pretiosis vestibus? atque istis induti quid lucri facimus? Nihil plane, sed damnum dumtaxat reportamus. Quomodo? Quoniam et pauper vilem tritamque vestem ferens in maximis caloribus, nihilo deterius fert æstum quam tu; quinimo ille facilius: trita enim et unica facilius sinit respirare, ac recreari corpora; quæ autem recens confecta est, etiam si araneorum telis tenuior, non item. Ac tu quidem nimio elatus fastu, et binas ternasque tunicas, sæpe vero et amiculum et zonam et subligacula habes: illi vero nemo crimini dat, quod unica tegatur tunica, hineque facilius fert æstum. Et ideo divites quidem videmus madentes sudore, pauperes vero minime. Quando igitur homini eundem vel etiam potiore usum præbent vestimenta vilia, et nullo prope pretio empta; illa vero, in quibus necessario multum auri effundendum fuit, nihil plus efficiunt: nonne damnum est nimirum illud ac supervacaneum? Nihil enim plus afferunt, quod ad usum et commodum pertinet; sed plus auri effusum tibi est, eundem vero usum et commoditatem habet: tu quidem dives centum, aut forte etiam pluribus aureis emisti; pauper vero pauculo argento. Vides damnum? Sed fastus videre non sinit. Visne auri etiam, quod et equis et mulieribus circumdant, rationem subducamus? Ad alia enim mala hoc etiam accedit, quod divitiarum amantes faciunt. Eodem enim honore et mulieres et equos dignantur: unus est utrorumque ornatus; atque ex iisdem rebus volunt mulieres splendidiore apparere, ex quibus et vehicula, ex quibus et pelles cortinarum, in quibus veluntur.

*Contra luxum. Adium ornatus*. — Dic mihi, quid lucri est, mulum vel equum auro ornare? mulier vero tanta auri lapidumque mole circumdata, quid amplius

habet? At enim aurea, inquit, non consumuntur. Quinimo et hoc illis accidere affirmant, qui ista calent, quod in balneis et alibi sæpe et lapides et aurea multum de pretio perdunt: verum sit ita sane, ut vis, nihilque lædantur; cedo quid lucri? Quid? cum exciderint ac perierint, annon damnum est? Quid vero, cum invidiam atque insidias in se concitarint, nonne damnum? Nam quandoquidem nihil prosunt circumdatæ mulieri, inflammant vero invidorum oculis et latrones magis excitant: nonne damnum afferunt? Quid vero, dic mihi, cum liceret viro his uti ad negotium magno cum emolumento gerendum, nec tamen potest ob sumptuosæ mulieris luxum, cogiturque ipse cum fame conflictari, et in summas adduci angustias, illam vero spectare auro onustam: nonne hoc damnum est? Propterea enim pecuniæ dictæ sunt *χρήματα*, id est utilia, non ut ipsis sic nos utamur, quemadmodum utuntur aurificum prothecæ, sed ut ex illis honesti quidpiam agamus. Quando igitur auri cupiditas id minime permittit, annon res tota damnum est? Nam qui ipsis uti non audet, perinde ac si aliena essent, ita non utitur; sublato autem usu jam non sunt *χρήματα*, id est utilia. Quid vero, cum ædes splendidas et magnas ædificamus, ipsasque et columnis et marmoribus et porticibus et ambulationibus, modisque omnibus exornamus, idola ubique et statuas collocantes? Multi quidem ex his etiam demones vocant; sed omittamus nunc istud. Quid tibi vult et lectum aureum? nonne eundem usum sua illi domus præbet, qui sibi aptam ac modicam habet? At habet, inquit, magnam delectationem. Sane unum aut alterum diem, exinde vero minime. Nam si solem ipsum non velle admiramur, quod ei videndo assuevimus, certe multo minus opera artis; sed nihilo magis quam si lutea essent, attendimus. Quid enim, dic mihi, ad ædificationis commoditatem multitudo columnarum, et signorum pulchritudo, et aurum muris inspersum confert? Nihil, sed omnia luxus, petulantia, elationis nimia, ac dementia sunt. Ubique enim rebus necessariis, quibusque utamur, danda opera est, non inutilibus.

4. Vides rem istam damnum esse? vides supervacaneam et inutilem? Nam si neque majorem usum, neque delectationem affert (precedente enim tempore satietatem parit): nihil aliud est, nisi damnum. Sed obstans inanis gloriæ studium facit, ne videamus. Ita Paulus quidem quæ lucra esse arbitrabatur, ea reliquit: nos vero neque ea, quæ damna sunt, pro Christo relinquentur? Quousque tandem humi defixi hærebimus? quousque ad cælum non spectabimus? Non videtis senes, quam nullum rerum præteritarum sensum habent? non videtis morientes, cum senes, tum juvenes? non videtis eos, qui in vitâ ipsa suis rebus spoliati sunt? Cur rebus instabilibus inhiamus? cur infirmis alligamur? quousque non persequemur manentes ac stabiles? Quid non darent senes, quo liceret deponere senectutem? Et tamen quæ isthæc dementia est ad pristinam vell:

Ἄλλ' αὖτις ἦρ μοι κέρδη, ταῦτα ἤγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν.

3. Neque dici potest quod erga vos quidem sic, erga alios autem non sic nos geramus : ita enim ad Corinthios quoque scribens dicebat : *Sustinetis enim, si quis vos in servitatem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit* (2. Cor. 11. 20) ; et rursus, *Præsentia vero corporis infirma, sermo contemptibilis : et rursus, Donate mihi hæc injuriam* (Ibid. 10. 10. et 12. 15). Illic quoque ostendit se valde esse humilem, ex eo quod tam multa conculcaret. Illic autem dicit etiam de pecuniis : *Cum possemus vobis esse oneri ut Christi apostoli.* 7. *Sed facti sumus parvuli in medio vestrum : tamquam si nutrix foreat filios suos, 8. ita desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis, non solum evangelium Dei, sed etiam animas nostras : quoniam carissimi nobis facti estis. Sed facti sumus, inquit, parvuli* : id est, Nihil importunum, nihil molestum nec grave neque quod fastum habeat ostendimus. Illud autem, *In medio vestrum*, tale est, ut si quis dicat, Non ex vobis locum et sortem superiorem et eminentiorem accipientes.

*Doctoris officium.* — *Tamquam si nutrix foveat, inquit, filios suos. Ita oportet esse doctorem. Num nutrix adulatur ut gloriam consequatur? num pecuniam potit a parvis pœris? num est illis gravis et molesta? annon illæ sunt benigniores et mitiores quam matres? Illic ostendit amorem et benevolentiam. Ita desiderantes vos, inquit: ita vobis devincti sumus, et non solum nihil accipimus, sed si oporteat etiam ipsas impertiri animas, non recusabimus. Hoccine est, dic, queso, humanæ mentis? et quis adeo desipit ut hoc dicat? Cupide volebamus tradere vobis, non solum evangelium Dei, sed etiam animas nostras. Quamobrem hoc est illo majus. Et quodnam est lucrum? Ex evangelio quidem lucrum; dare autem animam, quod ad difficultatem attinet, est illo majus. Non sunt enim paria prædicare et dare animam: nam illud quidem est honorabilius, hoc autem est majoris difficultatis. Vellemus, inquit, si liceret, etiam animas vobis effundere. Quoniam ergo laudavit et laudat, propterea inquit, Non pecunias quærentes, non vobis adulantes, non gloriam appetentes hoc facimus. Vide enim: si multa confecerant certamina, et impense oportebat eos laudari et haberi in admiratione, ut fortiores evaderent, habebat laus suspicionem. Propterea, hæc omnia dicit, amovens suspicionem, dicit pericula. Et rursus, ne putetur pericula dicere, tamquam pro ipsis laborans, et tamquam ab ipsis debens honorari; ideo postquam pericula memoravit, subjunxit: *Quoniam carissimi nobis facti estis*; atque ideo animas nostras lubenter vobis dedissemus, eo quod vobis valde simus devincti. Atque evangelium quidem, quoniam Deus jussit, annuntiamus; tantum autem vos diligimus, ut si liceret, etiam animas dedissemus. Sic oportet diligentem diligere, ut si ab eo petatur anima, et fieri possit, non vetet. Non dico, si petatur solum imo vero ut ipse ad hoc donum accurrat. Nihil enim, nihil hujusmodi amore fuerit jucundius, nihil illic contigerit molestum. Fidelis amicus revera est vitæ medicamentum: fidelis amicus est validum tegumentum.*

*Quis sit verus amicus. Christianæ amicitiae exemplum.* — Quid enim non fecerit verus et germanus amicus? quam non attulerit voluptatem? quam non utilitatem? quam non securitatem? Etiamsi thesauros dixeris innumerabiles, nihil vero et germano amico potest æquiparari. Primum autem dicamus quantam voluptatem habet amicitia: gessit gaudium amicum videns et diffunditur: cum eo conjungitur quadam conjunctione, quæ ineffabilem animo habet voluptatem: et si solum ejus meminerit, mente assurgit et attollitur. De germanis loquor amicis, qui sunt unanimes, qui pro amicis mori elegerint, qui ardentè amant. Ne mihi, cogitantes eos qui leviter amant, et sunt mensæ socii, et amici nomine, existimetis arguere id quod dicitur. Si quis habet amicum qualem dico, verba agnoscat: et si eum quotidie viderit, non satiatur: eadem ipsi quæ sibi ipsi optat et precatur. Novi ego quendam qui pro amico viros sanctos rogabat ut pro ipso primum orarent, deinde pro se. Tanta res est

bonus amicus, ut et loca et tempora propter ipsos amentur. Sicut enim a splendidis corporibus flos emanat in loca vicina: ita etiam amici ad loca, ad quæ accesserint, suam emittunt gratiam: et sæpe cum absque amicis in illis locis fuerimus, flemus, recordantes dierum in quibus cum illis versati sumus, et gemimus. Verbis explicari non potest quantum affert voluptatem et lætitiæ præsentia amicorum: soli autem sciunt qui experiuntur. Et gratiam petere, et gratiam accipere ab amico licet citra suspicionem. Quando nobis imperant, tunc eis habemus gratiam: quando dubitant et verentur, tunc tristitia afficiuntur. Nihil habemus quod non sit illorum. Omnia quæ hic sunt sæpe despicientes, propter illos nolumus hinc emigrare: et luce ipsa illi sunt magis desiderabiles.

4. Revera enim ipsa etiam luce est amicus desiderabilior: loquor de sincero et germano. Nec mireris: melius enim est ut sol nobis exstinguatur, quam ut privemur amicis; melius est degere in tenebris, quam amicis privari: et quomodo, ego dicam. Multi solem videntes sunt in tenebris; amicis autem instructi, numquam in ærumnis versantur: de amicis loquor spiritualibus, qui nihil præferunt amicitiae. Talis erat Paulus, qui animam suam libenter dedisset, nec rogatus etiam in gehennam libenter ivisset: ita ardenti diligendum est affectione. Volo exemplum amicitiae dare: patres et filios superant amici, amici, inquam, secundum Christum. Ne mihi enim hodiernos amicos dicas; nam cum aliis hoc quoque bonum recessit; sed cogita quod tempore apostolorum, non loquor de coryphæis et principibus, sed de iis qui crediderunt; *Omnium, inquit, erat anima una et cor unum, et nemo quidquam ex iis quæ habebat dicebat esse proprium; et distribuebatur singulis prout opus habebant (Act. 4. 32. 35).* Non erat tunc meum et tuum. Hoc erat amicitia, ne quis quæ sua erant sua existimaret, sed quæ erant proximi: quæ autem sua, aliena; utque illius animæ æque parceret atque suæ; et ille similiter eundem animi affectum ostendat. Et alicubi, inquit, fieri potest ut talis inveniat? Etiam; sed quia nolumus, fieri non potest: potest enim facile fieri, si velimus. Nam si fieri non posset, ne jussisset quidem Christus, nec tam multa dixisset de caritate. Magna res est amicitia, et quam sit magna, nec discere quisquam, nec oratio ulla explicare potest, præter ipsam experientiam. Hoc fecit hæreses, hoc Græcos adhuc facit esse Græcos. Qui diligit, non vult imperare, nec magistratum gerere, sed majorem habet gratiam si obediat et jussa exsequatur: vult magis gratificari quam gratiam accipere: diligit enim et quasi non exsatiato suo desiderio, sic afficitur. Non tam lætatur beneficium accipiens, quam benefaciens: mavult enim eum habere sibi obnoxium, quam ipsi debere; imo mavult et ipsi debere, et ipsum habere debitorem; et vult gratificari et non vult videri gratificari, sed esse potius debitor. Multos ex vobis existimo forte ignorare quod dictum est; necesse igitur est ut repetam. Vult prior beneficio afficere, et non vi-



ροπηκὴν οὐδὲ ἐπαχθὲς οὐδὲ βαρὺ οὐδὲ κόμπον ἔχον ἀπειθέμεθα. Καὶ τὸ, Ἐν μέσῳ ὁμῶν, τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐξ ὁμῶν, οὐχὶ τὴν ἀνω λαβόντες λήξιν.

Ὡς δὲν τροφὸς, φησὶ, θάλαξη τὰ ἑαυτῆς τέκνα. Οὕτω δεῖ τὸν διδάσκαλον εἶναι. Μὴ ἡ τροφὸς κολακεύει, ἵνα δόξης τύχη; μὴ χρήματα αἰτεῖ παρὰ τῶν παιδῶν τῶν μικρῶν; μὴ βαρεῖα αὐτοῖς ἐστί καὶ φορητὴ; οὐχὲ μᾶλλον τῶν μητέρων εἰσι προσηγεῖς; Ἐνταῦθα τὴν φιλοστοργίαν δεῖκνυσιν. Οὕτω, φησὶν, ἱμαρμόμενοι ὁμῶν, τοῦτέστιν, ἐπιθυμοῦντες· οὕτως ὁμῶν προσεδέμεθα, φησὶν, ὅτι οὐ μόνον οὐδὲν λαμβάνομεν, ἀλλ' εἰ δεῖ καὶ τὰς ψυχὰς μεταδοῦναι, οὐκ ἔν παρητησάμεθα. Τοῦτο οὖν, εἰπέ μοι, ἀνθρωπίνης διανοίας; καὶ τίς οὕτως ἀνόητος, ὡς τοῦτο εἰπὴν; *Εὐδοκοῦμεν*, φησὶ, *μεταδοῦναι ὁμῖν, οὐ μόνον τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ [457] τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς*. Ὡστε τοῦτο μείζον ἐκείνου. Καὶ τί τὸ κέρδος; Ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ Εὐαγγελίου, κέρδος· τὸ δὲ τὴν ψυχὴν δοῦναι, κατὰ τὴν δυσκολίαν μείζον ἐκείνου. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἴσον ἀπλῶς κηρύττειν, καὶ ψυχὴν δοῦναι· ἐκεῖνο μὲν γὰρ τιμιώτερον, τοῦτο δὲ πλείονος δυσκολίας ἦν. Ἐβουλόμεθα, φησὶν, εἰ γε ἐνῆν, καὶ τὰς ψυχὰς εἰς ὁμᾶς κενώσαι. Ἐπει οὖν ἐπήνεσε καὶ ἐπαινεῖ, διὰ τοῦτο λέγει, ὅτι Οὐ χρήματα ζητοῦντες, οὐ κολακεύοντες ὁμᾶς, οὐ δόξης ἐπιέμενοι, τοῦτο ποιοῦμεν. Ὅρα γὰρ· εἰ πολλὰ ἦσαν ἀλλήσαντες, καὶ παραδόξως ἴδει αὐτοὺς ἐπαινεθῆναι καὶ θαυμασθῆναι, ὥστε στερρότερος γενέσθαι, εἶχεν ὁ ἐπαινὸς ὑποψίαν. Διὰ τοῦτο, ἀποκρουόμενος τὴν ὑποψίαν, τοὺς κινδύνους λέγει. Καὶ πάλιν, ἵνα μὴ νομισθῆ διὰ τοῦτο τοὺς κινδύνους λέγειν, ὡς κἀμῶν ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ὀφείλων τιμηθῆναι παρ' αὐτῶν, ὑπὲρ τούτου, μετὰ τὸ εἰπεῖν τοὺς κινδύνους, ἐπήγαγε· *Διότι ἀγαπητοὶ ὁμῖν γαγέτησθε*· δηλῶν ὅτι διὰ τοῦτο καὶ τὰς ψυχὰς ἡδέως ἂν ὁμῖν ἴδομεν, ὅτι Σφοδρὰ ὁμῖν προσεδέθημεν. Τὸ μὲν οὖν Εὐαγγέλιον, ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἐκίλευσε, καταγγέλλομεν· τοσοῦτον δὲ ὁμᾶς φιλοῦμεν, ὅτι εἰ ἐνῆν, καὶ τὰς ψυχὰς ἂν ἐδώκαμεν. Οὕτω εἰ φιλεῖν τὸν φιλοῦντα, ὡς, εἰ καὶ τὴν ψυχὴν αἰτηθῆ, καὶ δυνατόν ἦ, μὴ κωλύσθαι. Τί λέγω, αἰτηθῆ; ἀλλ' ὥστε αὐτὸν ἐπιτρέχειν τῇ τοιαύτῃ δόσει. Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν τῆς τοιαύτης ἀγάπης γλυκύτερον γένοιτο· ἂν· οὐδὲν ἐκεῖ λυπηρὸν συμπεσεῖται. Ὅντως φίλος πικρὸς φάρμακον ζωῆς· ὄντως φίλος πιστὸς σκέπη κραταιά.

Τί γὰρ οὐκ ἂν ἐργάσατο φίλος γνήσιος; πόσῃ μὲν οὐκ ἂν ἐμποιήσειεν ἡδονὴν; πόσῃ δὲ ὠφέλειαν; πόσῃ δὲ ἀσφάλειαν; Κἀν μυρίους θησαυροὺς εἴπῃς, οὐδὲν ἀντάξιον γνησίου φίλου. Καὶ τὰ αὐτῆς πρόπον ἔπωμεν τῆς φιλίας πόσῃ ἔχει τὴν ἡδονήν. Γάννυται ὁρῶν αὐτὸν· καὶ διαχεῖται, συμπλέκεται συμπλοκῇ αὐτῷ τινὰ κατὰ τὴν ψυχὴν ἀβήρητον ἔχουσαν τὴν ἡδονήν· καὶ ἀναμνησθῆ μόνον αὐτοῦ, διανέστη τῇ διανοίᾳ καὶ ἀνεπερώθη. Περὶ τῶν φίλων λέγω τῶν γνησίων, τῶν ὁμοφύλων, τῶν αἰρουμένων καὶ ὑπεραποθακῆν, τῶν θερμῶς φιλοῦντων. Μὴ μοι τοῦ; ἀπλῶς φιλοῦντας ἐνοοῦντες, καὶ κοινωνοὺς τῶν τραπέζων, καὶ ἀπὸ προσηγορίας φίλους, νομίζετε τὸν λόγον ἐλέγχουσαι. Εἰ τις ἔχει φίλον ὅσον λέγω, ἐπι-

γνώσεται τὰ ῥήματα· καὶ ἐν τῷ τούτῳ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, οὐκ ἐμπίπταται· ταῦτα αὐτῷ ἐπεύχεται, ἄπερ καὶ αὐτῷ. Οἶδα ἐγὼ τινὰ, ὃς ὑπὲρ φίλου τοὺς ἀγίους ἀνδρας παρακαλῶν, παρεκάλει εἰσχεσθαι πρότερον ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τότε ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Τοσοῦτό ἐστι φίλος ἀγαθός, ὡς καὶ τόπους καὶ χρόνους φιλεῖσθαι δι' αὐτόν. Καθάπερ γὰρ τὰ λαμπρά τῶν σωμάτων ἀνθος ἀπορβῆει εἰς τοὺς πλησίον τόπους, οὕτω καὶ οἱ φίλοι, οἷς ἂν παραγίνονται τόποις, τὴν ἑαυτῶν χάριν ἀφίσει. Καὶ πολλάκις χωρὶς φίλων ἐπιστάντες τοῖς τόποις ἐκείνοις, ἐδακρυσάμεν τῶν ἡμερῶν ἀναμνησθέντες, ἐν αἷς συνεγερόμεθα, καὶ ἐποινάξομεν. [458] Οὐκ ἐν τῷ λόγῳ παραστήσει τὴν ἡδονὴν ὅσην ἐνεῖθῃσι παρουσία φίλων· μόνον δὲ οἱ πείραν ἔχοντες ἴσασι. Καὶ χάριν αἰτῆσαι, καὶ χάριν λαβεῖν ἀνυπόπτως παρὰ φίλου ἐνι. Ὅταν ἡμῖν ἐπιτάττωσι, τότε αὐτοῖς χάριν ἴσμεν· ὅταν δὲ ὀνῶσι, τότε ἀλύομεν. Οὐδὲν ἔχομεν ὅπερ μὴ ἐκείνων ἐστί. Πάντων πολλάκις τῶν ἐνταῦθα καταφρονούντες, δι' ἐκείνους οὐ βουλόμεθα ἀπελευθεῖν ἐντεῦθεν· καὶ τοῦ φωτὸς ἐκείνοι ποθεινότεροι.

Καὶ γὰρ ὄντως καὶ τοῦ φωτὸς αὐτοῦ ποθεινότερος φίλος· τὸν γνήσιον λέγω. Καὶ μὴ θαυμάσης· βέλτιον γὰρ ἡμῖν σθεασθῆναι τὸν ἥλιον, ἢ φίλων ἀποστερηθῆναι· βέλτιον ἐν σκότῳ διάγειν, ἢ φίλων εἶναι χωρὶς· καὶ πῶς, ἐγὼ λέγω. Ὅτι πολλοὶ τὸν ἥλιον ὀρώντες ἐν σκότῳ εἰσι, φίλων δὲ εὐποροῦντες, οὐδ' ἂν ἐν θλίψει γένοντο· περὶ φίλων λέγω τῶν πνευματικῶν, τῶν οὐδὲν προτιμώντων φιλίας. Τοιοῦτος Παῦλος ἦν, καὶ τὴν ψυχὴν ἡδέως διδοὺς τὴν ἑαυτοῦ, καὶ μὴ αἰτηθεῖς, καὶ εἰς γένναν ἡδέως; ἂν ἐνέπιπτεν. Οὕτω χρὴ φιλεῖν διαθέσει πεπυρωμένη. Βούλομαι ὑπόδειγμα δοῦναι φιλίας· πατέρας καὶ υἱοὺς ὑπερβαίνουσι φίλοι, φίλοι οἱ κατὰ Χριστόν. Μὴ γὰρ μοι τοὺς νῦν εἴπῃς, ὅτι μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο ἀπέστη τὸ καλόν· ἀλλ' ἐνόησον ὅτι ἐπὶ τῶν ἀποστόλων, οὐ λέγω τοὺς κορυφαίους, ἀλλ' αὐτοὺς τοὺς πεπιστευκότας· *Παίτερ ἦν*, φησὶν, *ἡ ψυχὴ καὶ ἡ καρδία μία, καὶ οὐδὲ εἰς τι τῶν ὑπαρχόντων ἕλεγον ἴδιον εἶναι· καὶ διεδίδωτο ἐκάστῳ, καθότι ἂν τις χρεῖαν εἴχεν*. Οὐκ ἦν τότε τὸ ἐμόν καὶ τὸ σόν. Τοῦτό ἐστι φιλία, ἵνα μὴ τὰ αὐτοῦ ἑαυτοῦ τις νομίζῃ, ἀλλὰ τὰ τοῦ πλησίον, τὰ δὲ αὐτοῦ ἀλλότρια· ἵνα οὕτω φειδῆται τῆς ἐκείνου ψυχῆς, ὡς τῆς ἑαυτοῦ, κἀκεῖνος ὁμοίως τὴν αὐτῆν διαθέσειν ἐπιδεικνύηται. Καὶ ποῦ δυνατόν, φησὶ, τοιοῦτον εὐρεθῆναι; Ναί, οὐ δυνατόν, ἐπειδὴ μὴ βουλόμεθα· ὡς εἰ γε ἐβουλόμεθα, καὶ σφόδρα δυνατόν. Εἰ γὰρ μὴ δυνατόν ἦν, οὐδ' ἂν ἐπέταξεν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἂν τοιαῦτα περὶ ἀγάπης διελέθη. Μέγα φίλια, καὶ πόσῃ μέγιστος, οὐδεὶς ἂν δύνατο μαθεῖν, οὔτε τις παραστήσει λόγος, πλὴν τῆς πείρας αὐτῆς. Τοῦτο τὰς αἰρέσεις εἰργάσατο, τοῦτο τοὺς Ἕλληνας ἐτι ποιεῖ Ἕλληνας εἶναι. Ὁ φίλων οὐκ ἐπιτάττειν βούλεται οὐδὲ ἄρχειν, ἀλλὰ χάριν ἔχει μᾶλλον ἀρχόμενος; καὶ ἐπιτασσόμενος· χαρίζεσθαι βούλεται μᾶλλον, ἢ χάριν λαμβάνειν· φιλεῖ γὰρ, καὶ ὡς οὐκ ἐμπλήσας αὐτοῦ τὴν ἐπιθυμίαν, οὕτω διάκειται. Οὐχ οὕτως; εὐ πείσων ἐέρπεται, ὡς εὐ ποίων· βούλεται γὰρ κατέχειν αὐτὸν μᾶλλον, ἢ ὀφείλειν αὐτῷ· μᾶλλον δὲ καὶ ὀφείλειν αὐτῷ βούλεται, καὶ ὀφειλέτην αὐτὸν ἔχειν· καὶ βούλεται χαρίζεσθαι, καὶ οὐ βούλεται δοκεῖν χαρίζεσθαι, ἀλλ' ὀφειλέτην αὐτὸν εἶναι. Τάχα πολλοὺς ὁμῶν ἀγνοεῖν

\* Sic Colbertinus unus recte. Editi vero ὁρῶν αὐτὸν, quod cum recta serie pugnat.

[439] ὄμαι τὸ εἰρημένον· οὐκοῦν ἀναγκαῖον αὐτὸ πάλιν εἰπεῖν Καὶ ἄρχειν βούλεται εὐεργεσίας, καὶ μὴ δοκεῖν ἄρχειν, ἀλλ' ἀποδιδόναι· ὡσπερ καὶ ὁ Θεὸς ἐπέησεν ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. Ἐμελλε τὸν Ἰὼν αὐτοῦ χαρίζεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν, ἀλλ' ἵνα μὴ δόξῃ χαρίζεσθαι, ἀλλ' ὀφείλειεν ἡμῖν, προσέταξε τῷ Ἀβραάμ δούναί τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἵνα μέγα ποιῶν, μὴδὲν μέγα δόξῃ ποιεῖν. Ὅταν μὲν γὰρ μὴ ἢ φιλία, καὶ οὐκ εἰδίζομεν τὰς εὐεργεσίας, καὶ τὰς μικρὰς ἐπαίρομεν· ὅταν δὲ φιλία ἢ, καὶ κρύπτομεν αὐτάς, καὶ τὰς μεγάλας μικρὰς βουλόμεθα δεικνύναί, ἵνα μὴ δόξωμεν ὀφειλέτην ἔχειν τὸν φίλον, ἀλλ' αὐτοὶ αὐτῷ ὀφειλέται εἶναι ἐν τῷ ὀφειλέτην ἔχειν αὐτόν. Οἶδα ὅτι οὐδὲ συνιδῶσιν οἱ πολλοὶ τὸ λεγόμενον· τὸ δὲ αἴτιον, περὶ πράγματος διαλέγομαι τὴν οὐρανὸν οἰκοῦντος νῦν. Ὅσπερ οὖν, εἰ περὶ τινος· ἔλεγον φυτοῦ ἐν Ἰνδία τιχτομένου, οὐ μὲδεις μηδὲ πείραν ἔλαθεν, οὐκ ἂν ἴσχυσεν ὁ λόγος παραστῆσαι, καὶ εἰ μυρία εἶπον· οὕτω καὶ νῦν ὅσα ἂν εἶπω, εἰκὴ ἐρῶ· οὐδεὶς γὰρ ἐπιστήνας· ἀδυναστεῖται. Ἐν οὐρανῷ πεφύτευται τοῦτο τὸ φυτόν, κλάδους ἔχον οὐ μαργαρίτας βριθομένους, ἀλλὰ βίον ἐνάρτεον πολλῶν τούτων ἡδίων. Ποίαν βούλει εἰπεῖν ἡδονήν; τὴν αἰσχράν; τὴν σεμνήν; Ἀλλὰ πάσας ὑπερβάλλει ἡ τῆς φιλίας, καὶ τὴν τοῦ μέλιτος εἴπησ. Τοῦτο γὰρ προσκορὲς γίνεται· φίλος δὲ οὐδέποτε, ἕως ἂν ἢ φίλος, ἀλλὰ μᾶλλον αὔξεται ἢ ἐπιθυ-

⁹ Unus, ἐπιστῆσαι, quod forsitan recte habet, subaudito νῦν. Εἰπὲ.

μία, καὶ χρόνον οὐδέποτε ἢ τοιαύτη λαμβάνει ἡδονήν. Καὶ τῆς παρουσίας ζωῆς ὁ φίλος ἡδύτερος· πολλοὶ γοῦν μετὰ τὴν τῶν φίλων τελευτην οὐκ ἠδύσαντο ζῆσαι λοιπόν. Μετὰ φίλου καὶ ὑπερορίαν τις ἡδέως ἂν ἐνάγκοι, χωρὶς δὲ φίλου οὐδὲ τὴν αὐτοῦ οἰκῆσαι ἔλοιτο ἂν· μετὰ φίλου καὶ πενία φορητόν, τούτου δὲ ἀνευ, καὶ ὕγεια καὶ πλοῦτος ἀφορήτον. Ὁ τοιοῦτος ἄλλον ἑαυτὸν ἔχει. Ἀποπνίγομαι ὅτι οὐ δύναμαι ἐπὶ παραδείγματος εἰπεῖν· ἢ γὰρ ἂν ἐγνώρισσα ὅτι πολλῶν ἐλάττονα τοῦ δέοντος τὰ εἰρημένα. Καὶ ταῦτα μὲν ἐνταῦθα· παρὰ δὲ Θεοῦ τοσοῦτος μισθὸς τῆς φιλίας, ὅσος οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν. Μισθὸν ἡμῖν δίδωσιν, ἵνα φιλωμεν ἀλλήλους· Φίλει γὰρ, φησί, καὶ λάβε μισθόν, ὑπὲρ οὗ μισθὸν ὀφειλομεν πράγματος· Εὐξαι, φησί, καὶ λάβε μισθόν, ὑπὲρ οὗ μισθὸν ὀφειλομεν, εἰ αἰτούμεν τὰ αγαθὰ· Ὑπὲρ οὐ αἰτεῖς, φησί, λάβε μισθόν· νήστευσον, καὶ λάβε μισθόν· γενοῦ ἐνάρτεος, καὶ λάβε μισθόν, καίτοι μισθὸν ὀφειλων· ἀλλ' ὡσπερ οἱ πατέρες, ὅταν ἐναρέτους ποιήσωσι τοὺς παῖδας, τότε καὶ αὐτοὺς μισθὸν δίδωσιν· ὀφειλέται γὰρ εἰσιν, ὅτι αὐτοὺς ἐν ἡδονῇ κατέστησαν· οὕτω καὶ ὁ Θεός, Μισθόν, φησί, λάβε, ἂν ἐνάρτεος γένῃ· εὐφραίνεις γὰρ τὸν πατέρα, καὶ τούτου σοι ὀφείλω μισθόν· ἂν δὲ κακός, οὐκέτι· παροξύνεις γὰρ τὸν γεννήσαντα. [440] Μὴ δὴ παροξύνωμεν τὸν Θεόν, ἀλλ' εὐφραίνωμεν, ἵνα τύχωμεν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, καὶ τὰ ἐξῆς.

#### ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

*Μνημονεύετε γὰρ, ἀδελφοί, τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον· νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαι τίνα ὑμῶν, ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ. Ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ Θεός, ὡς ὁσίως καὶ ἀμέμπτως καὶ δικαίως ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν, καθάπερ οἴδατε, ὡς ἔνα ἕκαστον ὑμῶν, ὡς πατήρ τέκνα ἑαυτοῦ, παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι, καὶ μαρτυρούμενοι εἰς τὸ περικατῆσαι ὑμῖς ἀξίως τοῦ Θεοῦ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν.*

α'. Τὸν διδάσκων οὐδὲν ἐπαχθὲς χρὴ λογιζεσθαι τῶν εἰς σωτηρίαν τῶν μαθητῶν συντεινόντων. Εἰ γὰρ ὁ μακάριος Ἰακώβ νυκτὸς καὶ ἡμέρας κατεκόπτετο εἰς τὴν τῶν ποιμνίων φυλακὴν, πολλῶν μᾶλλον τὸν τὰς ψυχὰς ἐμπειπιστευμένον, καὶ ἐπιμοχθον ἔργον ἢ, καὶ εὐτελεές, πάντα δεῖ ποιεῖν, πρὸς ἐν ὁρῶντα μόνον, τὴν σωτηρίαν τῶν μαθητευομένων, καὶ τὴν ἐκεῖθεν δόξαν γινομένην τῷ Θεῷ. Ὅρα γοῦν πῶς καὶ ὁ Παῦλος κίρυξ καὶ ἀπόστολος ὢν τῆς οἰκουμένης, καὶ τοιαύτην τιμὴν ἐπανηρημένος, εἰργάζετο ταῖς χερσὶ πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαι τοὺς μαθητευομένους. *Μνημονεύετε γὰρ, φησί, ἀδελφοί, τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον.* Εἶπε προλαβὼν, ὅτι *ἀντάμενοι ἐν βάρει εἶναι, ὡς Χριστοῦ ἀπόστολοι· ὅπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους φησίν· Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ τὰ ἱερά ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν;* Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς διέταξε τοὺς τὸ Εὐαγγέλιον καταγγέλλοντας ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ζῆν. Ἀλλ' ἐγὼ, φησίν, οὐκ ἠθέλησα, ἀλλ' ἐκοπίων. Καὶ οὐκ ἀπλῶς εἰργάζετο, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς. Καὶ ὅρα τί φησι: *Μνημονεύετε γὰρ·* οὐκ εἶπε, τὰς εὐεργε-

σίας τὰς παρ' ἐμοῦ, ἀλλὰ, *τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον.* Νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαι τίνα ὑμῶν οὕτως ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ. Κορινθίους δὲ ἕτερον φησίν· Ἄλλας Ἐκκλησίας ἐσύλησα, λαθὼν ὀφώνιον τι εἰς ὑμῶν διακονίαν. Καίτοι καὶ ἐκεῖ εἰργάζετο· ἀλλ' οὐκ ἀνέμνησε τούτου, ἀλλ' ἕτερον ἔθηκε πληκτικώτερον· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ὅτι Ἡρ' ἐτέρων ἐτρέφην ὑμῖν ὑπηρετῶν. Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τί; *Νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι.* Καὶ ἐκεῖ μὲν φησί· *Καὶ παρῶν πρὸς ὑμᾶς καὶ ὑστερηθεῖς, οὐ κατενάρχησα οὐδενός, καὶ, Ἐλαθον ὀφώνιον πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν·* ἐνταῦθα δὲ δεῖκνυσιν ἐν πενία ὄντας τοὺς ἄνδρας· ἐκεῖ δὲ οὐχ οὕτως. Διὰ τοῦτο συνεχῶς αὐτοὺς παραφέρει μάρτυρας· Ὑμεῖς γὰρ, φησί, μάρτυρες, καὶ ὁ Θεός· [441] ἀξίωστον ποιῶν τὸν λόγον, κάκεινο τιθεῖς, ὁ αὐτοὺς μάλιστα ἐπληροφόρει· ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἄδηλον τοῖς ἀγνωστοῖς, τοῦτο δὲ πᾶσι λοιπὸν ἀναμφίβολον. Καὶ μὴ θαυμάσης· οὐδὲ γὰρ ἔβλεπεν, ὅτι Παῦλος ἦν ὁ ταῦτα λέγων, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος βούλεται αὐτοὺς πληροφορεῖν. Διὰ τοῦτο φησίν· Ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ Θεός, ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν. Ἔδει αὐτοὺς πάλιν ἐπαινεῖν· διὰ τοῦτο ταῦτα προτίθησιν, ἃ ἦν ἱκανὰ αὐτοὺς πείσαι. Συλλογίζεται γὰρ, ὅτι ὁ ἐν χρεῖα ἐκεῖ καταστάς καὶ μὴ λαθὼν, πολλῶν μᾶλλον νῦν. *Ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν, καθάπερ οἴδατε, ὡς ἔνα ἕκαστον ὑμῶν, ὡς πατήρ τέκνα ἑαυτοῦ, παρακαλοῦντες ὑμᾶς, καὶ παραμυθούμενοι.* Ἀνωτέρω τὸ τῆς ἀνατροφῆς εἰπὼν, ἐνταῦθα

deri prior beneficio afficere, sed reddere: quod quidem Deus quoque fecit in hominibus. Erat Filium suum pro nobis donaturus, sed ne videretur nobis donare, sed nobis debere, iussit Abraham dare filium suum, ut rem magnam faciens, nihil magnum videretur facere. Nam si non fuerit quidem amicitia, et exprobramus beneficia, et parva extollimus, si autem fuerit amicitia, et ea celamus, et quæ sunt magna parva volumus ostendere, ne videamur amicum habere debitorem, sed ipsi esse debitores in eo quod eum habeamus debitorem. Scio multos non intelligere quod dicitur: causa autem est quod loquar de re, quæ nunc cælum habitat. Quemadmodum ergo si loquerer de aliqua planta quæ nascatur in India, cujus nemo experientiam haberet, ne posset quidem rem explicare oratio, etiamsi infinita dicerem: ita etiam quæcumque nunc dixerō, frustra dicam: nemo poterit scire. In cælo plantata est hæc planta, ramos habens non onustos margaritis, sed vita virtute ornata, quæ est his multo jucundior. Quamnam vis dicere voluptatem? an turpem, an honestam? sed omnes exsuperat voluptas amicitia, etiamsi mellis voluptatem dixeris. Nam id quidem affert satietatem, amicus autem numquam, dum fuerit amicus; sed augetur potius desiderium, et satietatem numquam affert voluptas. Vita quoque præsertim amicus est jucundior: multi certe post

mortem amicorum ne optarunt quidem amplius vivere. Cum amico etiam exsillum libenter tulerit quispiam: absque amico autem ne suam quidem patriam habere voluerit. Cum amico etiam paupertas est tolerabilis: absque illo autem et sanitas et divitiæ sunt intolerabiles. Alterum habet seipsum. Angor quod non possim exemplo rem ostendere: revera enim planum fecissem, quæ dicta sunt esse multo minora quam oporteat. Et hæc quidem hic ita habent: a Deo autem tanta est merces amicitia, quanta ne dici quidem potest. Nobis dat mercedem ut alter alterum diligamus: Ama enim, inquit, et accipe mercedem, pro qua re debemus mercedem: Ora, inquit, et accipe mercedem, pro quo mercedem debemus, quia bona petimus: Pro eo quod petis, inquit, accipe mercedem: jejuna, et accipe mercedem: sis virtute præditus, et accipe mercedem, etiam si mercedem debeas: sed sicut parentes quando fecerint ut filii vivant in virtute, tunc etiam eis dant mercedem: sunt enim debitores, quod se constituerint in voluptate: ita etiam Deus. Mercedem, inquit, accipe, si sis virtute præditus; nam patrem lætitia afficis, et hujus rei tibi mercedem debeo: si autem malus, nequaquam; irritas enim eum, qui te genuit. Ne itaque Deum irriteremus, sed lætitia afficiamus, ut regnum cælorum assequamur, in Christo Jesu Domino nostro, etc.

### HOMILIA III.

Cap. 2. v. 9. *Memores enim estis, fratres, laboris nostri et fatigationis: nocte et die operantes, ne quem vestrum gravarem, prædicavimus in vobis evangelium Dei.* 10. *Vos testes estis et Deus, quam sancte et juste et sine querela vobis qui credidistis fuimus;* 11. *sicut scitis, qualiter unumquemque vestrum, sicut pater filios suos, deprecantes vos et consolantes,* 12. *testificati sumus ut ambularetis digne Deo, qui vocavit vos in regnum suum et gloriam.*

1. Doctorem nihil oportet onerosum putare eorum quæ tendunt ad salutem discipulorum. Nam si beatus Jacob nocte et die laborabat in ovium custodia: multo magis eum cui creditæ sunt animæ, etiamsi sit opus laboriosum et vile, omnia oportet facere, unum solum spectantem, nempe salutem discipulorum, et quæ inde Deo affertur gloria. Vide ergo quomodo Paulus præco, apostolus orbis terræ, tali suscepto honore, operabatur manibus, ne gravaret discipulos. *Memores enim estis, inquit, fratres, laboris nostri et fatigationis.* Prius dixerat, *Poteramus oneri esse, tamquam Christi apostoli:* quod etiam dicit in Epistola ad Corinthios: *Nescitis quod qui sacris operantur, e sacro comedunt (1. Cor. 9. 13)?* Sic et Christus constituit ut qui evangelium annuntiant, ex evangelio vivant. Sed ego, inquit, nolui, sed laboravi. Neque solum operatur, sed cum multo studio et diligentia. Et vide quid dicat: *Memores, inquit, estis, non beneficiorum meorum, sed, Laboris nostri et fatigationis. Nocte et*

*die operantes, ne quem vestrum gravarem, sic prædicamus vobis evangelium Dei.* Corinthiis autem aliud dicit: *Alias Ecclesias exsolvi, accipiens stipendium ad ministerium vestrum (2. Cor. 11. 8).* Atqui illic quoque operabatur, sed non revocavit in memoriam, sed aliud posuit quod magis pungeret; perinde atque si diceret: Ab aliis sum nutritus vobis inserviens; hic autem non sic, sed quid? *Nocte et die operantes.* Et illic quidem dicit, *Et cum essem apud vos et egerem, nullum gravavi (Ibid. v. 9);* et, *Accepi stipendium ad ministerium vestrum:* hic autem ostendit eos esse in paupertate; illic vero non ita. Propterea assidue eos adducit testes: *Vos enim, inquit, testes estis et Deus;* sermonem fide dignum faciens, et hoc ponens, quod eos maxime reddebat certiores: nam illud est incertum ignorantibus, hoc autem nihil dubii relinquit. Et ne mireris: non advertebat se Paulum esse, qui hæc diceret; sed admodum vult eos certiores facere. Ideo dicit: *Vos testes estis et Deus, quam sancte et juste et sine querela vobis fuimus qui creditis.* Oportebat eos rursus laudare: ideo ea proponit quæ satis erant ad persuadendum. Nam qui illic, inquit, laborabam egestate, et non accepi. multo magis nunc. *Quam sancte et juste et sine querela fuimus vobis qui creditis; sicut scitis, qualiter unumquemque vestrum, sicut pater filios suos, vos deprecantes et consolantes.* Cum superius dixisset id quod erat conversationis, hic dicit quod est caritatis; quod majus est, et sine fastu dictum. *Sicut pater filios*

suos, *deprecantes vos et consolantes et testificantes ut ambuletis digne Deo, qui vocat vos in regnum suum et gloriam.* Quando dicit: *Et testificantes*, tunc meminuit patrum. Sed et testificati sumus, hoc quoque non vehementer, sed sicut pater, *Unumquemque vestrum.* Papæ! in tanta multitudine neminem prætermisit, non parvum, non magnum, non divitem, nec pauperem. *Deprecantes*, inquit, ad quid? Ad ferendum onus. *Et consolantes et testificantes.* *Deprecantes*: non ergo quærebant gloriam: *Et testificantes*: non ergo adulabantur. *Ut ambuletis digne Deo, qui vocavit vos in suum regnum et gloriam.* Vide rursus quomodo narrans, et docet et consolatur: si enim vocavit ad regnum, oportet omnia ferre. Hortamur vel rogamus, non ut nobis aliquid donetis, sed ut regnum cælorum assequamini. 13. *Ideo et nos gratias agimus Deo sine intermissione, quod cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operatur in vobis qui creditistis.* Non licet, inquit, dicere, quod nos quidem impune omnia agimus, vos autem facitis indigna nostra conversatione: non enim nos audientes affecti estis tamquam audientes homines, sed tamquam ipso Deo admonente, ita attendistis. Undenam id liquet? Sicut enim, quod non in adulatione neque in inani gloria prædicaverit, ostendit ex suis tentationibus, et illorum testimonio, et ex iis quæ agebat: ita etiam quod illi verbum recte acceperint, a tentationibus. Quomodo enim, inquit, nisi tamquam Deum dicentem audivissetis, talia ferretis pericula? Vide autem auctoritatem: 14. *Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum Dei quæ sunt in Judæa in Christo Jesu, quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris, sicut et ipsi a Judæis, 15. qui et Dominum occiderunt Jesum et prophetas, et nos persequuti sunt, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur; 16. prohibentes nos gentibus loqui ut salvæ fiant, ut impleant peccata sua semper. Pervenit autem ira Dei super illos usque in finem.*

2. *Vos*, inquit, *imitatores facti estis Ecclesiarum Dei quæ sunt in Judæa.* Magna est consolatio. Non est, inquit, mirum, si ipsi hæc vobis faciant, cum hoc etiam faciant suis contribulibus. Hoc autem non parvum quoque est indicium quod vera sit prædicatio, cum et Judæi omnia ferre sustinerent. *Quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris, sicut et ipsi a Judæis.* Plus aliquid habet in eo quod dixerit, Et illi in Judæa: ostendit enim eos ubique latari, ut qui decertassent. Dicit ergo, Vos quoque eadem passi estis. Et quid mirum, si vobis quoque fecerunt, cum eadem quoque ausi fuerint in Dominum. Vides quomodo hoc induxerit quod magnam habet consolationem? Et hoc versat assidue, et in omnibus propensum epistolis hoc inveneris, accurate examinans quomodo in tentationibus semper Christum diverse asserat. Vide ergo; hic quoque accusans Judæos, eos revocat in memoriam Domini, et ejus perpeccionem. Adeo sciebat rem maximam habere consolationem. *Qui et Dominum occiderunt*, inquit. Sed fortasse eum

ignoraverunt. Imo maxime noverunt. Quid vero? non etiam suos prophetas occiderunt, et lapidibus obruerunt, quorum etiam libros circumferunt? Et hæc fecerunt non propter veritatem. Non est ergo solum consolatio in tentationibus, sed etiam admonitio, ne existimemus quod hæc faciant propter veritatem, et ideo conturbemur. *Et nos*, inquit, *persequuti sunt.* Et nos, inquit, passi sumus mala innumerabilia. *Et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur, prohibentes nos gentibus loqui ut salvæ fiant. Omnibus*, inquit, *hominibus adversantur.* Quomodo? Si enim toti orbi terræ loqui oportet, isti autem vetant, sunt communes inimici orbis terræ. Christum occiderunt et prophetas, Deum contumelia afflicti, sunt orbis terræ communes inimici, nos expellunt qui ad salutem accessimus: quid mirum, si in vos quoque ita se gesserint, cum etiam in Judæa hoc fecerint? *Prohibentes nos gentibus loqui ut salvæ fiant.* Est ergo invidia, omnium impedire salutem. *Ut impleant peccata sua semper. Pervenit autem super illos ira Dei usque in finem.* Non sunt amplius talia qualia erant priora; non est amplius reditus, non amplius finis: sed prope instat ira. Unde id patet? Ex eo quod prædixit Christus. Non hoc enim solum habet consolationem, quod acceperint socios afflictionum, sed et quod eos qui affligebant audierint plexos fuisse. Si autem molestia afficit dilatio, consoletur quod non amplius sursum aspiciant. Imo vero dilationem quoque contraxit, dicendo, *Ira*, rursus ostendens eam deberi, esseque præstitutam et prædictam. 17. *Nos autem, fratres, desolati a vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantius festinavimus faciem vestram videre cum multo desiderio.* Non dixit, Separati, sed quod majus erat. Superius dixit de adulatione, ostendens se non adulari, non quærere gloriam: hic dicit de caritate. Quoniam superius dixit, *Sicut pater filios, Sicut nutrix*; hic aliud dicit, *Orbati*, quod est filiorum patres quærentium. Quid vero, illine erant orbati? Non inquit, sed nos. Nam si quis desiderium examinaverit, sicut parvi pueri, quorum nullus curam gerit, immaturam subeuntes orbitatem, in magno sunt parentum desiderio; non solum propter ipsam naturam, sed etiam propter solitudinem: ita nos quoque. Illine quoque ostendit suam animi ægritudinem, in qua erat propter separationem. Et hæc, inquit, non licet dicere, quod multum tempus expectavimus, sed, *Ad tempus*, idque *Facie, non corde*: semper enim vos habemus in mente. Vide quanta sit dilectio: quamvis eos haberet perpetuo in corde, quærebat tamen eorum in aspectu seu facie præsentiam. Ne quis mihi supervacaneam hanc dicat philosophiam: hoc plane est ardentis dilectionis, videre, et audire, et dicere, et hoc multum contulerit. *Abundantius*, inquit, *festinavimus.* Quid est, *Abundantius*? Vel hoc sibi vult, quod vos magni faciebamus: vel ut est verisimile, cum hora abuissemus, studuimus videre faciem vestram. Vide beatum Paulum, cum per se non posset suum implere desiderium, hoc facere per alios: sicut cum mittit Timotheum ad Philippenses, et eundem rursus

ὡς τῆς ἀγάπης φησὶν· ὁ καὶ πᾶλλον ἦν ἢ τῆς προσίας. Καὶ τοῦ ἀτόφου τὸ εἰρημίνον. Ὡς πατήρ ἐπέτα λαντοῦ, παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι καὶ μαρτυρούμενοι εἰς τὸ περιπατεῖσθαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Θεοῦ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν. Ὅτι εἶπε, Καὶ διαμαρτυρούμενοι, τότε πατέρων μέμνηται, δεικνύς ὅτι εἰ καὶ διαμαρτυρούμεθα, ἀλλὰ τοῦτο οὐ σφοδρῶς, ἀλλ' ὡς πατέρες. Ἐπεὶ ἐπιστολὴ ὁμῶν. Βαβὰ! ἐν ταύτῃ κλήθει μηδένα παραλιπεῖν, μὴ μικρὸν, μὴ μέγαν, μὴ πλούσιον, μὴ πένητα. Παρακαλοῦντες, φησὶ εἰς τὰς· Πρὸς τὸ φέρειν πάντα. Καὶ παραμυθούμενοι καὶ διαμαρτυρούμενοι. Παρακαλοῦντες· ἐπὶ ἕρα δόξαν ἐζητοῦν· Καὶ διαμαρτυρούμενοι· οὐκ ἐπιτολάσκουον. Εἰς τὸ περιπατεῖσθαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Θεοῦ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν. Ὅρα πάλιν πῶς διηγούμενοι, καὶ διδάσκει καὶ παραμυθεῖται· εἰ γὰρ εἰς βασιλείαν ἰθάλας, πάντα δεῖ φέρειν. Παρακαλοῦμεν, οὐχ ἵνα ἡμῖν χαρισθῆται τι, ἀλλ' ἵν' ἐπιτιμῆται τῆς βασιλείας τῶν ὀρανῶν. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀπὸς πατρὸς ἡμῶν τοῦ Θεοῦ, ἀδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ, καθὼς ἔστιν ἀληθῶς, λόγον Θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν. Οὐκ ἴσταν εἰπεῖν, φησὶν, ὅτι ἡμεῖς μὲν πάντα ἀμειψίας πράττομεν, ὑμεῖς δὲ ἀνάξια τῆς ἡμετέρας ἀποστολῆς ἐποιήσατε· οὐ γὰρ ὡς ἀνθρώπων ἀκούοντες, ἀλλ' ὡς αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ παρακινούμενοι, ὅπως προσεῖχεται. Πόθεν δὴλον; Ὅτι περὶ γὰρ τὸ μὴ ἐν κολακείᾳ μηδὲ ἐν κενοδοξίᾳ κηρύξαι ἀπὸ τῶν οἰκείων πειρασμῶν δεικνύσι, καὶ τῆς ἐκείνων μαρτυρίας, καὶ ὧν ἐπρασταν· οὕτω καὶ τὸ ἐκείνουσ ὁρθῶς λέξασθε τὸν λόγον, ἀπὸ τῶν πειρασμῶν. Πόθεν γὰρ, φησὶν, εἰ μὴ ὡς τοῦ Θεοῦ λέγοντες ἠκούετε, τοιοῦτους ἐφέρετε κινδύνους; Καὶ ὅρα τὸ ἀξίωμα· Ἰμεῖς γὰρ, φησὶ, μνηστὰ ἐγενήθητε, ἀδελφοί, τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἐν Ἰησοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ἐὰν αὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας, καὶ ἡμᾶς ἐπιωξάντων, καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ [442] πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων· κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι ἵνα σωθῶσιν, εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἀμαρτίας πάντοτε. Ἐφθασε δὲ εἰς αὐτοὺς ἡ ὁρτὴ εἰς τέλος.

ἐτόλμων· Ὅρα, πῶς αὐτὸ ἀίσθηται μεγάλῃν ἔχον τὴν παραμυθίαν; Καὶ πυνχῶς τοῦτο στρέφει, καὶ ἐν πάσαις σχεδὸν εὐρεῖ τις ἐν αὐτῷ ταῖς ἐπιστολαῖς ἀκριβῶς ἐξετάζων, πῶς ἐν τοῖς πειρασμοῖς καὶ τὸν Χριστὸν παραφέρει διαφόρως. Ὅρα γούν· καὶ ἐν ταῦθα κατηγορῶν τῶν Ἰουδαίων, εἰς ἀνάμνησιν αὐτοῦ φέρει τοῦ Δεσπότη, καὶ τῶν τοῦ Δεσπότη παθημάτων· οὕτως οἶδε μεγίστην παραμυθίαν ἔχον τὸ πρῶγμα. Τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων, φησὶν. Ἄλλ' ἠγγήσαν αὐτὸν ἰσως. Μάλιστα μὲν οὖν ἤδασαν. Τί θαί; οὐχὶ καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας ἀπίκτειναν καὶ ἐλιθοβόλησαν, ὧν καὶ τὰ τεύχη περιφρούροι; Καὶ μὴν ταῦτα οὐκ ἀληθείας ἐνεκεν διεπρόξενον. Οὐκ ἄρα παραμυθία μόνον ἔστιν ἐπὶ τοῖς πειρασμοῖς, ἀλλὰ καὶ ὑπόμνησις τοῦ μὴ νομίζειν ὅτι δι' ἀλήθειαν ταῦτα ποιοῦσι, καὶ διὰ τοῦτο θορυβεῖσθαι. Καὶ ἡμᾶς, φησὶν, ἐπιωξάντων. Καὶ ἡμεῖς, φησὶ, μωρία δεῖνὰ πεπόνθαμεν. Καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων, κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι ἵνα σωθῶσιν. Πᾶσιν ἀνθρώποις, φησὶν, ἐναντίων. Πῶς; Εἰ γὰρ τῇ οἰκουμένῃ δεῖ λαλῆσαι, οὗτοι δὲ κωλύουσι, κοῖνοι τῆς οἰκουμένης· εἰσὶν ἔχθροί. Τὸν Χριστὸν ἐφόνευσαν, τοὺς προφήτας, τὸν Θεὸν ὀβρίζουσι, κοῖνοι τῆς οἰκουμένης εἰσὶν ἔχθροί, ἡμεῖς ἐλαύνουσι τοὺς ἐπὶ σωτηρίᾳ παραγενομένους· τί θαυμαστὸν, εἰ καὶ εἰς ὑμᾶς τοιαῦτα ἐπεδείξαντο, ὅπου γε καὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ; Κωλυόντων ἡμᾶς, φησὶ, τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι ἵνα σωθῶσιν. Βασκανίας ἕρα ἔστι τὸ τὴν τῶν πάντων ἐμποδίζειν σωτηρίαν. Εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἀμαρτίας πάντοτε. Ἐφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὁρτὴ εἰς τέλος. Οὐκέτι ταῦτα ἔσται οἷα τὰ πρότερα, οὐκέτι ἐπ' ἀνέδος, οὐκέτι πέρα· ἀλλ' ἐγγύς ἐφέστηκεν ἡ ὁρτὴ. Πόθεν δὴλον; Ἀπὸ τούτου, ἀφ' οὗ προεῖπεν ὁ Χριστός. Οὐ γὰρ τοῦτο μόνον ἔχει παραμυθίαν τὸ κοινοῦ τῶν θλιψῶν λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τοὺς θλιβόντας ἀκοῦσαι τιμωρουμένους. Εἰ δὲ ἡ ἀναβολὴ λυπαῖ, παραμυθεῖσθαι τὸ μηκέτι ἀνιμεῖν αὐτοὺς. Μᾶλλον δὲ καὶ τὴν ἀναβολὴν συνέσειλε τῷ εἰπεῖν. Ἡ ὁρτὴ δεικνύς πάλιν ὀφειλομένην καὶ προωρισμένην, [443] καὶ προφητευομένην. ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοί, ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὅμων πρὸς καιρὸν ὤρας, προσώπω, οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως ἐσοποιδῶσμεν τὸ πρόσωπον ὅμων ἰδεῖν ἐν κοιλίῃ ἐπιθυμία. Οὐκ εἶπε, χωρισθέντες, ἀλλ' ὁ πλέον ἦν. Εἶπεν ἀνωτέρω περὶ τῆς κολακείας, δεικνύς ὅτι οὐ κολακεῖται, ὅτι οὐ ζητεῖ δόξαν· λέγει ἐν ταῦθα περὶ τῆς ἀγάπης. Ἐπειδὴ εἶπεν ἀνωτέρω· Ὡς πατήρ τέκνα, Ὡς τροφός, ἐν ταῦθα καὶ ἑτερόν φησιν, Ἄπορφανισθέντες, ὅπερ ἐστὶ παίδων πατέρας ζητούντων. Καὶ μὴν ἐκεῖνοι ἀπορφανισθησαν. Οὐ, φησὶν, ἀλλ' ἡμεῖς. Εἰ γὰρ τις τὸν πόθον ἐξετάσειε, καθάπερ παιδία μικρὰ ἀπροστάτευτα, ἄωρον ὀρφανῶν ὑποστάντα, ἐν πολλῷ πόθῳ τῶν γονέων εἰσὶν, οὐ διὰ τὴν φύσιν μόνον αὐτῆν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἐρημίαν· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς. Ἐκ τούτου καὶ τὴν ἀθυμίαν αὐτοῦ δεικνύουσιν, ἐν ἧ ἦν διὰ τὸν χωρισμόν. Καὶ ταῦτα, φησὶν, οὐκ ἐνὶ εἰπεῖν, ὅτι πολλὸν χρόνον ἀνεμείναμεν, ἀλλὰ πρὸς καιρὸν, καὶ τοῦτο προσώπω, τὸ καρδίᾳ· ἀεὶ γὰρ ὑμεῖς ἔχομεν ἐν τῇ διανοίᾳ. Ὅρα δὴ ἀγάπη· καίτοι ἔχον αὐτοὺς διαπαντός ἐν καρδίᾳ, καὶ τὴν κατ' ἑσπιν ἐζητεῖ παρουσίαν. Μὴ μοι λέγε τὴν

\* Metull τὸ εἰπεῖν Halesiana.

περιτην φιλοσοφίαν· τοῦτο ἀληθῶς θερμῆς ἀγάπης, τὸ καὶ ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι καὶ εἰπεῖν, καὶ πολλὰ ἂν τοῦτο συμβάλλοιτο. *Περὶ σσοτέρως*, φησὶν, ἐσπουδάσαμεν. Τί ἐστὶ, *Περὶ σσοτέρως*; ἢ τοῦτ' ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι Σφόδρα ὑμῶν ἐξεχόμεθα· ἢ ὡς εἰκὸς ἦν, Ὅραν ἀπολειφθέντες ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν. Ὅρα τὸν μακάριον Παῦλον, ὅταν μὴ δι' ἑαυτοῦ δύνηται πληροῦν αὐτοῦ τὸν πόθον, δι' ἑτέρον τοῦτο ποιοῦντα· ὡσπερ ὅτε πρὸς Φιλιπησίους τὸν Τιμόθεον πέμπει, καὶ πρὸς Κορινθίους πάλιν τὸν αὐτὸν, δι' ἑτέρων αὐτοῖς συγγινόμενος, ὅταν μὴ δύνηται δι' ἑαυτοῦ. Ἐρώμενος γάρ ἦν μανικὸς τις καὶ ἀκάθαρτος, καὶ ἀκαρτέρης εἰς φιλίαν. Διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Ὅπερ ἐστὶν ἀγάπης. Καίτοι γε ἐνταῦθα οὐδεμίαν ἑτέραν χρεῖαν φησὶν, ἀλλ' ἵνα ἴσωμεν ὑμᾶς. Ἐγὼ μὲν Παῦλος, καὶ ἀπαξ καὶ δις· καὶ ἐτέροισιν ὁ Σατανᾶς,

γ. Τί λέγεις; ὁ Σατανᾶς ἐγκόπτει; Ναί· οὐ γὰρ Θεοῦ τοῦτο ἔργον ἦν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν Ῥωμαίων φησὶν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐκώλυσε καὶ ἀλλαχούθ' ἔφηνεν ὁ Λουκᾶς, ὅτι Τὸ Πνεῦμα διεκώλυσε αὐτοὺς ἐλθεῖν εἰς τὴν Ἀσίαν καὶ Κορινθίους· τοῦ Πνευμάτος φησὶν εἶναι τὸ ἔργον, ἐνταῦθα δὲ μόνον τοῦ Σατανᾶ. Τίνα δὲ λέγει ἐγκοπήν τοῦ Σατανᾶ; Πειρασμούς τινας ἀπροδοκῆτους καὶ σφοδρούς. Γενομένης γὰρ αὐτῶν, φησὶν, ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, κατελήγετο ἐν τῇ Ἑλλάδι τρεῖς μῆνας. Ἐτερον δὲ ἐστὶν οἰκονομίας ἕνεκεν παραμένειν καὶ ἐκόντα, καὶ ἕτερον ἐγκοπτόμενον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ φησὶ· Διὸ μηκέτι τόπον ἔχω ἐν τοῖς κλίμασι τοῦτοσιν, καὶ, Φειδόμενος ὑμῶν οὐκέτι ἦλθεν εἰς Κόρινθον· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ τί; [444] Ὅτι ὁ Σατανᾶς ἐτέροισιν. Ἐγὼ μὲν, φησὶ, Παῦλος, καὶ ἀπαξ καὶ δις. Ὅρα πῶς φιλοτιμεῖται καὶ ἐγκαλλωπίζεται, θέλων δεῖξαι, ὅτι μάλιστα πάντων αὐτοὺς ἔφθει. Τῷ, Ἐγὼ μὲν Παῦλος, ἀντὶ τοῦ· Εἰ καὶ μὴ εἶ ἄλλοι, φησὶ. Κάκεινοι γὰρ ἦσαν ἤθελον μόνον, ἐγὼ δὲ καὶ ἐπεχείρησα. Τίς γὰρ ἡμῖν ἔλιπς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχῆσεως; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἐμπροσθεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ; Μακεδόνες εἰσὶ, εἰπέ μοι, ἢ ἐλιπς σου, ὦ μακάριε Παῦλε; Οὐχ οὗτοι μόνον, φησὶ· διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν· ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς; Τίς γὰρ ἐστὶν ἡμῖν, φησὶν, ἐλιπς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχῆσεως; Ἄρα ἐπιγινώσκετε τὰ ῥήματα γυναικῶν ὅσα πάντα διαθερμαινομένων τοῖς σπλάγχνοις, καὶ πρὸς παιδία μικρὰ διαλεγόμενων; Καὶ στέφανος, φησὶ, καυχῆσεως. Οὐ γὰρ ἤρκει τὸ στέφανος ὄνομα δεῖξαι τὴν λαμπρότητα, ἀλλὰ προσέθηκε καὶ, Καυχῆσεως. Πόσης πυρώσεως τοῦτο; Οὐκ ἂν ποτε μήτηρ, οὐδὲ πατήρ, εἴ γε ὁμοῦ συνήλθον, καὶ τὸν ἑαυτῶν ἀνεμίξαντο πόθον, ἡδυνήθησαν δεῖξαι ἰσοῤῥοπτον ὅσα τῷ Παύλῳ τὸν ἑαυτῶν πόθον. Χαρὰ, φησὶ, καὶ στέφανος· τοῦτέστι, Μᾶλλον ἐπ' ὑμῖν, φησὶν, ἀγάλλομαι, ἢ ἐπὶ στεφάνῳ. Ἐνόησον γὰρ ὅσον ἐστὶν Ἐκκλησίαν ἐλόκληρον παρεῖναι φυνευθεῖσαν καὶ ῥιζωθείσαν ὑπὸ Παύλου. Τίς οὐκ ἂν ἐπὶ τοσαύτῃ πολυκαίδει καὶ εὐπαιδείᾳ ἀγάλλοιτο; Ὅσα οὐδὲ τοῦτο κολακείας ἐστίν. Οὐ γὰρ εἶπαν, Ὑμεῖς, ἀπλῶς, ἀλλὰ, Καὶ ὑμεῖς, μετὰ τῶν ἄλλων. Ὑμεῖς γὰρ ὅσα ἢ δόξα ἡμῶν καὶ ἢ χηρὰ. Διὸ μηκέτι στέφανος εὐδοκῆσαιμεν καταλειφθῆναι

\* Unus, καὶ ἐπὶ Κορινθίον.

ἐν Ἀθήναις μόνοι. Τοῦτο εἶπεν ἀντὶ τοῦ, εἰλόμεθα. Καὶ ἐπέμφσαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τοῦτο οὐ τὸν Τιμόθεον ἐπαίρων, φησὶν, ἀλλ' αὐτοὺς τιμῶν, ὅτι τὸν συνεργὸν, καὶ διάκονον τοῦ Εὐαγγελίου αὐτοῖς ἐπεμφεν· ὡς ἂν εἴλεγεν Ἀποσπάσαντες ἀπὸ τῶν ἔργων ἐπέμφσαμεν πρὸς ὑμᾶς τὸν διάκονον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. Εἶτα καὶ ἡ αἰτία· Εἰς τὸ στήριξαι ὑμᾶς καὶ πειρακαλέσαι ὑπερ τῆς πίστεως ὑμῶν, τῷ μηδέποτε σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις. Τί δὲ ἐνταῦθα φησὶ; Ἐπειδὴ τῶν διδασκάλων οἱ πειρασμοὶ θορυβοῦσι τοὺς μαθητὰς, τότε δὲ πολλοὺς περιέπεισι πειρασμοῖς, ὡς καὶ αὐτοῖς φησὶν, ὅτι Ἐτέροισιν ἡμῶν ὁ Σατανᾶς ἀνακώμενος αὐτοὺς οὕτως ἐρήκεν. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτ' ἐστὶ· Καὶ ἀπαξ καὶ δεύτερον ἤθελον ἐλθεῖν, καὶ οὐκ ἴσχυσα· ὁ πολλῆς βίας ἦν. Εἰκὸς δὲ τοῦτο θορυβῆσαι αὐτοὺς. Οὐ γὰρ οὕτως ἐπὶ τοῖς οἰκείοις πειρασμοῖς, ὡς ἐπὶ τοῖς τῶν διδασκάλων θορυβοῦνται οἱ μαθηταί· ὡσπερ οὐδὲ οὕτως ἐπὶ τῶν οἰκείων θορυβεῖται πειρασμῶν στρατιωτικῶν, ὡς ὅταν τὸν στρατηγὸν ἴσῃ βεδλημένον. Εἰς τὸ στήριξαι ὑμᾶς, φησὶν. Ἄρα διὰ τὸ μὴ θορυβηθῆναι ἐπεμφεν, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐλλείποντάς τι τῆς πίστεως, οὐδ' ὡς ὀφειλοντάς τι μαθεῖν. Καὶ παρακαλέσαι ὑπερ τῆς πίστεως ὑμῶν, τῷ μηδέποτε σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις· ἀπὸ τοῦ οἴδατε ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα. Καὶ γὰρ δεῖ πρὸς ὑμᾶς ἡμεῖς, προελθόμενοι ὑμῖν, ὅτι μέλλομεν [445] θλίβεσθαι, καθὼς καὶ ἐγένετο, καὶ οἴδατε. Οὐ δεῖ θορυβεῖσθαι, φησὶ· καὶ γὰρ οὐδὲν ξένον, οὐδὲν παρ' ἐπιβία συμβαίνει· ἔπερ ἰκανὸν ἦν αὐτοὺς διαναστῆσαι. Ὅρα δὲ διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς προέλεγε τοῖς μαθηταῖς; ἀκούσον γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· Ἀκέραι εἶπον ὑμῖν πρὸς τὸ γασέσθαι, ἴν', ὅταν γένηται, πιστεύσητε. Μέγα γὰρ, ὅσα μετὰ εἰς παραμυθίαν τῶν ἄλλων, τὸ παρὰ τῶν διδασκάλων ἀκούσαι τὰ γινόμενα. Ὅσπερ γὰρ ὁ κάμνων παρὰ τοῦ ἱατροῦ, ἐὰν ἀκούσῃ ὅτι τὸδε γίνεται καὶ τὸδε, εὐ σφόδρα θορυβεῖται· ἐὰν δὲ ἀπροδοκῆτως ἐκβῇ, ὡς κάκεινου ἀπορηθέντος, καὶ τοῦ νοσήματος μείζονος τῆς τέχνης γενομένου, ἀλύσι καὶ θορυβεῖται· οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Ἄπερ προετίδεν, ὁ Παῦλος, προεῖπεν αὐτοῖς Ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι· Καθὼς, φησὶ, καὶ ἐγένετο καὶ οἴδατε. Οὐχ ὅσα ἐγένετο τοῦτο λέγει μόνον, ἀλλ' ὅτι πολλὰ καὶ ἄλλα προεῖπε, καὶ ἐξέβη. Εἰς τοῦτο κείμεθα. Ὅσα οὐχ ὑπὲρ τῶν παρελθόντων μόνον οὐ δεῖ θορυβεῖσθαι καὶ ταράττεσθαι· τοῦτο γὰρ ἐστὶ σαίνεσθαι· ἀλλ' οὐδ' ὑπὲρ τῶν μελλόντων, εἴ τι συμβαῖη τοιοῦτον. Εἰς τοῦτο γὰρ κείμεθα.

δ. Ἀκούσαμεν οἷς ἐστὶν ὅσα ἀκούειν· εἰς τοῦτο κείμεθα ὁ Χριστιανός. Τὸ, Εἰς τοῦτο κείμεθα, περὶ πάντων λέγει τῶν πιστῶν. Εἰς τοῦτο-κείμεθα· καὶ ἡμεῖς ὡσανεὶ εἰς ἀνεσιν κείμενοι, ξηνοπαθοῦμεν. Μᾶλλον δὲ τίνας ἕνεκεν ξηνοπαθοῦμεν; οὐδὲ γὰρ θλίψεω; καιρός, οὐδὲ πειρασμός, κατέλαβεν, εἰ μὴ ἀνθρώπινος. Εὐκαιρὸν καὶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, Ὅσα μέχρι ἀμαρτοῦ ἀντικατέστητε πρὸς τὴν ἀμαρτίαν ἀνατριβόμενοι. Μᾶλλον δὲ οὐ τοῦτο εὐκαιρὸν εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ ποῖον; Ὅσα χρημάτων κατεφρονήσατε. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τοῖς τὰ αὐτῶν ἀπολωλεκτόν ἀπαντα εἰκότω; ταῦτα ἐλέγετο

ad Corinthios, per alios cum eis versans, cum per se non posset: erat enim amans furore correptus, et cæcis impetus ad amicitiam cohiberi non poterat. 18. *Quoniam volumus venire ad vos.* Quod quidem est dilectionis. Etiam si, inquit, nullo alio mihi opus est, quam ut vos videamus. *Ego quidem Paulus, et semel iterum; sed impedit nos satanas.*

3. Quid dicit? *Satanas impedit?* Certe: non enim hoc erat opus Dei. Ad Romanos quidem dicit Deum prohibuisse (Rom. 15. 22); et alibi dicit Lucas, Spiritus prohibuit ipsos venire in Asiam (Act. 16. 6); Corinthiis autem dicit opus esse spiritus: hic autem solum satanæ. Quamnam autem dicit fuisse satanæ exhibitionem? Inexpectatas quasdam et vehementes tentationes. Nam cum ei fuissent structæ a Iudæis insidie (Act. 20. 3), retentus est in Hellade tres menses. Aliud autem est certo consilio et propter dispensationem manere, et sua sponte; aliud cohiberi. Nam illic quidem dicit, *Quare non amplius locum habens in his regionibus* (Rom. 15. 23); et, *Vobis parcens, nondum veni Corinthum* (2. Cor. 1. 23): hic autem nihil tale; sed quid? *Satanas impedit.* *Ego quidem Paulus, et semel et bis.* Vide quantum gloria tur, volens ostendere se eos maxime omnium diligere. *Ego quidem Paulus;* ac si diceret: *Etsi non alii.* Et illi quidem volebant tantum, ego autem aggressus sum. 19. *Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Jesum Christum estis in adventu ejus?* Macedones sunt, dic, queso, spes tua, o beate Paule? Non ii, inquit, soli: propterea subjunxit, *Annon vos quoque? Quamnam est enim, inquit, nobis spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Agnoscitisne verba esse mulierum visceribus valde incalcescentium, loquentium cum infantibus? Et corona, inquit, gloriæ.* Non sufficiebat enim coronæ nomen ad ostendendum splendorem, sed etiam addidit, *Gloriæ.* Quanti est hoc ardoris! Numquam pater et mater, si simul essent congressi, et eorum miscuissent desiderium, potuissent ostendere suum desiderium ex æquo respondens Paulo. *Gaudium, inquit, et corona.* Magis, inquit, exulto propter vos quam propter coronam. Cogita enim quantum sit integram adesse Ecclesiam, quæ a Paulo fuit plantata, et egit radices: quis non exsultet propter tam bonam et numerosam prolem? Quamobrem nec hoc est adulationis. Non dixit enim tantum, *Vos, sed, Vos cum aliis.* 20. *Vos enim estis gloria nostra et gaudium.* (Cap. 5.) 1. *Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis.* *Placuit,* id est, *Elegimus.* 2. *Et misimus Timotheum fratrem nostrum, et ministrum Dei in evangelio Christi.* Et hoc dicit, non Timotheum extollens, sed ipsos honorans, ut qui adiutorem et ministrum evangelii miserit ipsis; quasi diceret, *Avulsam ad opetibus misimus ad vos ministrum Dei, et adiutorem nostrum in evangelio Christi.* Tum causam addit: *Ad confirmandos vos et exhortandos vos pro fide vestra, 3. ut nemo moveatur in tribulationibus istis.* Quid autem hic dicit? Quoniam magistrorum tentationes con-

turbant discipulos; ille autem tunc in multas incidit tentationes, ut et ipse dicit, *Impedit nos satanas;* ipsos recreans ita loquutus est; ac si diceret: *Et semel et bis volui venire, et non potui: quod quidem magnæ erat violentiæ.* Verisimile autem est hoc eos conturbasse. Non tam enim suis discipuli quam magistrorum conturbatur tentationibus: neque enim miles adeo suis conturbatur tentationibus, ut quando viderit sauciatum ducem exercitus. *Ad confirmandos vos,* inquit, Ergo ut ne turbarentur misit, non tamquam quibus fidei deesset aliquid, neque ut qui deberent aliquid discere. *Et exhortandos vos pro fide vestra, ut nemo moveatur in tribulationibus istis: ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus.* 4. *Nam et cum apud vos essemus, prædicebamus vobis, passuros nos tribulationes, sicut et factum est, et scitis.* Non oportet, inquit, conturbari: nihil enim novum neque præter spem accidit: quod quidem satis erat ad ipsos excitandos. Vides quod propterea Christus quoque prædicebat discipulis? audi enim eum dicentem: *Et nunc dixi prius quam fiat, ut cum factum fuerit credatis* (Joan. 14. 29), Magna enim, magna res est ad aliorum consolationem, audisse quæ fiunt a magistris. Sicut enim ægotans, si a medico audiverit quod hoc fiat et illud, non valde conturbatur; sin autem ex inopinato aliquid evenierit, cum et ille dubius sit ac perplexus, et morbus artem superet, tristitia afficitur et conturbatur: ita hic quoque. Quæ præsciens Paulus, prædixit eis futurum ut affligerentur, *Sicut, inquit, et factum est, et scitis.* Non quod hoc factum sit solum dicit, sed quod multa prædixerit, et evenierint. *In hoc positi sumus.* Quamobrem non solum de præteritis non oportet perturbari neque confundi, sed neque de futuris; si tale quid contigerit. *In hoc enim positi sumus.*

4. Audiamus quibus sunt aures ad audiendum: In hoc positus est Christianus. Hoc, *In hoc positi sumus,* de omnibus dicit fidelibus. *In hoc positi sumus,* et nos quasi in otium et requiem simus positi, alieno modo afficimur. Imo vero quam de causa alieno modo afficimur? neque enim tempus afflictionis, neque tentatio apprehendit nos nisi humana. Opportunum est vobis quoque dicere: *Nondum ad sanguinem usque restitistis contra peccatum decertantes* (Hebr. 12. 4). Imo ne opportunum quidem est hoc vobis dicere; sed quid? nondum pecunias despexistis. Nam illia quidem qui sua omnia perdiderant, merito hæc dicebantur; iis autem qui sua habent, hoc. Cuinam sunt raptæ pecuniæ propter Christum? cui sunt impacti colaphi? quis contumelia affectus est? usque ad verba, inquam. Undenam est gloriatio? undenam potes habere fiduciam? Tam multa passus est Christus propter nos qui eramus inimici: quidnam possumus ostendere quod propter ipsum passi simus? Quod passi quidem sumus nihil est; sunt autem bona innumerabilia quibus ab ipso afficimur. Undenam erit nobis illo die fiducia? Nescitis quod miles quando mille plagas et vulnera ostendit, tunc poterit esse illustris apud regem? sin autem nihil possit ostendere

esse Dei arbitrati, ipsi dormirent, vide quomodo ab eis quoque exigit ut cooperentur, dicens: *Confidimus autem de vobis, fratres, in Domino, quod quæ præcipimus et facitis et facietis.* Fidelis quidem, inquit, est Deus et promittens salutem dare, omnino dabit, sed ut promisit. Quomodo autem promisit? Si velimus et eum audiamus: non absolute, neque tamquam ligna et lapides, otiosos salvabit. Recte autem posuit et illud, *Confidimus in Domino*: hoc est, credimus ejus benignitatis et clementiæ. Rursus eos deprimit, totum inde pendere statuens. Nam si dixisset, *Vobis autem credimus*, esset quidem magna laus; sed non ostendisset eos credere omnia a Deo pendere: si autem dixisset, *Confidimus autem in Domino*, quod vos custodiet, et non addidisset, *De vobis*, et illud, *Quæ præcipimus et facitis et facietis*, eos fecisset pigriores, in Dei potestatem universum conjiciens. Oportet enim nos in ipsum totam conjicere, sed ipsos quoque operantes, labores subennates, et suscipientes certamina: et ostendit quod etiamsi sufficeret solum virtus ad nobis dandam salutem, oportet tamen ipsam esse perpetuam et nobis adesse usque ad extremum vitæ spiritum. *Dominus autem*, inquit, *dirigat corda vestra in caritate Dei et patientia Christi.* Eos rursus laudat et precatur, suam erga illos curam ostendens. Nam quoniam ad eos increpandus erat accessurus, eorum corda his prius lenit ac mitigat, et diceo, *Confido vos audituros*, et ab eis petendo preces, et rursus eis bona precando innumerabilia. *Dominus autem dirigat*, inquit, *corda vestra ad Dei caritatem.* Multa enim sunt quæ avertunt a caritate, et multæ semitæ quæ inde divertunt; primum quidem vitium namonæ, tamquam impudentes quasdam manus in nostram immittens animam, et mordicus apprehensos vel invito inde vellit et trahit: deinde inanis gloria, et sæpe etiam afflictiones et tentationes avertunt. Propterea tamquam quodam spiritu, Dei auxilio opus habemus, ut nobis velum tamquam ab aliquo vehementi spiritu transmitatur ad Dei caritatem. Ne mihi enim dixeris, *Dilige ipsum etiam plus quam me ipsum*: hæc sunt verba: ostende factis, si ipsum diligis plus quam teipsum. Dilige plus quam pecuniam, et tunc te credo ipsum diligere plus quam teipsum: qui autem pecunias non despicias propter Deam, quomodo teipsum despicias? Quid autem dico pecunias? qui avaritiam et plura habendi cupiditatem non despicias, quod etiam absque Dei jussis oporteret facere, quomodo te ipsum despicias? *Et in patientiam Christi*, inquit. Quid est, *In patientiam*? Ut patiamur sicut ille passus est, aut ut illa agamus, aut ut etiam eum expectemus cum patientia, hoc est, ut simus parati. Nam quoniam multa promisit, et ipse venit ad judicandum vivos et mortuos, illum expectemus et sustineamus. Ubi autem dicit patientiam, omnino subindicat afflictionem: hoc enim est Deum diligere, sustinere, et non conturbari. 6. *Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, et non secundum*

*traditionem quam acceperunt a nobis.* Hoc est, Non nos hæc dicimus, sed Christus: hoc enim est, *In nomine Domini nostri Jesu Christi.* Ostendit his verbis quam sit terribilis denuntiatio. Per Christum, inquit, annuntiamus. Nusquam igitur Christus præcipit nos esse otiosos. *Ut subtrahatis vos*, inquit, *ab omni fratre.* Ne mihi dicas divitem, ne pauperem, ne sanctum: hoc est immodestia et dissolutio. *Ambulante*, inquit, hoc est, vivente. *Et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis.* Traditionem ait quæ sit per opera; et proprio hanc semper dicit traditionem. 7. *Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos*, 8. *neque gratis panem manducavimus ab aliquo.* Quamquam etiamsi comedissem, gratis non comedissem: *Dignus est enim*, inquit, *operarius mercede sua (Luc. 10. 7).* *Sed in labore et fatigatione, nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus. Non quasi non habuerimus potestatem, daremus vobis ad imitandum nos.* 10. *Nam et cum essemus apud vos, denuntiabamus vobis, quod si quis non vult operari, nec manducet.*

2. Vide quomodo in priori quidem epistola mitius de hoc disserit, ut quando dicit: *Rogamus autem vos, fratres, ut abundetis magis et contendatis (1. Thess. 4. 10. 12)*: et nusquam, *Denuntiamus*; neque, *In nomine Domini nostri Jesu Christi*, quod quidem est terribile et habet periculum; sed, *Ut abundetis*, inquit, *et contendatis*, quod erat adhortantis ad virtutem, ut, inquit, *honeste ambuletis (1. Thess. 4. 11).* Hic autem nihil hujusmodi, sed, *Si quis non vult operari, nec manducet.* Nam si Paulus, cui non erat necesse, sed in cujus erat potestate esse in otio, et tantum opus susceperat, operabatur tamen, et non solum operabatur, sed die ac nocte operabatur, ut posset etiam aliis opitulari; multo magis alios oportebat hoc facere. 11. *Audivimus enim inter vos quosdam ambulantes inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes.* Hoc quidem hic: illic autem in priori. *Ut honeste*, inquit, *ambuletis ad eos qui foris sunt.* Quare? Forlasse nihil adhuc erat tale: nam alibi quoque adponens dicebat, *Beatius est magis dare quam accipere (Act. 20. 35).* Illud autem, *Honeste ambulate*, non est de immodestia et dissolutione: et ideo subjunxit, *Ut nullo egeatis.* Hic autem aliam quoque ponit necessitatem, ut quod bonum est et honestum faciant apud omnes: procedens enim dicit, *Nolite deficere bonum facientes (Ibid. v. 13).* Plane enim necesse est ut qui est otiosus et potest operari, sit curiosus. Eleemosyna autem iis solis est data, qui ex operatione manuum sibi non possunt victum suppeditare; aut iis qui docent, et sunt penitus occupati in negotio docendi. *Non enim alligabis*, inquit, *os bovi trituranti (Deut. 15. 4)*: et, *Dignus est operarius mercedem suam (Matth. 11. 10).* Quare nec hic quidem est otiosus, sed operæ, ejusque magnæ, mercedem accipit. Otiosum autem orare et jejunare non est opus manuum: operationem enim hic dicit eam quæ sit per manus. Et ut nihil tale suspiceris, subjunxit: *Nihil operantes, sed curiose agentes.* 12. *Iis autem qui ejusmodi sunt, denuntiamus*

et obsecramus in Domino Jesu Christo. Quoniam eos valde letigit, mitiorem volens reddere orationem, subjunxit, *Per Dominum Jesum Christum*; et rursus probabilitatem et terrorem afferens dixit: *Ut cum silentio operantes panem suum manducent*. Cur non dixit, Si non sint autem immodesti et dissoluti, alantur a vobis; sed utrumque exigit, ut et sint in silentio, et operentur? Quia ipsos operantes vult sibi alimentum parare. Hoc enim sibi vult illud, *Ut panem suum manducent*; id est, ex suis laboribus, non alienum, ex mendicitate partum. 13. *Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes*. Vide quomodo statim fracta sunt paterna viscera. Non potuit ulterius prosequi increpationem, sed rursus eorum est misertus: vide autem cum quanta prudentia. Non dixit, Sed eis ignoscite, donec corrigantur; sed quid? *Vos autem nolite deficere benefacientes*. Subtrahite, inquit, vos ab ipsis, et eos increpate: ne tamen eos fame intereuntes despiciat. Si vero, inquit, a nobis habens abundantiam, maneat otiosus, benignum quoddam medicamentum dicit. Quid ergo dicit: Si eam quæ est a nobis habens abundantiam, manet otiosus? In eo, inquit, placidum ac benignum dixi medicamentum: nempe, Subtrahite vos ab ipso: hoc est, Ne ei detis fiduciam et loquendi libertatem, ostendite vos ei succensere. Non est hoc parvum. Talis sit ad fratres increpatione, si vere eos volumus corrigere. Non ignoramus modos increpationis. Nam, dic, quæso, si fratrem haberes canalem, eumne despiceres fame percuntem? Non sane opinor; sed forte etiam corrigeres. 14. *Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam*. Vide Pauli humilitatem: non dixit, Qui non obedit, mihi non obedit; sed placide subinducat. *Hunc notate*. Ut non lateat, hoc facere hortatur. *Ne commisceamini cum illo*. Non est parva hæc castigatio. Deinde rursus, *Ut confundatur*. Nec sinit ulterius progredi. Ut enim cum dixisset, *Si quis non operatur, nec manducet*, veritus ne fame interirent, subjunxit, *Vos autem nolite deficere benefacientes*: ita cum dixisset, Subtrahite vos, et, *Non commisceamini cum illo*, deinde veritus ne hoc ipsum eum excinderet a fraternitate (nam qui despondit animum, cito peribit, cui non datur fiducia et libertas loquendi), subjunxit: 15. *Et nolite quasi inimicum estimare, sed corripite ut fratrem*. Per hæc ostendit, quod et in eum magnum statuat supplicium, eo quod eum privet fiducia.

3. *Elemosyna quomodo danda*. — Nam si esse cum multis accipientem est pudendum: quando et præbuerint increpantes, et se subtraxerint, quantum est hoc probrum, et quantum ad mordendum animum sufficit! Nam si li qui dant tardius, aut murmurant, eos incendunt qui accipiunt (ne mihi enim dixeris de impudentibus mendicis, sed de fidelibus); si qui dant sunt lucrepaturi, quid non facerent quod non mererentur supplicium? Non sic nos, sed tamquam maxima affecti injuria, eos qui mendicant afflicimus contumelia, et aversamur. Non das; cur etiam es molestus? *Admonete*, inquit, *ut fratres*,

non contumelia afflicite tamquam inimicos. Qui fratrem admonet, non hoc facit publice, non probrum in publicum traducit, sed hoc facit privatim et cum magna attentione, et dolens, ægre ferens, et lacrymans et lamentans. Fraterno ergo animo præbeamus, fraternam voluntate admoveamus: non tamquam dolentes eo quod demus, sed tamquam dolentes, propterea quod ille transgrediatur mandatum. Quid enim lucraris? Nam si postquam dederis contumelia afflicis, perdis voluptatem distributionis: quando autem nec dederis et contumelia affeceris, quid mali non fecisti illi misero et calamitoso? Accessit tamquam aliquid a te accepturus, recessit autem leali accepto vulnere, et magis est lacrymatus. Nam cum propter egestatem necesse habeat mendicare, et quia mendicat, contumelia afficitur; vide quantum futurum sit contumeliosorum supplicium. *Qui contumelia afficit pauperem, eum irritat qui ipsum fecit* (Prov. 14. 21). Nam, dic mihi, ipse eum propter te sinit esse egenum, ut tu possis teipsum curare, et tu eum contumelia afficis qui propter te est egenus? quantæ hæc sunt pravitatis! quam ingrati animi est hoc factum! *Admonete*, inquit, *ut fratres*. Etiam postquam dederis jussit admonere: quando autem etiam, cum non dederimus, contumelia afflicimus, quænam erit nobis defensio? 16. *Ipsæ autem Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco*. Vide quomodo postquam narravit quæ sunt agenda, ea obsignet precatione, veluti quædam signacula eorum, quæ sunt deposita, preces ponens et supplicationem. *Det vobis*, inquit, *pacem in omni loco*. Nam quoniam est verisimile pugnas ex bis exorturas, cum illi evadant asperiores, et hi non perinde atque illi præbeant, merito hoc nunc est precatus. *Det*, inquit, *vobis pacem semper*. Hoc est enim quod queritur, ut eam semper habeant. Quid est, *In omni loco*? Ubique vult pacem esse, ut nullo ex loco habeant occasionem contentionis. Ubique enim pax est bona, etiam apud eos qui sunt foris: audi enim eum alibi dicentem: *Si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habete* (Rom. 12. 18). Ad ea enim quæ recte gerere volumus nihil est adeo aptum, ut esse pacificum et non turbulentum, et liberam esse ab inimicitias, et nullum habere inimicum. *Dominus sit cum omnibus vobis*. 17. *Salutatio mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola: ita scribo*. 18. *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen*. Hoc dicit se scribere in omni epistola, ut nemini liceat eas adulterare, cum positum sit veluti magnum signum subscriptionis. Salutationem autem appellat precationem, ostendens quod et tunc omnia agebant spiritualia, et quando salutare oportebat, res erat cum lucro; et quod precatio non esset solum symbolum amicitie. Ab ea incipiebat, et in eam desinebat, magnis mœnibus muniens quæ utrimque dicebantur, firmaque et solida ponebat fundamenta, firmumque et tutum finem imponebat. *Gratia*, inquit, *vobis et pax*; et rursus, *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen*. Hoc etiam Christus

λῶν. *Ἰνα μεθ' ἡσυχίας ἐργαζόμενοι, τὸν κενῶν ἄμτρον ἐσθίωσι.* Διὰ τί μὴ εἶπεν, *Εἰ δὲ μὴ ἀτακτοῦσι, τρεφίσθωσαν παρ' ὑμῶν*· ἀλλὰ ἀμφοτέρω ἀπαιτεῖται, καὶ τὸ ἐν ἡσυχίᾳ εἶναι, καὶ τὸ ἐργάζεσθαι; Ὅτι βούλεται αὐτοὺς ἐργαζομένους τρεφεῖν· αὐτούς. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ, τὸ, *Ἰνα τὸν κενῶν ἄμτρον ἐσθίωσι*, τρυφέσει τὸν ἐξ οικίων πόνων, ἀλλὰ μὴ τὸν ἀλλότριον, τὸν ἀπὸ τοῦ προσαιτεῖν ἐκποριζόμενον. *Ἦμεῖς δὲ, ἀδελφοί, μὴ ἐκκακήσητε καλοποιούντες.* Ὅρα πῶς εὐθέως κατακλάσθη τὰ σπλάγγνα τὰ πατριχά. Οὐκ ἰσχυρὸς περαιτέρω τὴν ἐπιτιμήσιν προγαγαίει, ἀλλὰ πάλιν αὐτοὺς ἠλέησε· καὶ ὅρα μεθ' ὅστις συνέσεως. Οὐκ εἶπα, Πλὴν συγγινώσασθε αὐτοὺς, ἔω; ἀν διορθώσονται· ἀλλὰ τί; *Ἦμεῖς δὲ τὸ καλὸν ποιούντες μὴ ἐκκακήσητε.* Στέλλεσθε μὲν, φησὶν, ἀπ' αὐτῶν καὶ ἐπιτιμάτε αὐτοὺς, μὴ μὴν περιίδητε λιμῶ διασφαρέντας. Τί οὖν, φησὶν, ἂν ἔχων τὴν παρ' ἡμῶν ἀφθονίαν ἐπιτιμῆ ἀργῶν; Ἐπὶ τούτου φάρμακον προσηκῶς, φησὶν, εἶπον, ὅτι Στέλλεσθε ἀπ' αὐτοῦ, τρυφέσει, μὴ μεταβίβετε αὐτῷ παρρησίας, ἐνδείκνυσθε ὅτι ὀργίζεσθε. Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο. Τοιαύτη γὰρ ἡ πρὸς τὸν ἀδελφὸν γίνεται ἐπιτιμῆσις, εἰ γε ὄντως ἐιορθώσασθαι βουλόμισθα. Οὐκ ἀγνοοῦμεν τοὺς τρῶπους τῆς ἐπιτιμήσεως. Εἰπέ γὰρ μοι, εἰ σαρκικὸν ἔχεις ἀδελφόν, ἄρα ἂν περιείδεις αὐτὸν λιμῶ τηκόμενον; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι· ἀλλ' ἴσως κἂν ἐρῶδύμισα; αὐτόν. *Εἰ δὲ τις οὐκ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπιστολῆς.* Ὅρα ταπεινοφροσύνη τοῦ Παύλου· οὐκ εἶπεν, Ὁ παρακούων, ἐμοὺ παρακούει· ἀλλ' ἡρέμα αἰνίττεται. *Τούτου σημασιούσθε.* Ὅστε καὶ λαμβάνειν τοῦτο ποιεῖν προτέπει. *Μὴ συναγαμίγνησθε αὐτῷ.* Οὐ μικρὰ πάλαισα καὶ αὐτῆ. *Εἶπα πάλιν· Ἰνα ἐντραπή,* φησὶν. Οὕτως· οὐκ ἀφίησιν περαιτέρω προελθεῖν. Ὅσπερ γὰρ εἶπὼν, *Εἰ τις μὴ ἐργάζεται, μηδὲ ἐσθίειτω, δεδοικώς μὴ λιμῶ ἀπώλωνται,* ἐπήγαγεν, *Ἦμεῖς δὲ τὸ καλὸν ποιούντες μὴ ἐκκακήσητε*· οὕτως, [540] εἶπὼν, *Στέλλεσθε, καὶ, Μὴ συναγαμίγνησθε αὐτῷ,* εἶτα δείξας μὴ τοῦτο αὐτὸ ἐκπέφυγε αὐτὸν τῆς ἀδελφότητος (ὃ γὰρ ἀπογνοὺς αὐτοῦ ταχέως ἀπολεῖται μὴ μεταλαβῶν παρρησίας), ἐπήγαγε· *Καὶ μὴ ὡς ἐχθρόν ἠγείσθε, ἀλλὰ νοθεύετε ὡς ἀδελφόν.* Διὰ τούτου δείκνυσιν ὅτι μεγάλην ὄρισε κατ' αὐτοῦ τιμωρίαν, τῷ τῆς παρρησίας αὐτὸν ἀποστραφεῖσθαι.

γ. Εἰ γὰρ καὶ τὸ εἶναι μετὰ πολλῶν λαμβάνοντα αἰσχύντης ἄξιον, ὅταν καὶ ἐπιτιμῶντες παρέχουσιν καὶ στέλλωνται, πόσου ὄνειδος τοῦτο; πῶς ἰκανὸν δακρῖν ψυχῆν; Εἰ γὰρ μόνον ὀκνηρότερον δίδόντες, ἢ γογγύζοντες ἐμπυρίζουσι τοὺς λαμβάνοντας (μὴ γὰρ μοι περὶ τῶν ἀναισχύντων ἐπαύτων εἴπη, ἀλλὰ περὶ τῶν πιστῶν)· εἰ καὶ ἐμελλὸν ἐπιτιμῶν δίδόντες, τί οὐκ ἂν εἰργάσαντο; πόσης οὐκ ἦν τιμωρίας ἄξιον; Ἦμεῖς δὲ οὐκ οὕτως, ἀλλ' ὡς τὰ μέγιστα ἡδύκνητοι, οὕτως προσαίτουστας ὑβρίζομεν, ἀποστραφεῖσθα. Οὐ δίδω· τί καὶ λυπαίς; *Νοθεύετε,* εἶπεν, ὡς ἀδελφούς, οὐκ ὑβρίζετε ὡς ἐχθρούς. Ὁ τὸν ἀδελφὸν νοθεύων, οὐ δημοσίᾳ τοῦτο ποιεῖ, οὐκ ἐκπομπεύει τὴν ὕβριν, ἀλλὰ ἰδίᾳ καὶ μετὰ πολλῆς τῆς προσοχῆς, καὶ ἀλγῶν, καὶ δακνόμενος, καὶ δακρῶν καὶ δούρομένου. Ἀπὸ ἀδελφικῆς τοῖνον παρεχόμενος τῆς διανοίας, ἀπὸ ἀδελ-

φικῆς νοθεύομεν τῆς προαιρέσεως; μὴ ὡς ἀλγοῦντες; ἐπὶ τῷ δίδοναι, ἀλλ' ὡς ἀλγοῦντες ἐπὶ τῷ ἐκείνον παραβαίνειν τὴν ἐντολήν. Ἐπὶ τί τὸ κέρλος; Εἰ γὰρ καὶ μετὰ τὸ δοῦναι ὑβρίζεις, λυμαινῆ τῆ τῆς ὄσεως ἡδονῆ· ὅταν δὲ μῆτε ὄψ· καὶ ὑβρίσης, πόσον οὐκ εἰργάσω κακὸν τὸν ἀθλίον ἐκείνον καὶ ταλαίπωρον; Προσηλθεν ὡς ἐληθησόμενος παρὰ σοῦ· λαβῶν δὲ καιρίαν τὴν πληγὴν ἀπῆλθε, καὶ μᾶλλον ἐδάκρυσεν. Ὅταν γὰρ ἀναγκάζηται διὰ τὴν ἐνδειαν προσαιτεῖν, διὰ δὲ τὸ προσαιτεῖν ὑβρίζηται, ὅρα πόση τῶν ὑβρίζόντων ἔσται ἡ τιμωρία· Ὁ ἀτιμάζων πῆνητα, φησὶ, παροξύνει τὸν κοιήσαντα αὐτόν. Εἰπέ γὰρ μοι· αὐτὸς αὐτὸν ἀφήκε πένεσθαι διὰ σέ, ἵνα σὺ ἔχης θεραπεύειν σαυτὸν, καὶ σὺ τὸν διὰ σέ πινόμενον ὑβρίζεις; πόσης ἀγνωμοσύνης ταῦτα; πόσης ἀχαριστίας τοῦτο τὸ ἔργον; *Νοθεύετε,* φησὶν, ὡς ἀδελφούς. Καὶ μετὰ τὸ δοῦναι νοθεύειν ἐκίλευσεν· ὅταν δὲ καὶ χωρὶς τοῦ δίδοναι ὑβρίζομεν, τίς ἡμῖν ἔσται ἀπολογία; Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος τῆς εἰρήνης δόξῃ ὑμῖν τὴν εἰρήνην διαπαντός ἐν παντὶ τόπῳ. Ὅρα πῶς, ὅταν τὰ πρακτέα ὑπαγορεύῃ, ἐπισημαίνεται αὐτὰ τῇ εὐχῇ, καθάπερ τινὰ σήμαντρα τῶν ἀποστεινῶν, τιθεὶς τὴν βέβαιον καὶ τὴν ἰκετηρίαν. *Δόξῃ ὑμῖν, φησὶ, τὴν εἰρήνην ἐν παντὶ τόπῳ.* Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τούτων εἰκὸς μάχας [541] γίνεσθαι, ἐκείνων τε τραχυτέρων γινωμένων, τούτων τε οὐκέτι ὁμοίως τοῖς τοιοῦτοις παρεχόντων, εἰκότως τοῦτο ἐπηύξατο νῦν, *Δόξῃ ὑμῖν εἰπὼν τὴν εἰρήνην διαπαντός.* Τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ζητούμενον, ὥστε ἀεὶ ἔχειν αὐτὴν. Τί ἐστὶν, *Ἐν παντὶ τόπῳ;* Πανταχόθεν βούλεται εἰρηνεύειν, ὥστε μηδαμόθεν ἔχειν φιλονεικίας ἀφορμῆν. Πανταχοῦ γὰρ εἰρήνην καλὸν, ὅπου γε καὶ πρὸς τοὺς ἔξω· ἀκουε γὰρ αὐτοῦ ἀλλαγῶ λέγοντος· *Εἰ δυνατόν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύετε.* Οὐδὲν γὰρ ὅτι πρὸς τὸ κατορθῶσαι ἃ βουλόμισθα ἐπιτιθεῖται, ὡς τὸ εἰρηναῖον καὶ ἀτάραχον, ὡς τὸ ἀπυθναῖον; ἀπλάσθαι ἀπάσης, καὶ μηδένα ἔχειν ἐχθρόν. Ὁ Κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν. Ὁ ἀσπισμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, ὃ ἐστὶ σημασιὸν ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ· οὕτω γράφω. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. Τοῦτο λέγει γράφειν ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ, ὥστε μηδενὶ εἶνεῖται παραποιεῖν αὐτῆς, τῆς ὑπογραφῆς ὡστερ τεκμηρίου κειμένου μεγάλου. Ἀσπασμὸν δὲ καλεῖ τὴν εὐχὴν, δεικνύς ὅτι πάντα πνευματικὰ ἔπραττον τότε, καὶ ὅτε ἀσπασοσθαι ἔδει, μετὰ κέρδους τὸ πρᾶγμα ἦν· καὶ εὐχὴν οὐκ ἀπλῶς φιλίας σύμβολον. Ἀπὸ τούτου ἤρχετο, καὶ εἰς αὐτὸ ἔληγε, περιφράττων τειχιῶν μεγάλων; τὰ λεγόμενα ἐκατέρωθεν, ἀσφαλεῖς τε θεμελίους τιθεῖς, καὶ τὸ τέλος ἐπήγαγεν ἀσφαλεῖς. *Χάρις ὑμῖν, φησὶ, καὶ εἰρήνη· καὶ πάλιν, Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν.* Ἀμήν. Τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἐπηγγελῆστο λέγων τοῖς μισθηταῖς, *Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.* Ἀλλὰ τοῦτο γίνεται, ὅταν ἡμεῖς βουλώμεθα· οὐ γὰρ πάντως ἔσται μεθ' ἡμῶν, εἰ ἂν αὐτοὺς πόρρω ποιῶμεν. Μεθ' ὑμῶν, φησὶν, ἔσομαι διαπαντός. Μὴ τοῖνον τὴν χάριν ἀπελάσωμεν. Στέλλεσθαι ἡμᾶς βούλεται ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος. Μέγα ἦν τότε τοῦτο τὸ κακόν, τὸ ἀπὸ τοῦ πληρώματος ἀποσπασθῆναι τῶν ἀδελφῶν. Τοῦτω γοῦν ἀπαντας τιμωρεῖται, καθὼς καὶ

<sup>a</sup> Omnes editi et mss. nostri habent ἐν παντὶ τόπῳ, omni modo. Sed Genuianus Hervetus, qui vertit, in omni loco, ἐν παντὶ τόπῳ legisse videtur. Vulgata etiam Latina nostra, in omni loco. Uude ἐν παντὶ τόπῳ inconvulter posuimus hic et infra.

ἀλλαγῶν γράρων Κορινθίους ἔλεγε· Τῷ τοιοῦτῳ μηδὲ συνεσθίειν φησίν. Ἄλλ' οὐ νῦν μέγα αὐτὸ τρυφῶνται οἱ πλείους, ἀλλ' ἐν πάντα συγχέχεται· καὶ διεφθάρται· μετὰ μοιχῶν, μετὰ πόρνων, μετὰ πλεονεκτῶν ἀπέλωσεν καὶ ὡς ἔτυχεν ἀναμιγνύμεθα. Εἰ ἀπὸ τοῦ ἀργῶς τρεφομένου μόνον στέλλεσθαι ἴδει, πόσῳ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἄλλων; Καὶ ἴνα μάθῃς ὅσον ἦν φοβερὸν τὸ χωρίζεσθαι ἀπὸ τοῦ συλλόγου τῶν ἀδελφῶν, καὶ ὅσον φέρει κέρδος τοῖς εὐγνωμόνως τὴν ἐπιτίμησιν ἔχομενοις, ἀκούσον ὅπως ὁ παφουσιωμένος ἔκεινος τῷ ἁμαρτήματι, ὁ εἰς ἰσχάτην κακίαν ἐλάσας, ὁ πορνεύσαν ἀπορεύσας, οἷα οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται, ὁ ἀναισθήτως ἔχων τοῦ τραύματος (τοῦτο γὰρ ἐστὶν ὑπερβολὴ διαστροφῆς)· οὗτος δὴ ὁ τοιοῦτος οὕτω κατεκάμφθη καὶ συνεστάλη, ὥστε τὸν Παῦλον εἰπεῖν· Ἀρκαί τῷ τοιοῦτῳ ἢ ἐπιτίμησις αὐτῆ ἢ ὑπὸ τῶν πλειόνων· ὥστε κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην. Καθάπερ γὰρ μέλος ἀποσπασθὲν τοῦ λοιποῦ σώματος, οὕτως ἦν τότε.

[542] δ'. Τὸ δὲ αἴτιον, καὶ πόθεν ἦν τοῦτο φοβερὸν τότε· ἐπιβὴ καὶ τὸ εἶναι μετ' αὐτῶν μέγα ἀγαθὸν αὐτοῖς ἰνομίζετο. Καθάπερ γὰρ οἰκίαν μίαν οἰκοῦντες, καὶ ὑπὸ πατέρα ἕνα ὄντες, καὶ μίᾳ τραπέζῃ μετέχοντες, οὕτως ἔχουν τότε καθ' ἑκάστην Ἐκκλησίαν. Τὸ τοῖνον τοσαύτης ἐκπεσῆν ἀγάπης, πόσον κακὸν ἦν; Νῦν δὲ οὐδὲ εἶναι ἢ μέγα δοκεῖ, διὰ τὸ μηδὲ μέγα τι νομίζεσθαι, ὅταν μετ' ἀλλήλων ὦμεν. Ὅπερ ἐν τάξει τιμωρίας ἦν τότε, τοῦτο διὰ τὴν πολλὴν φύξιν τῆς ἀγάπης καὶ χωρὶς τιμωρίας γίνεται νῦν, καὶ στελλόμεθα ἀπ' ἀλλήλων εἰκῆ, καὶ ἀπὸ ψυχρότητος. Τὸ γὰρ πάντων αἴτιον τῶν κακῶν, τὸ μὴ εἶναι ἀγάπην· τοῦτο πάντα διέλυσε καὶ ἠφάνισε τὰ σεμνά καὶ λαμπρὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἐφ' οἷς ἀγάλλεσθαι ἴδει. Μεγάλῃ διδασκάλου παρρησία, ὅταν ἐκ τῶν οἰκειῶν κατορθωμάτων ἔχη τοῖς μαθηταῖς ἐπιτιμῶν. Διδὸν καὶ Παῦλος ἔλεγε· Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς· καὶ τοῦ βίου μᾶλλον ὀφείλει διδασκαλὸς εἶναι, ἢ τοῦ λόγου. Μηδὲ δὲ νομίζετω τοῦτο μεγαληγορίας εἶναι· εἰς γὰρ ἀνάγκην καταστάς τοῦτο ἐφθέγγετο, καὶ πρὸς τὸ κοινῇ χρήσιμον. Ὅτι οὐκ ἠτακτήσαμεν, φησίν, ἐν ὑμῖν. Ἀπὸ τοῦτου οὐχ ὀρθῶς τὴν ταπεινοφροσύνην, ἣν δωρεὰν καλεῖ καὶ εὐταξίαν; Οὐκ ἠτακτήσαμεν, φησίν, ἐν ὑμῖν, οὐδὲ δωρεὰν ἄριστον ἐφάρχομεν. Δείκνυσιν ἐνταῦθα καὶ πένητας αὐτοὺς ἴσως ὄντας. Καὶ μὴ μοι εἴπη, Ἄλλ' οὐ πάντες πένητες ἦσαν· περὶ γὰρ πενήτων καὶ τῶν οὐκ ἄλλως τῆς ἀναγκαίας εὐπορούντων τροφῆς, ἢ ἀπὸ τῆς τῶν χειρῶν ἐργασίας διαλέγεται. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἴνα ἀπὸ πατέρων ἔχουσιν, ἀλλ', Ἴνα ἐργαζόμενοι τὸν ἑαυτῶν ἄριστον ἐσθίωσιν. Εἰ γὰρ ὁ κήρυξ ἐγὼ, φησὶ, τοῦ λόγου τῆς διδασκαλίας ἐφοβήθη βαρῆσαι ὑμᾶς, πολλῷ μᾶλλον ὁ μηδὲν ὑμᾶς ὠφελῶν. Τοῦτο γὰρ ὄντως βάρος ἐστὶ. Βάρος δὲ ἐστὶν, ὅταν τις μὴ μετὰ προθυμίας πολλῆς διδῷ. Ἄλλ' οὐ τοῦτο αἰνίσσεται, ἀλλ' ὡς οὐκ ἔχοντων εὐκόλως. Διὰ τί γὰρ οὐκ ἐργάζῃ; χεῖράς σοι εἰς τοῦτο ἔδωκεν ὁ Θεός, οὐχ ἵνα παρ' ἐτέρων λαμβάνῃς, ἀλλ' ἵνα ἐτέροις παρέχης. Ὁ δὲ Κύριος, φησὶ, μεθ' ὑμῶν. Τοῦτο ἔξεστι καὶ

ἡμῖν ἑαυτοῖς ἐπιχεῖσθαι, ἂν τὰ τοῦ Κυρίου πράττωμεν. Ἄκουε γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος τοῖς μαθηταῖς· Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετείλαμαι ὑμῖν· καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ὡς τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Οὐ μόνον ταῦτα πρὸς ἐκείνους εἰρηται, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς. Ὅτι γὰρ ἐκείνους οὐκ ἐπήγγελλαι μόνον, δῆλον ἐκ τοῦ εἰπεῖν, Ἔως τοῦ αἰῶνος τῆς συντελείας, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατ' ἔχοντος ἐκείνων βαίνουσι. Τί οὖν πρὸς τοὺς μὴ διδασκάλους φησίν; Ἐκαστος ὑμῶν, εἰ βούλοιο, διδασκαλὸς ἐστίν, εἰ [543] καὶ μὴ ἑτέρου, ἀλλ' ἑαυτοῦ· διδάξον σεαυτὸν πρῶτον. Ἐὰν διδάξῃ· πάντα, ὅσα ἐνετείλατό σοι τηρεῖν, διὰ τοῦτου πολλοὺς ἔξεις τοὺς ζηλοῦντας. Ὅσαπρ γὰρ ὁ λύχνος, ὅταν αὐτὸς γένηται λαμπρὸς, μυρίους δύναται ἀνάφαι· ἰσοθεσμένοσ δὲ οὐδὲ ἑαυτῷ παρέξει φῶς, οὔτε ἑτέρουσ ἀνάφαι λύχνουσ δυνήσεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ βίου τοῦ καθαροῦ, ἂν τὸ ἐν ἡμῖν φῶς λαμπρὸν ἦ, μυρίουσ καὶ μαθητᾶς καὶ διδασκάλουσ ἐργασόμεθα, ὡσαυτ ἀρχέτυπον προκείμενοι. Οὐδὲ γὰρ οὕτω τὰ παρ' ἐμοῦ βήματα τοὺς ἀκούοντασ ὠφελῆσαι δυνήσεται, ὡς ὁ βίος ὁ ἡμέτερος. Ἔστω γὰρ, εἰ βούλει, ἀνὴρ τις τῷ Θεῷ φίλος, καὶ ἐν ἀρετῇ διαλάμπων, καὶ γυναῖκα ἔχων· ἔξεστι γὰρ καὶ γυναῖκα ἔχοντα ἀρέσκειν Θεῷ καὶ παιδία καὶ οἰκέτασ καὶ φίλουσ· οὗτος, εἰπέ μοι, οὐ πολλῷ μᾶλλον ἐμοῦ τοὺς πάντασ ὠφελῆσαι δυνήσεται; Ἐμοῦ μὲν γὰρ ἅπαξ ἢ δεῦτερον ἀκούσονται· τοῦ μνηστῆ, ἢ οὐδὲ ἅπαξ, καὶ ἅπερ ἂν ἀκούσωσιν, ἴσως μᾶχι τοῦ τῆς ἐκκλησίας οὐδοῦ φυλάξαντες, εὐθὺσ ἀποβάλλουσιν· ἐκείνου δὲ τὸν βίον ὁρῶντασ διηνεκῶσ, μεγάλα κερδαίνουσιν. Ὅταν γὰρ ὄβρισθεῖσ μὴ ἀνθυβρίση, οὐχὶ σχεδὸν ἐνέπηξε καὶ ἐνεχάραξε τῆς ἐπιεικείας αὐτοῦ τὴν αἰδῶ εἰς τὴν τοῦ ὄβριζοντοσ ψυχῆν; κἂν μὴ παρατυκία ὁμολογῇ τὴν ὠφέλειαν, ἀπὸ τοῦ θυμοῦ ἢ αἰσχυρόμενοσ ἢ ἐντροπέμενοσ, ἀλλ' ὅμοσ ἀσθητικὸν εὐθὺσ λαμβάνει· καὶ ἀδύνατον ἀνθρωπων ὄβριστήν, κἂν θηρίον ἦ, ἀνεξικακῶ τινὶ προσμειζαντα, μὴ μεγάλα κερδήσαντα ἀπελθεῖν. Τὰ γὰρ ἀγαθὰ κἂν μὴ πράττωμεν, ἀλλ' ὅμοσ ἐπαινοῦμεν ἅπαντεσ καὶ θαυμάζομεν. Ἡ γυνὴ πάλιν ἂν ἔβη τὸν ἀνδρα ἐπιεικῆ, μεγάλη κερδαίνει ἀεὶ συνοῦσε, καὶ τὸ παιδίον. Ἐξεστὶν οὖν ἐκάστῳ διδασκάλῳ γενέσθαι. Οἰκοδομεῖτε γὰρ, φησίν, ἀλλήλουσ εἰς τὸν ἕνα, καθὼσ καὶ ποιεῖτε. Ὅρα γὰρ προσέπεσε ζημία ἐπὶ τῆς οἰκίας; ἢ γυνὴ θορυβεῖται, ἀτε ἀσθενεστέρα οὕσα καὶ φιλόκοσμος; ὁ ἀνὴρ ἂν ἦ φιλόσοφοσ καὶ καταγελαστοσ ζημίασ, καὶ ἐκείνην παρμυθεῖται, καὶ πείθει φέρειν γενναίωσ. Ἀρ' οὖν, εἰπέ μοι, οὐ πολλῷ μᾶλλον αὐτῆν τῶν ἡμετέρων ὠφελῆσαι λόγων; Εἰπεῖν μὲν γὰρ παντὶ εὐκόλον, πράξει δὲ ὅταν εἰς χρεῖαν καταστώμεν, σφόδρα δύσκολον. Διὰ τοῦτο μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἐργων ρυθμιζέσθαι ἢ ἀνθρωπίνῃ φύσιν εἴλωε· καὶ τοσαύτη τῆς ἀρετῆς ἢ ὑπερβολῆ, ὥστε καὶ δοῦλοσ πολλάκισ ὀλόκληρον ὠφελῆσεν οἰκίαν μετὰ τοῦ δεσπότητοσ.

\* Forte legendum, Τὸ δὲ αἴτιον πόθεν.

† Lege οὐδὲ εἶναι. Sic mss. omnes recte. Editi vero, ἵνασ ὅτι πένητεσ ἦσαν.

\* Verba, ἀλλὰ καὶ τοῖσ... βαίνουσι, post ἐπήγγελλαι μόνον transferenda videntur.

† Verbum ἀκούσονται inseruimus e Colb. et marg. Savil. Est

præcepit discipulis, dicens, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* (Math. 28. 20). Sed hoc fit quando nos volumus: non enim erit omnino nobiscum, si nos procul removerimus. Vobiscum, inquit, ero perpetuo. Ne ergo gratiam abiganus. Vult ut nos subtrahamus ab omni fratre inordinate ambulante. Hoc tunc magnum erat malum: costu fratrum esse avulsos. Hoc certe modo poenas sumit de omnibus: sicut etiam alibi ad Corinthios scribens dicebat, *Cum hujusmodi ne convecti quidem* (1. Cor. 5. 11) jubet. Sed non hoc magnum nunc plerique existimant; sed sunt omnia confusa et corrupta: cum adulteris, cum scortatoribus, cum avaris temere et sine discrimine commiscemur. Si ab eo qui otiose alebatur se subducere oportebat, quanto magis ab aliis? Et ut discas quam esset terribile separari a conventu fratrum, et quantum lucrum afferret eis qui benigne suscipere reprehensionem, audi quomodo ille qui peccato erat inflatus, qui ad extremum vitium erat provectus, qui talem admisit fornicationem, qualis nec inter gentes nominabatur, qui vulnus suum non sentiebat (hoc enim est summa perversitas): ille, inquam, qui talis erat, ita fuit inflexus et reductus, ut diceret Paulus, *Sufficit illi, qui est ejusmodi, imrepatio hæc quæ fit a pluribus* (2. Cor. 2. 6): quamobrem confirmate in ipsum caritatem. Tunc enim ita erat, ut membrum a reliquo corpore avulsam.

4. Causa autem cur hoc tunc terribile esset, hæc erat: quoniam etiam cum eis esse tunc magnum bonum existimabatur. Sicut enim qui unam domum habitant, et sunt in unius patris potestate, et unius mense sunt participes: ita tunc habitabant in unaquaque Ecclesia. A tanta ergo excidisse caritate quantum erat malum! Nunc autem nihil videtur esse magnum, quia nec magnum quidpiam esse existimatur, quando simul conjuncti versamur. Quod tunc erat instar supplicii, nunc, quod valde refrixerit caritas, non poenæ loco habetur, et temere alter ab altero separamur, idque ex algore caritatis. Malorum enim omnium causa est quod non sit caritas: hoc omnia Ecclesiæ bona honesta ac præclara, propter quæ exsultare oporteret, destruxit et delevit. Magna est doctoris fiducia, quando a rebus recte a se gestis potest inerepare discipulos: quamobrem Paulus dicebat, *Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos* (2. Thess. 3. 7); et magis debet esse doctor ex vita, quam ex sermone. Nemo autem existimet hoc esse gloriosæ jactantiæ: ad necessitatem enim reductus hoc dixit, et ad id quod confert in commune. *Quoniam non sumus*, inquit, *inordinati inter vos*. Et hic non vides humilitatem, quam donationem vocat modestiamque ac moderationem? *Non sumus*, inquit, *inter vos inordinati, neque gratis panem manducavimus*. Ostendit hic quoque forte illos fuisse pauperes. Nec mihi dixeris, Sed non omnes erant pauperes: loquitur enim de pauperibus, et quibus non alias necessarium suppetit alimentum, quam ex operatione manuum. Non dixit enim, *Ut a patribus ha-*

beant, sed, *Ut operantes panem suum comedant*. Nam si ego, præco doctrinæ verbi, timui vos gravare, multo magis is qui vobis nihil prodest: hoc enim plane est gravare. Gravare autem est quando quispiam non dat cum magna animi alacritate. Sed non hoc inuit, sed ut qui non facile habeant. Cur enim non operaris? Deus ad hoc tibi dedit manus, non ut ab aliis accipias, sed ut aliis præbeas. *Dominus autem*, inquit, *vobiscum*. Hoc ipsum quoque licet precari, si agamus quæ sunt Domini: audi enim Christum dicentem discipulis: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæ mandavi vobis: et ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi* (Math. 28. 19. 20). Non solum illis hoc dictum est, sed etiam nobis. Nam quod illis solum non sit promissum, palam est ex eo quod dixit, *Usque ad consummationem sæculi*, sed illis etiam qui ejus vestigiis insistant. Quid ergo illis dicit qui non sunt doctores? Unusquisque vestrum, si velit, potest esse doctor, si non aliter, sui tamen: doce te ipsum primum. Si docueris omnia quæ mandavit ut servares, per hoc multos habebis qui amulentur. Sicut enim lucerna quando ipsa fuerit lucida, accendere potest innumerabiles; extincta autem, ne sibi quidem præbebit lumen, neque alias lucernas accendere poterit: ita etiam de vita pura dicendum: si quæ est in nobis, fuerit lucida, efficiemus innumerabiles et discipulos et doctores, quasi exemplar propositi. Neque enim verba mea iis qui audiunt ita prodesse poterunt, ut nostra vita. Esto enim, si velis, vir Deo carus et virtute resplendens, et habens uxorem; licet enim uxorem quoque habenti et liberos et servos et amicos, Deo placere: annon is omnibus multo magis poterit prodesse, quam ego? Ex me enim in mense semel aut bis, aut ne semel quidem lucrum faciant; et quæ audierint, fortasse usque ad limen ecclesiæ servantes, statim abiciunt: illius autem vitam videntes assidue, multum lucrantur. Quando enim contumelia affectus, ipse non vicissim affecerit, annon super lenitatis et mansuetudinis pudorem in animo ejus qui contumelia afficit, infligit et insculpit? Quod si non statim fateatur quam accepit utilitatem, aut ira præpedita, aut rubore suffusus, aut pudore effectus, sensum tamen statim accipit: et fieri non potest ut homo contumeliosus, etiamsi sit bestia, si cum homine leni et patiente fuerit versatus, non magno accepto lucro recedat. Bona enim etiamsi non agamus, laudamus tamen omnes et admiramur. Mulier rursus si viderit virum placidum et modestum, multum lucratur semper cum eo versans, et puer itidem. Licet ergo unicuique esse doctorem: *Edificate enim*, inquit, *alterutrum, sicut et facitis* (1. Thess. 5. 11). Perpende, quæso: domui tuæ aliquod damnum accidit? conturbatur uxor, ut quæ sit infirmior et magis mixerana? maritus si sit philosophus, et damni accepti irrisor, illam consolatur, et persuadet ut generoso et forti ferat animo. Annon ergo, dic quæso, ei magis proderit quam ipsi nostri sermones? Nam

dicere quidem omnibus, est facile; agere autem, cum opus fuerit, valde est difficile. Propterea ex factis humana natura magis solet corrigi et componi: tanta est virtutis excellentia, ut servus toti domui sæpe profuerit cum domino.

5. Non enim frustra nec temere illos assidue jubet Paulus virtutem exercere, et obedire dominis; non tantam curam gerens ut ministrent dominis, quantum ut ne verbum Dei et doctrina blasphemetur: quando autem non blasphematur, cito etiam habebitur in admiratione. Scio etiam multas domos multam lucrificasse ex virtute servorum. Si autem servus qui est sub potestate, potest dominum corrigere, multo magis dominus servos. Vos hoc ministerium mecum, quæso, distribuite. Ego cum omnibus loquor in communi, vos seorsum unicuique, et cuique committatur proximorum procurare salutem. Quod enim oporteat eos qui sunt patresfamilias domui suæ præesse, et eorum curam in his gerere, audi quo mulieres transmittat Paulus: *Si quid autem velint discere, domi viros suos interrogent* (1. Cor. 14. 35): nec eas adducit ad doctorem. Nam ut in ludis literariis sunt etiam inter discipulos doctores et magistri, ita etiam in Ecclesia: vult enim non ab omnibus molestiam exhiberi doctori. Quare? Quoniam magna sic erunt bona: non solum quoniam levis erit labor doctori, sed etiam quoniam unusquisque discipulus id curans, cito potest evadere doctor et magister, hanc habens sollicitudinem. Vide enim quantum ministerium affert mulier: domum custodit, et curam gerit omnium quæ domi sunt, ancillis instat et eas urget ad opus, vestit suis manibus, efficit ut voceris pater filiorum; te liberat a prostibulis, dat auxilium ad continentiam, sedat æstrum naturæ. Sed tu eam quoque beneficio affice. Quomodo? In spiritualibus ei manum porrige: quæ audieris utilia, ea non secus atque hirundines ore portans, affer et pone in ore matris et pullorum. Quomodo enī non est absurdum te in aliis quidem primas velle obtinere, et locum tenere capitis, in doctrina autem ordinem deserere? Eum qui imperat, iis qui parent, oportet præesse, non in honoribus, sed in virtutibus. Nam hoc quidem imperantis, illud vero eorum qui parent est officium. Si multo bonore fruaris, hoc nihil ad te; accepisti enim ab aliis: si multa virtute refulgeas, hoc totum est tuum. Es caput uxoris, concinna, cor-

rige et compone reliquum corpus. Non vides quod caput non tantum loco superat reliquum corpus, quantum cura et providentia, ut quod ipsum regat ac dirigat tamquam gubernator? In capite enim et corporis et animæ sunt oculi: illinc ad eos affluit vis perspicendi, illinc vis regendi quæ tenet principatum. Et reliquum quidem corpus constituitur ad ministrandum; hoc vero collocatum fuit ad imperandum. Omnes sensus illinc habent principium et fontem: illinc instrumenta emittuntur vocalia, facultas videndi, facultas odorandi, tactus universus: illinc constituitur radix nervorum et oscium. Vides quod providentia magis excellat, quam honore? Ita nos etiam imperemus mulieribus: eas vincamus, non quod plus honoris quæramus, sed quod ipse a nobis majori afficiantur beneficio. Ostendi eas non parvis nos afficere beneficiis; sed si velimus eas remunerari spiritualibus, nos vincimus. Nam in corporalibus non possumus aliquid afferre quod eis ex æquo respondeat. Quid enim? afferis multas pecunias? Sed illa servat: hæc autem cura propendet ex æquilibris, et sicca opus habet. Quare? Quia plurimi qui multa possidebant, quoniam non habebant quæ servaret, omnia perdidit. Sed propter liberos est inter ambos societas: par quoque est utriusque beneficium; imo vero illa in his laboriosius obit ministerium, ut quæ semper ferat fœtum, et partus vetetur laboribus. Quamobrem in solis spiritualibus eam potes vincere. Ne curemus ut sint nobis pecuniæ, sed ut quæ nobis creditæ sunt animæ, eas cum fiducia coram Deo sistamus: in illis enim corrigendis et coacciandis nobis quoque multum proderimus. Nam qui alium docet, si nihil aliud, in dicendo compungitur, maxime dum videt seipsum iis esse obnoxium de quibus alios reprehendit. Quoniam ergo et nobis ipsis et illis prosumus, et per illas domui, et hoc in primis Deo est gratum; ne nos pigeat et nostræ, et eorum qui nobis ministrant animæ curam gerere: ut pro omnibus accipiamus remunerationem, et cum multis divitiis perveniamus in sanctam civitatem matrem nostram Jerusalem caelestem: a qua absit ut unquam excidamus, sed cum resplenderimus in optima vitæ institutione, cum magna fiducia digni censeamur videre Dominum Jesum Christum, cum quo Patri simul et sancto Spiritui gloria, potentia, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.



ε. Οὐδὲ γὰρ εἰκὴ οὐδὲ ἀπλῶς αὐτοῖς συνεχῶς ἐπι-  
τάττει τὴν ἀρετὴν ἀσκειν ὁ Παῦλος, καὶ πειθηρίους  
εἶναι τοῖς δεσπόταις, οὐ τῆς διακονίας τοσοῦτον φρον-  
τιζῶν τῶν δεσποτῶν, ὅσον ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ  
βλασφημῆται· καὶ ἡ διδασκαλία· ὅταν δὲ μὴ βλασφη-  
μῆται, ταχέως καὶ θαυμασθήσεται. Καὶ οἶδα πολλὰς  
οἰκίας, ὅτι μεγάλα ἐκέρδαναν ἀπὸ τῆς τῶν δούλων  
ἀρετῆς. Εἰ δὲ οἰκίτης ὑπ' ἐξουσίαν κείμενος τὸν δε-  
σπότην [544] ρυθμίσει δύναται ἂν, πολλῶν μᾶλλον δε-  
σπότης οἰκίτας. Διανείμασθε πρὸς ἑμὲ, παρακαλῶ,  
ταύτην τὴν διακονίαν. Ἐγὼ πᾶσι κοινῇ διαλέγομαι·  
ἑμεῖς ἰδίᾳ ἐκάστω, καὶ ἕκαστος ἐγχειρίζεσθω τὴν σω-  
τηρίαν τῶν πλησίων. Ὅτι γὰρ δεῖ τῶν τῆς οἰκίας  
προστάταιν ἐν τοῦτοις, ἀκουσον τοῦ παραπέμπει  
τας γυναῖκας ὁ Παῦλος· Εἰ δέ τι μαθεῖν θέλουσι, φη-  
σίν, ἐν οἴκῳ τοῦς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν·  
καὶ οὐ προσάγει αὐτάς τῷ διδασκάλῳ. Καθάπερ γὰρ  
ἐν ταῖς διατριβαῖς τῶν γραμμάτων εἰσι καὶ ἐν τοῖς  
μαθηταῖς διδάσκαλοι, οὕτω καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ·  
βούλεται γὰρ μὴ ὑπὸ πάντων ἐνοχλεῖσθαι τὸν διδά-  
σκαλον. Διὰ τί; Ὅτι μεγάλα ἀγαθὰ οὕτως ἔσται, οὐ  
μόνον ὅτι κοῦφος ἔσται ὁ πόνος τῷ διδασκάλῳ, ἀλλ'  
ὅτι καὶ τῶν μαθητῶν ἕκαστος μεριμνήσας, ταχέως  
γενέσθαι δύναται διδάσκαλος, ταύτην ἔχων τὴν φρον-  
τίδα. Ὅρα γὰρ πόσῃν διακονίᾳ εἰσάγει ἡ γυνὴ ὀ-  
κωρεῖ, καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν πάντων φροντίζει,  
ταῖς θεραπευίδισιν ἐφέστηκεν, ἀμφιέννυσι ταῖς αὐτῆς  
χερσὶ, πατέρα σε ποιεῖ παῖδων καλεῖσθαι, χαμαιτυ-  
πίων ἀπαλλάττει, πρὸς σωπροσύνην βοηθεῖ, τὸν οἴ-  
στρον τῆς φύσεως παύει. Ἄλλ' εὐεργετεῖ αὐτὴν καὶ  
οὐ. Πῶς; Ἐν τοῖς πνευματικοῖς ὄρεξον χεῖρα· ἕπερ  
ἂν ἀκούσης χρήσιμα, ταῦτα, καθάπερ αἱ χελιδόνες,  
τῷ στόματι διαβαστάζων ἀπάγαγε, καὶ ἔνθες εἰς τὸ  
στόμα καὶ τῆς μητρὸς καὶ τῶν νεοτῶν. Πῶς γὰρ οὐκ  
ἀτοπον ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τῶν πρωταίων ἀξιοῦν σαυ-  
τὸν, καὶ τὴν τῆς κεφαλῆς χώραν ἐκχεῖν, ἐν δὲ τῇ  
διδασκαλίᾳ λείπειν τὴν τάξιν; Τὸν ἔρχοντα πῶν  
ἀρχομένων οὐκ ἐν ταῖς τιμαῖς ὑπερέχειν δεῖ, ἀλλ' ἐν  
ταῖς ἀρεταῖς· τοῦτο γὰρ ἔρχοντος· ἐκεῖνο μὲν γὰρ  
τῶν ἀρχομένων ἐστὶ, τοῦτο δὲ αὐτοῦ τοῦ ἔρχοντος  
κατόρθωμα. Ἄν πολλῆς ἀπολαύσης τιμῆς, οὐδὲν  
τοῦτο πρὸς σέ· Ἐλαβες γὰρ παρ' ἐτέρων ἂν πολλῇ  
λάμπρῃ τῇ ἀρετῇ, τοῦτο ὅλον σόν. Κεφαλὴ τῆς γυ-  
ναικὸς εἰ· οὐκοῦν ρυθμίζεται τὸ σῶμα τὸ λοιπὸν ἢ κε-  
φαλῇ. Οὐχ ὄρεξ δτι οὐ τῷ τόπῳ τοσοῦτον ὑπερέχει

τοῦ λοιποῦ σώματος, ὅσον τῇ προνοίᾳ, καθάπερ τῆς  
κυβερνήτης, ἄπαν αὐτὸ εὐθύνουσα; Ἐν γὰρ τῇ κε-  
φαλῇ καὶ οἱ τοῦ σώματος, καὶ οἱ τῆς ψυχῆς ὀφθαλ-  
μοί· ἐκείθεν ἐπιβρέει τοῦτοις τὸ διαρτηκὸν, ἐκείθεν  
τὸ ἡγμονικόν. Καὶ τὸ μὲν λοιπὸν τάττεται εἰς δια-  
κονίαν, αὐτὴ δὲ εἰς τὸ ἐπιτάττειν καίται. Πᾶσαι αἱ  
αἰσθήσεις ἐκείθεν ἔχουσι τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν πηγὴν·  
τὰ φωνητικὰ ὄργανα ἐκείθεν ἀναπέμπεται, τὸ διαρ-  
τηκόν, τὸ ὁσφρητικόν, ἢ ἀφή πᾶσα· ἡ γὰρ τῶν νεύ-  
ρων βίβλα καὶ τῶν ὁστών ἐκείθεν συνίστηκεν. Ὅρεξ  
δτι τῇ προνοίᾳ μᾶλλον ὑπερέχει, ἢ τῇ τιμῇ· οὕτω  
καὶ τῶν γυναικῶν ἡμεῖς ἀρχωμεν· νικῶμεν αὐτάς μὴ  
τῷ πλείονα τιμῆν ζητεῖν παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ τῷ με-  
ζόνῳ; αὐτάς εὐεργετῆσθαι παρ' ἡμῶν. Ἐδειξε δτι  
οὐ μικρὰς ἡμᾶς εὐεργεσίας εὐεργετοῦσιν, ἀλλ' ἐάν  
θέλωμεν ἐν τοῖς πνευματικοῖς δοῦναι τὴν ἀντίθεσιν,  
ἡμεῖς νικῶμεν· ἐπεὶ ἐν τοῖς σωματικοῖς ἀντιβροπὸν  
τι εἰσαγαγεῖν οὐ δυνατόν. [545] Τί γὰρ; εἰσάγετε  
πολλὰ χρήματα; Ἄλλ' ἐκεῖνη φυλάττει· ἀντίβρο-  
πος δὲ αὐτῇ ἐκεῖνης ἡ πρόνοια, καὶ οὕτως αὐτῆς δεῖ-  
ται. Διὰ τί; Ὅτι πολλοὶ πολλὰ κεκτημένοι, ἐπειδὴ  
φυλάττουσαν οὐκ ἔσχον, πάντα ἀπώλεσαν. Ἄλλὰ τῶν  
παίδων ἐνεκεν κοινωνεῖτε ἀμφοτέροι, καὶ ἴση παρ'  
ἐκατέρου ἢ εὐεργεσία· μᾶλλον δὲ ἐκεῖνη πολυπονη-  
τέραν ἐν τοῦτοις ἔχει τὴν διακονίαν, διαπαντὸς φέ-  
ρουσα τὸ κλύμενον, καὶ ταῖς ὀδίαις διακοπτομένη.  
Ἵστε ἐν τοῖς πνευματικοῖς μόνοις δυνήση νικῆν. Μὴ  
δὴ φροντίζωμεν ὅπως ἡμῖν χρήματα ἔσται, ἀλλ'  
ὅπως ἕς ἐνεπιταυθῆμεν ψυχὰς, μετὰ παρρησίας τῷ  
Θεῷ παραστήσωμεν· ἐν τῷ γὰρ ρυθμίζειν ἐκείνας  
καὶ ἑαυτοὺς τὰ μέγιστα δνήσομεν. Ὅ γὰρ ἕτερον δι-  
δάσκων, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἐν τῷ λέγειν κα-  
τανύσσεται, καὶ μάλιστα ὅταν ἴδῃ ἑαυτὸν ὑπεύθυνον  
ἔνθα τοῦτοις, ὑπὲρ ὧν ἕτεροις ἐπιτιμᾷ. Ἐπεὶ οὖν  
καὶ ἡμεῖς αὐτοὺς, κἀκεῖνας ὠφελοῦμεν, καὶ δι' ἐκεῖ-  
νων τὸν οἶκον, καὶ τῷ Θεῷ τοῦτο δοκεῖ προηγουμέ-  
νως, μὴ ἀποκάμωμεν καὶ τῆς ἑαυτῶν, καὶ τῆς τῶν  
διακονομένων ἡμῖν ψυχῆς κηδόμενοι, ἴν' ὑπὲρ πάν-  
των λάθωμεν τὴν ἀμοιβὴν, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ  
πλοῦτου καταντήσωμεν εἰς τὴν ἀγίαν πόλιν τὴν μη-  
τέρα ἡμῶν, τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ· ἧς μὴ γένοιτό  
ποτε ἐκπεσεῖν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀρίστῃ λάμψαντας πολι-  
τείᾳ μετὰ πολλῆς τῆς παρρησίας ἀξιοθῆναι ἰδεῖν τὸν  
Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ  
ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ  
δεῖ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## PRÆFATIO

Nusquam majorem quam hic difficultatem offendas, definiendi nempe Antiochiense an Constantinopœi has homilias habuerit Chrysostomus. Tillemontius Constantinopoli habitas suspicatur, nixus Photii judicio qui opinatur conciones illas, quas Constantinopoli habuit sanctus doctor, minus accurate et eleganter concinnatas esse, quam eas quæ Antiochiæ pronunciavit. Verum, ut ipse fatetur Tillemontius, hæc Photii norma, hoc indicium, non ita firmum est, ut liceat ipsi sine examine astipulari. Ipse namque Photius homilias laudat multas, quæ Constantinopoli habitæ sunt; aliasque, haud dubie Antiochenas, deprimit, et negligentius adornatas censet. Ego vero omnibus diligenter excussis, argumenta duo proferre possum, quæ inducamur ad opinandum eas Antiochiæ fuisse dictas. Primum petitur ex laudibus illis monasteriorum et monachorum, in quæis maximam partem homilias quartæ decimæ insumit. Qua de re ille sæpe tractat in aliis operibus, sed semper in Antiochenis, fere nunquam in Constantinopolitanis. In montibus enim Antiochiæ vicinis monachi multi erant, qui severioris disciplinæ laude florebant, et ea de causa a multis invisebantur. Aliud argumentum inde mutuamur, quod licet in his concionibus de episcoporum officio passim agatur, quia Paulus Timotheum episcopi munere fungentem alloquens, quid exercere episcopus, quid vitare debeat, perpetuo decantat; nihil tamen innuit Chrysostomus, nihil in tanto concionum decursa vel carptim tangit, quo possimus vel suspicari illum tunc episcopum fuisse. Quod tamen in aliis commentariis, ubi par occasio non habebatur, sæpe fecit. In hanc certe partem, ut nempe dicam eas Antiochiæ habitas fuisse, magis me propendere fateor. Verum ea de re eruditi lectoris judicium exspecto.

Licet autem aliquot in locis negligentius agere, et nonnunquam vilia nec memoratu quidem honesta

## ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

## ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

## ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΥΜΝΟΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΠΡΩΤΗΝ.

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

[547] Τῶν τοῦ Ἀποστόλου μαθητῶν εἰς καὶ ὁ Τιμόθεος ἦν. Καὶ μαρτυρεῖ μὲν ὁ Λουκᾶς, ὅτι θαυμαστός τις νέος ἦν, μαρτυρούμενος ὑπὸ τῶν ἐν Λύστρᾳ καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν· ὃς ἅμα τε μαθητῆς ἐγένετο, καὶ διδάσκαλος· καὶ οὕτω σφόδρα συνετὸς ἦν, ὡς ἀκούων Παύλου χωρὶς περιτομῆς κηρύσσοντος, καὶ μαθῶν ὅτι καὶ Πέτρῳ ἀντίστη τοῦτου ἕνεκεν, ἐλθεῖν μὴ μόνον τὸ ἐναντίον μὴ κηρῦξαι, ἀλλὰ καὶ παθεῖν· περιέτεμε γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ· οὕτω τε αὐτῷ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν ἐνεπίστευσεν. Ἦρκει μὲν οὖν ὁ τοῦ Παύλου πόθος δεῖξαι τὸν ἄνδρα, ὅστις ἐστὶ. Καὶ γὰρ καὶ ἀλλαγῶ αὐτῷ μαρτυρεῖ γράφων· [καὶ λέγων], Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκετε, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον· καὶ Κορινθίους πάλιν ἐπιστέλλει λέγων,

Ἐπεμφθῆ ὑμῖν Τιμόθεον, ὃς ἐστὶ μου τέκνον ἀγαπητὸν καὶ πιστὸν ἐν Κυρίῳ· καὶ πάλιν, Βλέπετε μὴ τις αὐτὸν ἐξουθετήσῃ· τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου ἐργάζεται, ὡς καὶ γὰρ. Καὶ Ἑβραίοις δὲ γράφων ἔλεγε, Γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολυμένον· καὶ πολλὴν πανταγόθεν εὖροι τις ἀν' αὐτοῦ τὴν ἀγάπην. Καὶ τὰ νῦν δὲ γενόμενα θαύματα δεικνυσὶν αὐτοῦ τὴν παρῆσιν.

Εἰ δέ τις ἐξετάξῃ, τί δήποτε τίτω καὶ Τιμοθέῳ γράφει μόνοις, καίτοι γε καὶ Σίλας τῶν εὐδοκίμων ἦν, καὶ Λουκᾶς ὁμοίως· φησὶ γὰρ αὐτὸς γράφων. Καὶ Λουκᾶς ὅστις ἄνθρωπος μετ' ἐμοῦ· καὶ Κλήμης δὲ εἰς τῶν συνόντων αὐτῷ ἐτύγχανε· φησὶ γὰρ καὶ περὶ αὐτοῦ, Μετὰ καὶ Κλήμηντες καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου· τίνος οὖν ἕνεκεν τίτω καὶ Τιμοθέῳ

## IN EPISTOLAS PRIMAM ET SECUNDAM AD TIMOTHEUM.

tiactare depréhendatur, passim tamén τοῦς πλεονέκτας, ávaros, et eos qui facultatis augendæ studio ceterorum bona diripere satagebant, egregie carpit et insectatur, nusquam finem facit impetendi. Neque alium ejus commentarium reperias, ubi huic amovendo malo parem insumpserit operam. Utle inferas pestem illam manavisse in dies latius, multosque tunc fuisse, qui aliorum dispendio rem suam augere studerent, novosque insurrexisse quotidie, qui hac cupiditate capti, in aliorum opes involarent.

Erat et aliud morbi genus, quod tunc latius grassabatur magisque periculosum erat; præstigiatorum videlicet eorumque qui *fato et genesi* omnia tribuebant, præstigiatorumque genera omnia inducebant, quarum nomina sic ille recenset in fine homiliæ decimæ: *Alia mitto grandi luctu digna, auguria, raticinia, observationes, genesim, symbola, ligamina, divinationes, incantationes, magicam artem.* Hec omnia isto tempore adeo frequentabantur, ut nusquam reperias illum tam frequenter et valide morbum hujusmodi insectantem.

Aliam quoque rem aggreditur, quæ tunc serpebat in Ecclesiæ damnum, quod nempe Virgines Deo dicatæ vestium cultui nimium studerent, et ex excessu et ornatu viris placere cuperent. Quid inde tabis et damni emersurum esset, tum ipse pluribus persequitur, tum etiam quisvis statim deprehendere possit.

Hosce commentarios Latine converterat vir eruditus, cujus nomen ignotum, et qui elegantem accuratamque interpretationem adornare potuisset, nisi in animum induxisset omnia ad nutum suum mutare, figuras et tropos prætermittere, et auctoris sententiæ illa adjicere pro lubito, quæ sibi magis placerent. Hac igitur missa interpretatione, novam paravimus.

## SANCTI PATRIS NOSTRI

## JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

IN EPISTOLAM PRIMAM AD TIMOTHEUM COMMENTARIUS (a).

## ARGUMENTUM.

Ex numero discipulorum Apostoli erat Timotheus, quem testificatur Lucas mirabilem fuisse juvenem, testimoniis eorum qui Lystris et Iconiæ erant probatum (Act. 16. 2), qui simul fuit discipulus et doctor, tantaque prudentia atque sapientia, ut cum audiret Paulum missa circumcissione prædicantem, didicissetque illum ea de causa Petro obstitisse, eligeret non modo contra illam non prædicare, sed etiam illam pati: circumcidit enim illum (*Ibid.* v. 23), inquit, in ejusmodi ætate; sicque illi totum ministerium tradidit (6). Satis certe erat ille Pauli erga

ipsam affectus ad indicandum quantus vir esset. Nam alibi quomodo de illo testificatur scribens et dicens: *Experimentum autem ejus cognoscitis, quoniam tamquam patri filius mecum servivit in evangelio (Philipp. 2. 22);* et Corinthiis rursus scribens dicit. *Misi vobis Timotheum, qui est filius meus carissimus et fidelis in Domino;* et iterum, *Videte ne quis enim contemnat: opus enim Domini operatur, sicut et ego (1 Cor. 4. 17. et 16. 10. 11).* Hebræis quoque scribens ait: *Cognoscite fratrem Timotheum dimissum (Hebr. 13. 23);* multamque ejus dilectionem passim reperias. Eaque etiam quæ nunc sunt miracula, ejus fiduciam et virtutem annuntiant (a).

*Cur Timotheo et Tito tantum scribat Paulus; et non*

*trem ortum habens, se circumcidit passus est. Eiusque sententiam probavit B. Paulus qui circumcidit illum.*

(a) De miraculis ossium Timothei vite bovilium primam ad populum Antiochenum, Tom. 3, col. 1.<sup>o</sup>

(a) Collata sunt hæc homilia cum Colbertino Codice num. 616, et cum altero Colbertino num. 909 ad Editionem Morellianam. Neuter Codex ad finem usque pertingit.

(b) Quod hic de circumcissione dicit Chrysostomus, aliq. quid obscuritatis habet, et sic est intelligendum: Illa prudentia erat Timotheus, ut licet videret Paulum cum Petro disputasse, eo quod ille cogeret gentes judaizare, et licet Paulus circumcissionem non probaret; ne tamen Judæi a Christiana religione averterentur, ipse a Judæis per via-

*aliis discipulis.* — Si quis ergo quærat cur Tito et Timotheo tantum scribat, etiamsi Silas inter probatos et virtute præditos esset, similiterque Lucas; ait quippe ille, *Et Lucas est mecum solus* (2. Tim. 4. 11): Clemens quoque ex numero sociorum ipsius erat; de illo namque dicit, *Cum Clemente et cæteris adiutoribus meis* (Philipp. 4. 3): cur ergo Tito et Timotheo tantum scribit? Quia his Ecclesias jam regendas dederat, illos autem adhuc secum circumducebat: his loca quædam conspicua assignaverat. Tanta enim erat Timotheus virtute præditus, ut nihil juvenus impediret. Ideo scribit ille, *Nemo adolescentiam tuam contemnat*; [et rursus, *Adolescentulas tanquam sorores* (1. Tim. 4. 12. et 5. 2)]. Cum adest enim virtus, omnia superabundant, nihilque impedimento est. Etenim sæpe de episcopis loquens ac de illis plurima proferens, nusquam de ætate plura

persequitur. Quod si scribendo dicat, *Filios hanc rem subditos*; et, *Unius uxoris virum* (1. Tim. 3. 4. 2), non hoc dicit quasi necesse sit illum et uxorem et filios habere; sed ut si contigerit ex sæcularibus quempiam ad hoc munus evehi, ut tales sint qui sciant et domi præesse et filiis et cæteris omnibus. Nam si sæcularis cum sit, in his rebus utilis et opportunus non fuerit, quomodo illi Ecclesiæ cura committatur? Car autem epistolam mittebat discipulo, cui jam docendi munus traditum fuerat? nonne oportebat primo illum perfecte instituire, ac deinde illum miltere? At ille doctrina opus habebat non eadem, qua discipuli, sed ea quæ doctores congrueret. Vide igitur illum per totam epistolam dociori congruentem doctrinam efferentem. Statimque ab exordio non dicit, *Ne attendas iis qui aliter docent*; sed quid? *Ut illis denuntiaretis ne doceant aliter* (1. Tim. 4. 5).

## IIOMILIA I.

CAP. I. v. 1. *Paulus apostolus Jesu Christi secundum imperium Dei Salvatoris nostri, et Domini Jesu Christi, spei nostræ, 2. Timotheo carissimo filio in fide, gratia, misericordia, pax a Deo Patre nostro et Christo Jesu Domino nostro.*

species recensuit, ut legis magisterio pudorem incuteret. Deinde postquam per species enumeraverat, de vitandis illis dixit, etsi ea, quæ dixerat, arcere poterant. De quibusnam ergo hæc dicit ? De Judæis : illi enim et patricidæ et matricidæ erant, illi scelera et contaminati : hos enim subindicat cum dicit, *Impiis et peccatoribus.* Cum tales ergo illi essent, lex necessario data fuit. Dic enim mihi, annon frequenter idola adorabant ? annon Moysen lapidarunt ? annon cognatorum caede manus eorum creverant ? annon perpetuo hoc illis exprobrant prophetae ? his vero qui ecclesia philosophantur hæc superflua. *Patricidis, inquit, et matricidis, homicidis, 10. fornicariis, masculerum concubitoribus, plagiaribus, mendacibus, perjuris, et si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur.* Recte dicit, *Sanæ doctrinæ :* illa enim omnia corruptæ animæ vitia erant. 11. *Secundum evangelium,* inquit, *gloriæ beati Dei, quod mihi traditum est.* Itaque nunc etiam ad confirmationem evangelii lex necessaria est ; creditibus vero non est opus. Evangelium autem gloriæ illud vocat, non aliam ob causam, nisi propter eos qui de persecutionibus et de Christi passione erubescunt. Igitur tum propter alia, tum propter hæc evangelium gloriæ dixit, ostendens Christi passionem esse gloriæ, vel etiam futura subindicat. Nam etsi præsentia turpitudine et opprobriis plena sunt, at futura non sunt hujusmodi : evangelium autem futurorum non præsentium. Cur ergo dicit angelus : *Eccc evangelizo vobis, quia natus est vobis Salvator (Luc. 2. 10)* ? Quia natus Salvator futurus erat : neque enim statim atque natus est, signa edidit. *Secundum evangelium,* inquit, *gloriæ beati Dei. Gloriæ :* vel cultum Dei dicit, vel indicat si præsentia omnia plena sunt ejus gloria, multo magis futura : Cum positi fuerint, inquit, inimici ejus sub pedibus ejus ; cum nihil ipsi adversabitur ; cum viderint justi beatissima omnia illa, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderant. *Vola enim,* inquit, *ut ubi ego sum, et illi sint, ut videant gloriam meam, quam dedisti mihi (Joan. 17. 24)*.

*Vera gloria quam.* — Discamus ergo quoniam hi sunt, et beatos illos prædicemus, cogitantes quantis illi fruitari sint bonis, quantæ gloriæ, quantæ locis participes futuri sint. Præsens quippe gloria nullius pretii est et instabilis : si maneat, ad mortem usque tantum manet, ac deinde protinus exstinguitur : *Neque enim descendet cum eo gloria ejus (Psal. 48. 18)*, inquit : plurimos autem hic neque ad finem usque comitatur. De illa vero gloria nihil tale suspicari licet ; sed manebit illa, nec umquam finem habebit. Talia autem ebant illa que Dei sunt, firma, nec mutationi nec fini obnoxia. Non enim illa gloria ab exterioribus, sed ab interioribus manat : verbi gratia, non a sumptuosis vestibus, non a famulorum multitudine, non a curribus, gloria illa erit ; sed absque illis vir gloria circumfluet. Nunc enim, si hæc absint, gloria vacuus erit, illic vero secus. In balneis nudos videmus claros simul et nullius pretii viros, imo etiam malos. In foro autem strepe divites multi periclitati sunt,

Ἔστι καὶ ἄλλο πρὸς τοῦτω εἰπεῖν. Ποῦν δὴ τοῦτο; Ὅτι ἐάν νομίμω· χρήση τῷ νόμῳ, παραπέμπει σε πρὸς τὸν Χριστόν. Ὅταν γὰρ αὐτοῦ σκοπὸς ᾖ δικαιοσύνη τὸν ἄνθρωπον, μὴ δυνήται ἐξ, παραπέμπει πρὸς τὸν θυνάμενον. Καὶ ἄλλως δὲ νομίμω· χρήσασθαι τῷ νόμῳ ἔστιν, ὅταν ἐκ πολλῆς αὐτὸν φυλάττης τῆς περιουσίας. Τί δὲ ἔστιν, ἐκ περιουσίας; Ὅσαπρὶ τῷ χαλιῶ, φησὶν, εὐτάκτως κέχρηται, οὐχ ὁ σκιρτῶν ἔσπος, οὐδ' ὁ δάκνων, ἀλλ' ὁ ἀπλῶς αὐτὸν περικαίμενος σχήματος ἔνεκεν· οὕτω καὶ νόμῳ νομίμω· χρήται ὁ μὴ διὰ τὴν ἐκ τῶν γραμμάτων ἀνάγκην σωφρονῶν. Τίς δὲ αὐτῷ νομίμω· χρήσεται; Ὁ εἰδὼς, ὅτι οὐ δεῖται αὐτοῦ. Ὁ γὰρ πρὸς τοσοῦτον ἀρετῆς φθάσας, ὥστε μὴ διὰ τὸν ἐκείνου φόβον αὐτὸν κατορθοῦν, ἀλλὰ διὰ [557] τὴν ἀρετὴν, οὕτως νομίμω· χρήται αὐτῷ καὶ ἀσφαλῶς· ἐάν τις αὐτῷ οὕτω χρήται, ὡς μὴ φοβούμενος αὐτὸν, ἀλλὰ τῆς ἐκεῖ τιμωρίας καίμενης μᾶλλον τὴν κατέργασαν ἔχων πρὸ ὀφθαλμῶν. Καὶ ἄλλως δὲ δικαίον ἐνταῦθα καλεῖ τὸν κατορθωκότα τὴν ἀρετὴν. Ἐκεῖνος τοίνυν κέχρηται τῷ νόμῳ καλῶς, ὁ μὴ καταξιών ἀπ' αὐτοῦ παιδεύεσθαι.

β. Ὅσαπρὶ γὰρ αἱ στιγμαὶ τῶν γραμμάτων τοῖς παισὶ κείνται, ὁ δὲ τὰ ἀπ' αὐτῶν πληρῶν μὴ ἐξ αὐτῶν, ἀλλ' ἐξ ἑτέρων, μείζονος ἐπιστήμης ἂν εἴη ἑμπειρος, καὶ κρείττον μᾶλλον κέχρηται τοῖς γράμμασιν· οὕτως ὁ ὑπὲρ τὸν νόμον, οὐ παιδαγωγεῖται τῷ νόμῳ. Ὁ γὰρ μὴ ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτὸν πληρῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἀρετὴν ἐπιθυμίας, πλειόνως οὕτως μάλιστα αὐτὸν κατορθοῖ. Οὐ γὰρ ὁμοίως ὁ πόδας δεξιούκων, καὶ ὁ τιμῆς ἐπιφύμενος τὸν νόμον πληροῖ· οὐχ ἴσοιως ὁ ὑπὸ τὸν νόμον ὢν, καὶ ὁ ὑπὲρ τὸν νόμον· τὸ γὰρ ὑπὲρ νόμον ζῆσαι, τοῦτό ἐστι νομίμω· χρήσθαι. Νέμω γὰρ ἐκεῖνος χρήται καλῶς καὶ φυλάττει, ὁ μείζονα τοῦ νόμου κατορθῶν, ὁ μὴ καταξιών παιδεύειν αὐτὸν ἔχειν. Ὁ γὰρ νόμος, ὡς τὰ πολλὰ, κακῶν ἀπαγορευτικός ἐστι· δικαίον δὲ οὐ ποιεῖ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἀγαθῶν ἐργασία. Ὅσατε θεοὶ κακῶν ἀπέχονται ὡς δοῦλοι, οὕτοι οὐ πληροῦσιν αὐτοῦ τὸν σκοπὸν· διὰ γὰρ τοῦτα κίτται, ἵνα παράδασιν κολάζῃ. Ὅσατε καὶ ἐκεῖνοι κέχρηται αὐτῷ, ἀλλ' ἐν τῷ κόλασιν δεδοκίμαται. Θέλει γὰρ, φησὶ, μὴ φοβίσθαι τὴν ἔξουσίαν; τὸ ἀμυθὸν ποιεῖ· ὡς ἂν εἴποι τις· Μόνους γὰρ τοῖς πονηροῖς τιμωριῶν διαγορευτικός ἐστι· τῷ δὲ στεφάνῳ ἕξια ποιήσαντι καὶ χρήσιμος ὁ νόμος; ὡσαπρὸς ὅν ὁ λατρός τῷ τρυμᾷ τι ἔχοντι, οὐ τῷ ὑγιαίνοντι, οὐδὲ τῷ καλῶς διακειμένῳ. Ἀνόμιος δὲ, φησὶ, καὶ ἀνομοτάκτος, ἀσεβὸς καὶ ἀμαρτωλός. Ἀνόμιος γὰρ καλεῖ, τοὺς αὐτοὺς δὲ καὶ ἀνομοτάκτους. Ὁ νόμος, φησὶν, ὀργὴν καταργεῖται. Τοῦτο πρὸς τοὺς ποιούντας τὸ κακόν. Τί δὲ πρὸς τὸν τιμῆς ἔξιν; διὰ νόμου, φησὶν, ἐπίγνωσις ἀμαρτίας. Τί δὲ πρὸς τὸν δικαίον; Δικαίω, φησὶ, νόμος οὐ κείται. διὰ τί; Ὅτι κολάσεως ἔστιν ἐκτός, καὶ ἔτι οὐ περιμένει τὰ πρακτικά παρ' ἐκείνου μαθεῖν, ἔχων ἔνθον ἀπαγορευούσαν τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν. Νόμος γὰρ ἐδόθη, ἵνα τῷ φόβῳ κολάζωνται καὶ τῇ ἐπιλήθῃ. Ὅ δὲ τοίνυν χαλιῶν ἐπὶ τὸν εὐήμιον ἔσπον, οὐδὲ παιδαγωγίας ἐπὶ τὸν οὐδὲ νομίμω· παιδαγωγῶ. Ἀνόμιος δὲ, φησὶ, καὶ ἀνομοτάκτος, ἀσεβὸς καὶ ἀμαρτωλός, ἀνοσίους καὶ βεβήλους, παρρηλοῖσι καὶ μητρολοῖσι. Καὶ οὐ μέχρι τοῦτου ἔστη, οὐδὲ μέχρι τῶν ἀμαρτημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ' εἶδος ἐκτελέθη τὰ ἀμαρτήματα, ὥστε πείσαι ἐπεισχηθῆναι τὴν τοῦ νόμου ἐπιστάσιαν. Εἶτα καταλέξας κατ' εἶδος, εἶπε καὶ κατὰ παράλειψιν, καίτοι

καὶ τὰ εἰρημένα ἰκανὰ ἦν ἀπαγαγεῖν. Περὶ τίνων οὖν ταῦτά φησι; Περὶ τοῦδαίον· ὅτιος γὰρ καὶ παρρηλοῖσι καὶ μητρολοῖσι, καὶ αὐτοὶ καὶ βεβήλοι καὶ ἀνόμοιοι· τοὺτους γὰρ εἰνέτταται, Ἄσεβῶν, εἰπὼν, καὶ ἀμαρτωλοῖς. Τοιούτων δὲ ἔστων αὐτῶν ἀναγκαιῶς καὶ ὁ νόμος ἰδόθη. Εἶπε γὰρ μοι, [558] οὐχὶ συνεχῶς εἰδῶσι προσεκύνουν; οὐ τὸν Μωϋσεῖα ἐλθάζον; οὐ φῶναι αὐτῶν αἱ χεῖρες ἐγεμν συγγενικῶν; οὐχὶ ἄνω καὶ κάτω ταῦτα αὐτοῖς ἐγκαλοῦσιν ἐξπροφήται; τοῖς δὲ τὰ ἐν οὐρανῷ φιλοσοφεῖσι περὶ τὰ ταῦτα. Παρρηλοῖσι, φησὶ, καὶ μητρολοῖσι, ἀκροφρόνοις, πόροις, ἀρροτοκοῖσι, ἀνθρακοῦσι, ψευσταῖς, ἐπιόροις, καὶ εἰ τε ἕτερον τῇ ὑγιαίνουσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται. Καλῶς εἶπε, Ἐπὶ ὑγιαίνουσῃ διδασκαλίᾳ. Ἐκεῖνα γὰρ πάντα πάθη ψυχῆς ἦν διεσθαρμένης. Κατὰ τὸ Ἐθαγγέλιον, φησὶ, τῆς δόξης τοῦ μακαρίου Θεοῦ, ὁ ἐπιστεῦσθαι ἐγώ. Ὅσατε καὶ νῦν ἐπὶ βεβαιώσει τοῦ Εὐαγγελίου δεῖ νόμου· τοῖς μέντοι πειθομένοις οὐ δεῖ. Εὐαγγέλιον δὲ δόξης αὐτὸ καλεῖ, δι' οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἡ δὲ τοῖς αἰσχυνομένοις ἐπὶ τοῖς διωγμοῖς, καὶ ἐπὶ τῷ πάθει τοῦ Χριστοῦ. Τῶν τε οὖν ἄλλων ἔνεκεν καὶ τοῦτων αὐτῶν Εὐαγγελίου δόξης ἔρχετο, δηλῶν ὅτι δόξα ἐστὶ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ· ἡ καὶ τὰ μέλλοντα αἰνέτταται. Εἰ γὰρ τὰ παρόντα αἰσχυνῆς γέμει καὶ ὀνειδῶν, ἀλλὰ τὰ μέλλοντα οὐ τοιαῦτα· τὸ δὲ Εὐαγγέλιον μελλόντων ἐστὶν, οὐ παρόντων. Πῶς οὖν ὁ ἄγγελος, Ἰδοὺ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν, ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν Σωτήρ; Ὅτι τεχθεὶς ἔμαλλε τοῦτο γίνεσθαι· οὐ γὰρ ἅμα ἐγεννήθη, εἰργάζετο ἂ τὰ σημεῖα. Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, φησὶ, τῆς δόξης τοῦ μακαρίου Θεοῦ. — Τῆς δόξης· ἡ τὴν λατρεῖαν φησὶ τοῦ Θεοῦ, ἡ ὅτι εἰ τὰ παρόντα πάντα ἐμπέπληται τῆς δόξης αὐτοῦ, πολλῷ δὲ μᾶλλον τὰ μέλλοντα· ὅταν τεθῶσι, φησὶν, ὑπὸ τοῦ πόδας αὐτοῦ οἱ ἔχθροί αὐτοῦ· ὅταν ἀντικείμενον ἢ μὲδὲν, ὅταν ἴδωσι οἱ δικαίοι πάντα τὰ μακαριστικά κείνα, ἢ μήτε ὀφθαλμῶς εἶδε, μήτε οὐς ἤκουσε, μήτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέθη. Θέλω γὰρ, φησὶν, ἵν' ὀπου εἶμι ἐγώ, καὶ οὗτοι ὡσικ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν, ἣν ἔδωκός μοι.

Μάθωμεν τίνας ἄρα οὗτοι εἰσι; καὶ μακαριστῶμεν αὐτοὺς, ἐνοοῦντες ὅσων ἀπολαύονται τότε αγαθῶν, ὅσων μεθέξουσι δόξης, ὅσων φωτός. Ἡ μὲν γὰρ ἐνταῦθα δόξα οὐδαμινῆ τέ ἐστι καὶ ἀστατο;· κὰν παραμεινῆ δὲ, ἕως τελευτῆς παραμένει, καὶ λοιπὸν παντελῶς ἀσέννυται· οὐ γὰρ συγκαταθήσεται αὐτῷ, φησὶν, ἡ δόξα αὐτοῦ ὅπισθον αὐτοῦ· πολλοῖς δὲ οὐδὲ ἐνταῦθα μέχρι τέλους καρέμειν· περὶ δὲ ἐκείνης οὐκ ἔστιν ὑποπεῦσαι· τι τοιοῦτον, ἀλλὰ πᾶν τούναντιον, ὅτι μένει, καὶ οὐδὲ τέλος ἔξει ποτέ. Τοιαῦτα γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ, μόνιμα καὶ μεταβολῆς κρείττω πάσης καὶ τέλους. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἡ δόξα τότε ἐκ τῶν ἐξω, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐνθον· οἷον τι λέγω· οὐκ ἀπὸ ἱματιῶν πολυτελιῶν, οὐκ ἀπὸ κλήθους θεραπόντων, οὐκ ἀπὸ ὀχημάτων ἢ ἡ δόξα τότε γίνεται, ἀλλὰ τούτων χωρὶς αὐτὸς ὁ ἀνὴρ ἡμψίσταται τὴν δόξαν. Νῦν μὲν γὰρ, ἂν ταῦτα ἀπῆ, γυμνὸς τῆς δόξης ἐσται, ἐκεῖ δὲ οὐχ οὕτως. Ἐν γοῦν βασιανείας γυμνοῖς ὀρωμεν ἐντίμους καὶ ἀτίμους, ὀρωμεν δὲ καὶ φαῦλους. Τῶν ἐν ἀγοραῖς πολλοὶ γοῦν πολλοῖς ἐκινδύνουσαν, τῶν κείνων αὐτοὺς κατὰ τινα χρεῖαν ἀπολιπόντων· ἐκεῖ δὲ μεθ' αὐτοῦ τὴν δόξαν ἔχει πανταχοῦ. [559] Καὶ καθάπερ οἱ ἄγγελοι, ὅπουπερ ἂν

• Conjectum est καὶ εἰργάζετο.  
 β Savil. in margine, οὐκ ἀπὸ σχημάτων.

φανώσιν, ἐν ἑαυτοῖς τὴν δόξαν ἔχουσιν, οὕτω καὶ οἱ ἅγιοι· μᾶλλον δὲ καθάπερ ὁ ἥλιος οὐ δεῖται ἱματίου, οὐ δεῖται ἐτέρου τινός, ἀλλ' ἅμα τε ἐφάνη καὶ τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἐξέλαμψεν, οὕτω καὶ τότε ἔσται.

γ'· Μεταδιδώκωμεν τοίνυν τὴν δόξαν ἐκείνην, ἧς οὐδὲν αἰδέσιμώτερον· καταλείπωμεν ταύτην, ἧς οὐδὲν οὐδαμινώτερον. Ἐρ περιβολῆ, φησὶν, ἱματίων μὴ καυχῆσθαι. Ταῦτα ἀνωθεν προελέγετο τοῖς νηπίοις. Καὶ γὰρ ὁ ὀρχηστὴς καὶ ἡ πόρνη καὶ ὁ σκηνικὸς χαριεστερὰ σου ἡμῖς εἰσται καὶ πολυτελέστερα. Καὶ χωρὶς δὲ τούτων, καυχᾶσαι ἐπὶ πράγματι, ᾧ ἂν ἐπιβῶνται σήτες, ἀπεστέρησάν σε τῆς ἀπολαύσεως. Ὁρᾶς πῶς ἀθέβαιόν ἐστι πρᾶγμα, ἡ τοῦ παρόντος βίου δόξα; Καυχᾶ ἐπὶ πράγματι, ὁ σκώληκας τίττουςαι, καὶ ἀπολλύουσαι· λέγονται γὰρ Ἰνδικὰ τινα ζωῖφια εἶναι, ὅθεν τὰ νήματα ταῦτα κατασκευάζεται. ἰτῆσαι ἱματίων, εἰ βούλει, τὸ ἐκ τῶν ἀνωθεν ὕφαντον, τὴν περιβολὴν τὴν θαυμασίαν καὶ λαμπρὰν, τὴν ἱματισμὸν τὸν διάχρυσον ἄνωγας. Ἐκείνας ὁ χρυσοῦς οὐκ ἀπὸ μετάλλου ἐστίν, ἀκαταδίκων χεῖρες ὕρυσαν, ἀλλ' ἀπὸ ἀρετῆς τίττεται. Περιβάλωμεν ἑαυτοὺς ἐκείνῃ τῇ στολῇ, ἣν οὐκ ἀνθρώποι πένητες καὶ δοῦλοι κατασκευάζουσιν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Δεσπότης. Ἄλλὰ εἶπαι; ὅτι κατέσπαρται τῷ ἱματίῳ τούτῳ χρυσοῦς; Καὶ τί τοῦτο πρὸς σέ; τὸν γὰρ ἐργασάμενον πάντες θαυμάζουσιν, οὐ τὸν περικαίμενον· ἐκεῖνου γὰρ ὄντως τὸ θαῦμα. Ὅσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἱματίων τῶν λιτῶν οὐ τὸ ξύλον, ἐν ᾧ ἐντέταται τὸ ἱμάτιον ἐπὶ τὸ κναφεῖον, θαυμάζομεν, ἀλλὰ τὸν ἐργαζόμενον, καίτοι ξύλον αὐτὰ φορεῖ, καὶ ξύλλῳ ἐνδέδεται. Ὅσπερ οὖν ἐκεῖνα οὐ χρεῖα ἐνεκεν ἐνδέδεται, οὕτως οὐδεὶς αὐταί, ἀλλὰ τῆς τοῦ ἱματίου χρεῖα; ἵνα τινάσσηται, φησὶν, ἵνα μὴ σπῆ κατατείνηται. Πῶς οὖν οὐκ ἐσχάτης τοῦτο ἀνοίας ἐστίν, ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς τοσαύτην ποιεῖσθαι σπουδὴν, καὶ πάντα μηχανᾶσθαι, καὶ τὴν ἑαυτῶν προδιδόναι σωτηρίαν, καὶ τῆς γενένης καταφρονεῖν, καὶ εἰς Θεὸν ὑβρίζειν, καὶ περιορᾶν τὸν Χριστὸν παινώντα; Τί ἂν τις εἴποι τὴν τῶν ἀρωμάτων πολυτέλειαν, τῶν Ἰνδικῶν, τῶν Ἀραβικῶν, τῶν Περσικῶν, τῶν ξηρῶν, τῶν ὑγρῶν, τῶν μύρων, τῶν θυμιαμάτων, ἅπερ ἅπαντα δαπάνην ἔχει πολλὴν καὶ ἀνόητον; Τί μυρίζεις, ὦ γύναι, τὸ σῶμα ἔσωθεν ἀκαθαρσίας γέμον; τί περὶ τὸ δυσῶδες ἀναίσκη, καὶ ταυτὸ πείεις, ὡσπερ ἂν εἰ τις ἐπιβάλῃ βορβόρον μύρον, ἢ πλίνθον διαθρέχει βάλσαμον; Ἔστιν, εἰ βούλει, μύρον, ἐστὶν ἄρωμα, ᾧ δυνήσθαι χρεῖται τὴν ψυχὴν, οὐκ ἐξ Ἀραβίας, οὐδὲ ἐξ Αἰθιοπίας, οὐδ' ἀπὸ Περσίδας, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ φερόμενον τοῦ οὐρανοῦ, πωλούμενον οὐ χρυσοῦ, ἀλλὰ προαιρέσεως ἀγαθῆς καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου. Τοῦτο ἀγράφαι τὸ μύρον, οὐ ἡ ὁσμὴ τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσσει δύναται· τούτου ἀπέπνεον οἱ ἀπόστολοι· Ὁσμὴ γὰρ ἔσμεν εὐωδίας, φησὶν, οἷς μὲν εἰς θάνατον, οἷς δὲ εἰς ζωὴν. Τί δὴ τοῦτό ἐστιν; Ὅτι καὶ ὅς ἀποπνιγεσθαι λέγεται ἀπὸ τῆς εὐωδίας. Οὐ τὸ σῶμα δὲ μόνον τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ μύρου τοῦ πνευματικοῦ [560] ἀπέπνεον. Οὕτω γὰρ ἔπειν καλὸν τὰ ἱμάτια Παύλου, ὡς δαίμονας ἀπελαύνει. Ποίου φύλλου, ποίας κασίας, ποίας σφύρης οὐχὶ καὶ ἡδίων καὶ χρησιμωτέρα αὐτῆς ἡ εὐωδία; Εἰ γὰρ δαίμονας ἀπήλαυσε, τί οὐκ ἂν ἕτερον εἰργάσατο; Τοῦτο κατασκευάζωμεν τὸ μύρον· κατασκευάζεται δὲ αὐτὸ δι' ἐλεημοσύνης ἢ πνευματικῆς χάριτος.

Τούτου καὶ ἐκεῖ ἀκαλόγητος μέλλομεν ἀποπνεῖν, καὶ τοὺς ἁγίους πρὸς ἑαυτοὺς ἐπιστρέφειν· καὶ καθάπερ ἐνταῦθα πάντας ἐπιστρέφουσιν οἱ ἀνακεχωρισμένοι· ταῖς εὐωδίαις, κἂν τε εἰς βαλανεῖον, κἂν τε εἰς ἐκκλησίαν, κἂν τε εἰς ἕτερον πολυάνθρωπον τόπον ἀπέλθῃ ὁ τοῦτο ἀποπνεῖν, πάντας αὐτοῦ ἐξαρτῶνται, καὶ πάντες ἐπιστρέφονται· οὕτω καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ κόσμῳ τῶν ἀποπνεύσων ψυχῶν τῆς πνευματικῆς εὐωδίας εἰσιουσῶν, πάντες· ὑπαξίστανται καὶ παραχωροῦσι. Καὶ ἐνταῦθα δὲ καὶ δαίμονες καὶ κκαῖα πᾶσαι προσελθεῖν οὐ τολμῶσιν οὐδὲ ὑπομένουσιν· ἀποπνιγόνται γὰρ. Ἐκεῖνο τοίνυν τὸ ἄρωμα περιθώμεθα. Τοῦτο μὲν γὰρ καὶ βλαχαιὰς δόξαν ἡμῖν περιτίθησιν, ἐκείνο δὲ ἀνδρεία; καὶ θαύματος ὄντως· καὶ παρρησίαν δὲ ἡμῖν πρέχει πολλήν. Τοῦτο τὸ ἄρωμα οὐ γῆ ἀνιδιώσιν, ἀλλ' ἀρετῆς τίττει, οὐ μαραινεται, ἀλλ' ἀνθεῖ· τοῦτο τιμῶν τοὺς ἔχοντας ποιεῖ. Τοῦτῳ χρυσόμεθα, ὅταν βαπτίζώμεθα· τότε καλὸν ἀποπνεόμεν. Τὸ δὲ καὶ τὸ ἐξῆς τοῦτο ἀποπνεῖν, τῆς ἡμῶν ἐστὶ σπουδῆς. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ παλαιὸν μύρον ἐχρίνοντο οἱ ἱερεῖς, τῆς ἀρετῆς σύμβολον δίδόντες, ὅτι τὸν ἱερέα καλὸν ἀποπνεῖν δεῖ. Τῆς δὲ ἁμαρτίας οὐδὲν ἐστὶ δυσωδέστερον. Ὅρα αὐτῆς πῶς διαγράφει τὴν φύσιν ὁ προφήτης. Προσώξασαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μύλωνες μου. Ὄντως γὰρ σηπεδόνος χεῖρων ἐστὶ καὶ δυσωδέστερα ἡ ἁμαρτία. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, πορνείας δυσωδέστερον; Εἰ δὲ μὴ αἰσθάνῃ ἐργαζομένης, ἐννόησόν μοι τίς ἡ ἁμαρτία μετὰ τὴν ἐργασίαν, καὶ τότε αὐτῆς ἔβη τὴν δυσωδίαν, τότε τὴν προστριβείσαν ἀκαθαρσίαν, τότε τὸ ἄγος, τότε τὸ μύσος.

Τοιαύτη πᾶσα ἁμαρτία· πρὶν ἢ μὲν ἐργασθῆναι, ἔχει τινὰ ἡδονὴν, μετὰ δὲ τὸ τελεσθῆναι τὸ μὲν ἡδὴ παύεται καὶ μαραινεται, τὸ δὲ λυπηρὸν καὶ κατηφές ἐπιστέρχεται. Ἡ δὲ δικαιοσύνη τὸναντίον· παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἔχει τοὺς πόνους, πρὸς δὲ τῷ τέλει τὴν ἡδονὴν καὶ τὴν ἀνάπαυσιν. Οὐδὲ ἐκεῖ μὲν οὖν ἡ ἡδονὴ ἡδονὴ γίνεται, τῇ προσδοκίᾳ τῆς αἰσχύνης καὶ τῆς τιμωρίας· καὶ ἐνταῦθα δὲ πάλιν οὐδὲ ὁ πόνος πόνος τῇ ἐλπίδι τῶν ἀμοιβῶν. Τί δὴ ἡ μέθη, εἰπέ μοι; οὐκ ἐν τῷ πίνειν μόνον ἔχει τὴν ἡδονὴν; μᾶλλον δὲ οὐδ' ἐν τῷ πίνειν. Ὅταν γὰρ εἰς ἀναίσθησίαν ἐμπέσῃ, καὶ μηδένα τῶν παρόντων βλέπῃ, ἀλλὰ τῶν μαυνομένων χεῖρον διακῆται, ποῖα λοιπὸν ἡδονὴ; Μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐν αὐτῇ τῇ πορνείᾳ ἡδονὴ τίς ἐστίν. Ὅταν γὰρ ὑπὸ πάθους ἢ ψυχῆ κατεχομένη τὴν κρίσιν ἀφαιρῆται, ποῖα αὐτῇ ἡδονὴ; Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ψώρα ἡδονὴ. Ἡδονὴν δὲ ἐκείνην ἐγὼ εἰποίμι ἂν τὴν ἀληθῆ, ὅταν μὴ ἦ ἐν πάθει ἢ ψυχῆ κατετεινομένη ὑπὸ τοῦ σώματος καὶ διασπομένη. [561] Ποῖα γὰρ αὐτῇ ἡδονὴ, τρίζων ὀδόντας, διαστρέφειν ὀφθαλμοὺς, γαργαλίζεσθαι καὶ θερμαίνεσθαι πέρα τοῦ δέοντος; Οὕτω δὲ οὐκ ἐστὶν ἡδονὴ, ὅτι σπεύδομεν αὐτῇ; ἀπαλλαγῆναι ταχέως, καὶ ἀπαλλαγέντες ἀλγοῦμεν. Εἰ ἡδονὴ ἐστὶ, μὴ ἀπαλλάττου αὐτῆς, ἀλλὰ μένει ἐν τῇ ἡδονῇ. Ὅρᾶς ὅτι θανάτῳ ἐστὶ μόνον ἡδονῆς; Ἄλλ' οὐ τὰ πρὸ ἡμῖν τοιαῦτα, ἀλλ' ὄντως; ἐστὶν ἡδέα, οὐ μετὰ γλογὸς ἔχοντα τὴν ἡδονὴν, ἀλλ' ἐλευθέραν ἀφιέντα τὴν ψυχὴν, καὶ εὐφραίνοντα καὶ διαχέοντα. Τοιαύτη ἦν ἡ Παύλου ἡδονὴ λέγοντος, Ἐρ τοῦτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι· καὶ, Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε. Ἐκείνη γὰρ καὶ αἰσχύνῃν ἔχει καὶ κατὰ γυνωσιν, ἐκείνη καὶ λάθρα γίνεται, καὶ μυρίων ἐμπέπληρται:

<sup>a</sup> Sic mss. recte. Editi vero καυχᾶ.

<sup>b</sup> forte leg., ἢ πίνοντες διαθρέχει βάλσαμον.

<sup>c</sup> Sic Comm., Savill. et Co'b. Legebatur ἀνακεχωρισμένοι ἐστίν.

<sup>d</sup> Sic iidem, pro vulg. ἀγος. Edit.

cum esse quopiam servi ipsos deseruissent : illic autem quis gloriam suam securo habet ubique. Ac sicut angeli, ubicumque apparuerint, secum gloriam habent : ita etiam sancti : imo vero sicut sol non opus habet vestimento, nec alia re quopiam, sed statim atque apparet, gloriam fulgoris sui emitit : ita etiam tunc erit.

3. Persequamur ergo gloriam illam, qua nihil venerabilius ; relinquamus hanc, qua nihil abjectius. *In amictu vestium ne gloriaris ( Eccli. 11. 4 )*, inquit. Hæc pridem prædicebantur infantibus. Nam saltator, meretrix et scenicus gratiosiora te et pretiosiora vestimenta circumferunt. Præterea vero de re gloriaris, quam si tineæ invadant, ejus te voluptate privabunt. Vides quam incerta res sit hujus vitæ gloria ? Gloriaris in re, quam vermes pariunt et perdunt : dicuntur Indica quædam animalcula esse, unde hæc fila conficiuntur. Eme vestem, si velis, e supernis textam, amictum admirabilem et splendidum, indumentum vere aureum. Aurum illud non ex metallis est, quæ damnatorum manus effoderunt, sed a virtute paritur : stola illa nos amiciamus, quam non homines inopes et servi conficiunt, sed ipse Dominus. At dices, Illic vestimento aurum insertum est ? Et quid hoc ad te ? nam opificem omnes vere mirantur, non eum qui illo vestitur : ille enim revera admiratione est dignus : sicut etiam in vestibus simplicibus non lignum officinæ fullonis, in quo vestis tenditur, admiramur, sed opificem, etiamsi lignum illam ferat et in ligno ligetur. Ut ergo non ad alium usum vestis sic ligatur, quam ut excutiat nec corrodat a tineis : quantæ dementiæ non fuerit pro re nullius pretii tantam adhibere curam, et nihil non moliri ; salutem vero suam prodere, gehennam despiciere, Deum contumelia afficere et Christum esurientem contemnere ? Quid dixeris de pretiosis aromatibus Indicis, Arabicis, Persicis, siccis, humidis, de unguentis, de odoribus, quæ omnia ingenti et inutili sumptu comparantur ? Quid unguentis, o mulier, corpus inficis, quod intus immunditia plenum est ? quid in rem male olentem curam impendis, et id ipsum facis, ac si quis unguentum in cœnum conjiceret, aut balsamum in laterem. Est, si velis, est utique aromatum genus, quo poteris animam ungere, non ex Arabia, non ex Æthiopia, neque ex Perside, sed ex ipso cælo delatum ; quod emittitur, non auro, sed voluntatis arbitrio, et fide non simulata. Hoc unguentum eme, cujus odor orbem implere potest : hujusmodi fragrantiam apostoli emittebant : *Odor enim, inquit, suavitatis sumus, aliis quidem in mortem, aliis vero in vitam ( 2. Cor. 2. 16 )*. Quid autem hoc est ? Fertur etiam sus fragrantia odoris suffocari. Non corpus modo apostolorum, sed etiam vestimenta unguentum spirituale spirabant. Ita pulchre namque spirabant Pauli indumenta, ut demonas pellerent. Quod folium, quam casiam, quam myrrham hæc fragrantia suavitate non superet ? Nam si demonas fugabat, quid aliud non præstiterit ? Hoc apparet unguentum : apparat autem illud per elemosynam spiritualis gratia. Hanc odoris fragran-

tiam illuc abeuntes spiraturi sumus, et sanctos ad nos conversuri : et sicut hic omnes in se convertuntur, qui unguentis delibuti sunt ; et sive in balneum, sive in ecclesiam, sive in alium numerosum cœtum se contulerint, omnes ab illis pendent, omnes ad illum se vertunt : sic et in illo mundo, cum animæ spirituali fragrantibus odore ingressæ fuerint, omnes stupent et cedunt. Hic vero demones et vitia omnia accedere non audent, nec sustinent ; suffocantur enim. Illa igitur aromata circumferamus. Hæc enim aromata lasciviæ opinionem nobis pariunt, illa vero fortitudinis atque miraculi, multamque nobis fiduciam induunt. Hæc aromata non terra germinat, sed virtus parit ; non marcescunt, sed florent, et iis ornatos venerabiles reddunt. Hoc unguimur unguento cum baptizamur : tunc bonam fragrantiam emitimus. Delinceptus vero ex studio nostro pendet ut bonum servemus odorem. Ideo priscis temporibus unguento inaugurabantur sacerdotes, virtutis symbolum dantes, quia sacerdotem bonum emitte odorem oportet. Peccato autem nihil putidius est. Vide quomodo ejus naturam depingat propheta : *Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ ( Psal. 57. 6 )*. Vere namque putredine omni foetidius est peccatum. Quid enim, quæso, peccato foetidius ? Quod si id non sentias dum peccatum perpetras, post perpetratum cogita, et tunc ejus factorem videbis, tunc immunditiam inmissam, tunc piaculum, tunc execrationem.

*Vera voluptas quæ.* — Tanta res est peccatum omne : antequam fiat, voluptatem habet quamdam ; postquam perpetratum est, voluptas cessat et marcescit, subit autem dolor et tristitia. Contra vero justitia laborem habet initio, in fine autem voluptatem et requiem. Illic voluptas ipsa voluptas non est, quia expectatur pudor et supplicium ; hic vero labor ipse labor non est, ob spem retributionis. Quid, quæso te, est ebrietas ? annon dum bibitur tantum voluptatem habet ? imo ne dum bibitur quidem. Cum enim sensus expers fiat, et præsentium neminem videat, sed furentibus deterior factus sit, quæ demum voluptas ? Imo ne in ipsa quidem fornicatione voluptas est. Cum enim ex nimio affectu anima judicio privetur, quæ voluptas esse possit ? Si hoc voluptas sit, scabies quoque voluptas erit. Voluptatem ego illam veram esse dicam, cum anima nullo vitioso affectu delinetur a corpore nec distrahitur. Quænam illa voluptas, dentibus stridere, oculos versare, gargarizare, inalescere præter decorum ? Adeo autem non est voluptas, ut cito studeamus ab illa liberari, et liberati doleamus. Si voluptas est, ne ab illa te expellias, sed mane in voluptate. Viden' id hominem tantum esse voluptatis ? At nostra non sunt hujusmodi, sed vere suavia ; non inflammatam illam habent voluptatem, sed liberam dimittunt animam, lætitia et suavitate perfusam. Talis erat voluptas Pauli dicentis : *In hoc gaudeo, sed et gaudebo ; et, Gaudete in Domino semper ( Philipp. 1. 18. et 4. 4 )*. Illa namque et turpitudinem et damnationem habet, illa occulte serpit, et innumeris plena est mœroribus : hæc vero iis om-



nibus libera est. Hanc itaque persequamur, ut et futura adipiscamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et Spiritui sancto

gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in æcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA III.

CAP. I. v. 12. *Gratias ago ei, qui me confortavit, Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me existimavit ponens in ministerio: 13. qui prius blasphemus fui et persecutor et contumeliosus; sed misericordiam Dei consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. 14. Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide et caritate in Christo Jesu.*

1. Paulus humilitati studebat. — Humilitatem multum lucrī afferre videmus, nusquam autem illam cito invenimus; sed humilitatem quidem verborum maximam et plus quam satis sit, humilitatem autem veram nusquam. Beatus autem Paulus illam ita persequabatur, ut multas ubique occasiones excogitaret, ut animum suum humilem redderet. Quia enim illos maxime laborare oportet dum humilitati acquirendæ student, qui magnam sibi operum conscii sunt; verisimilique est illam quoque magnam vim passum esse, ex bona conscientia quæ quasi a quodam fluxu, intumescibat; vide ergo hic quoque quid agat. Dixerat. *Creditum mihi est evangelium gloriæ Dei*: evangelium cuius participes esse nequeunt qui adhuc lege utuntur: eo quod scilicet ipsi adversaretur et tantum eius esset intervallum, ut qui sub lege tenebantur, nondum digni essent qui evangelii participes forent: ac si quis diceret, eos qui vinculis et pœna digni sunt, non licere in philosophorum chorum inferre. Quia igitur magnam sapiebat et loquebatur, simul seipsum comprimit, et aliis suadet ut idipsum faciant. Cum scripisset, *Quod creditum est mihi*; statim seipsum corripuit, ne existimes illum ex superbia ita loqui. Vide ergo qua utatur correctione, hæc subjungens: *Gratias ago ei, qui me confortavit, Jesu Christo Domino nostro, quoniam fidelem me existimavit ponens in ministerio*. Viden' quomodo ubique præclarum suum opus occultat, et totum referat Deo, ita tamen ut libertatem non tollat arbitrii? Dixisset enim fortasse infidelis: Si totum Dei est, et nihil a nobis inferitur, sed nos ut ligna et lapides transfert a malitia ad philosophiam; cur Paulum talem effecit, Judam non item? Hanc itaque tollens objectionem, vide cum quanta prudentia loquatur: *Creditum est mihi*, inquit. Hoc illius opus, hoc dignitas est; verum non ipsius est totum: vide enim quid dicat: *Gratias ago ei qui me confortavit, Christo Jesu*. Hoc Dei est: deinde quod suum est ponit, *Quoniam fidelem me existimavit*: recte, quia ex se utilis esse debebat. *Ponens*, inquit, *in ministerio, qui prius eram blasphemus et persecutor et contumeliosus: sed misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate*. Viden' quomodo et quod suum est ponit, et quod Dei est, plus tamen Dei providentiæ attribuens, quod vero suum est deprimens; ita tamen, ut dixi, ut non tollat libertatem arbitrii? Quid vero sibi vult illud, *Qui me conforta-*

vit? Audi: onus ingens subiecit, et multa indigebat superna gratia. Cogita enim quantum erat adversus quotidianas contumelias stare, adversus injurias, insidias, pericula, dietia, probra, mortes; neque descere, vel cadere, vel everti; sed quotidie innumeris impetuum undique telis, obfirmato vultu imperterritum consistere. Id non humanarum virium erat; sed neque Dei gratiæ tantum, sed ejus etiam liberi arbitrii. Quod autem Deus, cum præsciret qualis futurus esset, ipsam elegerit, audi quid dicat, antequam ille prædicare cœpisset: *Vas electionis est mihi hæc, ut portet nomen meum coram gentibus et regibus* (Act. 9. 15). Quemadmodum enim ille qui regionem vexillum, quod laborum vocari solet, gestant, multa opus habent fortitudine et peritla, ut ne in hostium manus tradant: sic qui nomen Christi ferunt, non in bello tantum, sed etiam in pace, multa opus habent virtute, ut ne maledicis linguis illud tradant, sed strenue gestent et cruce ferant. Multa enim fortitudine opus est ad nomen Christi ferendum. Nam qui indignum quid vel dicit, vel facit, vel sentit, nomen illud non fert, non habet Christum in seipso. Cum pompa graditur qui nomen illud fert, non in foro, sed in cælis; omnesque horrent, angeli stipantes mirantur. *Gratias ago, inquit, et, qui me confortavit, Domino nostro Jesu Christo*. Vide quomodo eorum etiam quæ ad ipsum pertinent ipsi gratias agat. Quia enim vas electionis est, dicit se illi gratiam habere. Atqui hoc tuum est, o beate Paulè; neque enim personarum acceptor est Deus. Sed gratias illi ago, inquit, quia me tali ministerio dignatus est: hoc enim signum est quod me fidelem existimaverit. Sicut enim in domo œconomus non solum gratiam habet hero quod sibi fidem habuerit; sed etiam hoc gratiæ signum ponit, quod se aliis fidiorem esse arbitretur: ita et hic dicendum. Deinde considera quomodo extollat misericordiam et benignitatem Dei, cum priorem suam vitam exponit: *Qui prius blasphemus fui, inquit, et persecutor et contumeliosus*. Et cum de Judæis loquitur, qui adhuc increduli erant, parcus verba facit: *Testificor enim illis, inquit, quod zelum Dei habent, sed non secundum scientiam* (Rom. 10. 2); se autem vocat blasphemum, persecutorem et contumeliosum. Viden' quam se dejiciat, quam non sit sui amans, quam humilem possideat animum? Non satis fuit illi quod se dixerit blasphemum et persecutorem, sed etiam id amplificavit. Neque enim in me solo scelus sistebam, inquit, neque satis erat mihi quod blasphemarem; sed etiam eos qui pie agere vellent, persequabar. Magna blasphemæ insania est. *Sed misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate*.

2. Cur ergo alii quoque Judæi non misericordiam



ἀφῶν· αὐτὴ δὲ πάντων τούτων ἀπήλλακται. Ταύτην οὖν μεταδιώκωμεν, ἵνα τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου

ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

### OMIΛΙΑ Γ.

**Χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι πιστόν με ἠγήσατο θέμιτος εἰς διακονίαν, τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον καὶ διώκτην καὶ ὑβριστήν· ἀλλ' ἠλεήθη, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ· ὑπερεκείνωσε δὲ ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.**

α'. Τὴν ταπεινοφροσύνην πολὺ μὲν ἔχουσαν κέρδος ὁρῶμεν, οὐδαμῶς δὲ ταχέως ἐβρισκομένην, ἀλλὰ ταπεινοφροσύνην μὲν πολλήν, καὶ πέρα τοῦ ὄντος, ταπεινοφροσύνην δὲ οὐδαμῶς. Ὁ δὲ μακάριος οὕτως αὐτὴν μετεδίωκε Παῦλος, ὡς καὶ ἐπινοεῖν κολλᾷ· πανταχοῦ προφάσεις πρὸς τὸ ταπεινοῦν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν. Ἐπειδὴ γὰρ μάλιστα ἐκαίνους εἰκὸς κάμνειν βουλομένους ταπεινοφροεῖν τοὺς μεγάλα συνεδίας αὐτοῖς κατορθώματα, πολλὴν δὲ εἰκὸς καὶ αὐτὴν βίαν πάσχειν, ὅπλ τοῦ συνειδότη· τοῦ ἀγαθοῦ, καθάπερ ὑπὸ τιος βέβηματος, ὀγκούμενον· ὅρα τοίνυν καὶ ἐνταῦθα τί ποιεῖ. Εἶπεν, ὅτι Ἐπιστεύθη ἐγὼ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ· εὐαγγέλιον, οὗ μετέχειν θέμις οὐκ ἐνὶ τοῖς ἔτι νόμοις χρωμένους· ἀντίκειται γὰρ αὐτῷ ἔτι, καὶ τοσοῦτον αὐτοῦ τὸ μέσον, ὡς τοὺς ὑπ' ἐκείνου φερομένους μηδέπω ἀξίους εἶναι τοῦτο μετέχειν· ὡσπερ ἂν εἴ τις λέγοι, ὅτι τοῖς δεσμῶν δεομένους καὶ δίχης οὐ θέμις εἰς φιλοσόφῳν εἰσφέρειν χορὸν. Ἐπεὶ οὖν ἐφυσήθη, καὶ μέγα ἐβλήξατο, ἅμα καὶ ἑαυτὸν καταστέλλει, καὶ τοὺς ἄλλους πείθει τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο ποιεῖν· γράφων τε, Ὁ ἐπιστεύθη ἐγὼ, ταχέως ἐκτελέθει αὐτοῦ, ἵνα μὴ [562] νομίσης. ὅτι ἐξ ὑπερηφανίας τοῦτο φησιν. Ὅρα τοίνυν πῶς κέχρηται διορθῶσαι ἐπίγων καὶ λέγων· **Χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι πιστόν με ἠγήσατο, θέμιτος εἰς διακονίαν.** Ὅρξ· πῶς πανταχοῦ τὸ ἑαυτοῦ κατορθώμα κρύπτει, καὶ τὸ πᾶν ἀνατίθει τῷ Θεῷ, ἀλλ' ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον τὸ αὐτεξουσίον μὴ λυμψασθαι· Ἐφη γὰρ ἂν ἰσως ὁ ἄπιστος, εἰ τὸ πᾶν τοῦ Θεοῦ ἐστὶ, καὶ οὐδὲν παρ' ἡμῶν εἰσφέρεται, ἀλλ' ὡς ζῆλα καὶ λίθος μετακίσει πρὸς φιλοσοφίαν ἀπὸ κακίας· τί δὲ ποιεῖ Παῦλον μὲν τοιοῦτον εἰργάσατο, τὸν δὲ Ἰουδαῖον οὐκέτι; Ταύτην οὖν ἀναίρων τὴν ἀντιθεσιν, ὅρα πῶς μετὰ συνέσεως τῷ λόγῳ κέχρηται. **Ἐπιστεύθη, φησὶν, ἐγὼ.** Τοῦτο αὐτοῦ κατορθώμα καὶ ἀξίωμα, ἀλλ' οὐκ αὐτοῦ ὄλον· ὅρα γὰρ τί φησι· **Χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ.** Τοῦτο τοῦ Θεοῦ· εἶτα πάλιν τὸ αὐτοῦ, ὅτι **πιστόν με ἠγήσατο**· πάντως, ἐπειδὴ ἐμύλην ἀφ' ἑαυτοῦ χρησιμεύειν. **Θέμιτος, φησὶν, εἰς διακονίαν τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον καὶ διώκτην καὶ ὑβριστήν· ἀλλ' ἠλεήθη, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ.** Ὅρα πῶς καὶ τὸ αὐτοῦ τίθει, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ, τὸ πλέον νέμων τῆ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ, τὸ δὲ αὐτοῦ συστέλλων, πλὴν ὅσον μὴ λυμψασθαι, ὡς ἔφθη ἐπιπῶν, τῷ αὐτεξουσίᾳ. Τί δὲ ἐστὶ, **τῷ ἐνδυναμώσαντί με;** Ἄκουε· φορεῖον ὑπέλαθε μέγα, καὶ πολλῆς εἰδείτο τῆς ἀνωθεν βοήθης. Ἐνόητον γὰρ

ἔσον ἦν πρὸς καθημερινὰ· ὕβρις, λοιδορίας, ἐπιβουλὰς, κινδύνους, σκώμματα, ὄνειδη, θανάτους ἵστασθαι, καὶ μὴ ἀποκάνειν μηδὲ ὀλισθαίνειν μηδὲ περιτρεπέσθαι, ἀλλὰ, πάντοθεν βαλλόμενον μυριοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοῖς βέλαις, ἀτενὲς ἔχοντα τὸ ἔμμη ἐστῆναι καὶ ἀκατάπληκτον. Τοῦτο οὐκ ἦν ἀνθρωπίνης ἰσχύος, ἀλλ' οὐδὲ τῆς τοῦ Θεοῦ βοήθης μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως. Ὅτι γὰρ προειδῶς αὐτὸν τίς ἴσται, εἴλετο αὐτὸν, ἄκουσον τί φησι, πρὶν ἢ ἄψασθαι αὐτὸν τοῦ κηρύγματος· **Σκεῖός ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βασιλεύσαι τὸ θνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλεύειν.** Ὅσπερ γὰρ οἱ βασιλεύοντες τὸ σημεῖον τὸ βασιλικὸν ἐν πολέμῳ, τὸ λεγόμενον τῆ συνηθεῖα λάβουρον<sup>β</sup>, πολλῆς δέονται τῆς ἰσχύος· καὶ τῆς ἐμπειρίας, ὥστε αὐτὸ μὴ προδοῦναι τοῖς πολεμίοις· οὕτω καὶ οἱ τὸ θνομα τοῦ Χριστοῦ βαστάζοντες· οὐκ ἐν πολέμῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν εἰρήνῃ, πολλῆς δέονται τῆς δυνάμεως, ὥστε τοῖς κατηγοροῖς αὐτὸ μὴ ἐκδοῦναι στόμασιν, ἀλλὰ βαστάζειν καλῶς καὶ φέρειν τὸν σταυρόν. Πολλῆς γὰρ ὄντως δεῖ τῆς ἰσχύος, ὥστε βαστάσαι τὸ θνομα τοῦ Χριστοῦ. Ὁ γὰρ ἀνάξιόν τι ἢ λέγων, ἢ πράττων, ἢ φρονῶν, οὐκ ἐδάστασε τὸ θνομα, οὐκ ἔχει τὸν Χριστὸν ἐν ἑαυτῷ. Πομπεῖς δὲ ὁ βαστάζων, οὐ δὲ ἀγορᾶ· ἀλλὰ διὰ τῶν οὐρανῶν, καὶ πάντας πεφρικασιν, ἀγγελιοδορυφροῦντες καὶ θαυμάζοντες. **Χάριν ἔχω, φησὶ, τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.** Ὅρα πῶς καὶ τῶν αὐτοῦ χάριν αὐτῷ οἶδεν. [563] Ὅτι γὰρ οὐκ εἰς ἐκλογῆς ἐστὶ, φησὶν αὐτῷ χάριν εἰδέναι. Καίτοι τοῦτο σὺν γέγονεν, ὡ μακάριε Παῦλε· οὐ γὰρ προσωπολήπτης· ὁ Θεός. Ἀλλὰ χάριν ἔχω, φησὶν, ὅτι κατηξιώσέ με τῆς διακονίας ταύτης· τοῦτο γὰρ με τοῦ πιστοῦ εἶναι νομίζειν σημεῖον. Καθάπερ γὰρ ἐν οἰκίᾳ οὗ τῷ πιστευθῆναι μόνον ὁ οἰκονόμος χάριν ἔχει τῷ δεσπότη, ἀλλὰ καὶ τὸ σημεῖον τίθει τοῦτο, ὅτι αὐτὸν τῶν ἄλλων ἵεῖται πιστότερον· τὴν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐνταῦθα. Εἶτα σκόπει πῶς ἐπαίρει τὸν ἕλεον τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν, τὸν πρότερον αὐτοῦ βίον ἐξηγουμένους. **Τὸν πρότερον ὄντα, φησὶ, βλάσφημον καὶ διώκτην καὶ ὑβριστήν.** Καὶ ἔθαν μὲν περὶ Ἰουδαίων διαλέγεται τῶν ἐπι ἀπίστων, μεθ' ὑποστολῆς κέχρηται τῷ λόγῳ· **Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, φησὶν, ὅτι ζήλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐκ αὐτῷ ἐπίγνωσιν**· περὶ δὲ αὐτοῦ φησὶ, **βλάσφημον ὄντα καὶ διώκτην καὶ ὑβριστήν.** Ὅρξ τὴν καταφορὰν αὐτοῦ, πῶς οὐκ ἐστὶ φιλοστος, πῶς συνεσταλέμενη κέχρηται τὴν διάνοιαν· οὐκ ἔρκει εἰπεῖν, βλάσφημον ὄντα καὶ διώκτην, ἀλλ' ὅτι καὶ μετ' ἐπιτάσεως τοῦτο ἐπραττε. Οὐ μόνον γὰρ, φησὶ, μέχρις ἐμοῦ ἴστων τὸ φαῦλον, οὐδὲ ἠκούμην αὐτὸς βλάσφημῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς βουλομένους εὔσειν ἐδίωκον. Πολλὴ τῆς βλασφημίας ἡ μαγία. Ἀλλ' ἠλεήθη, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ.

β'. Τίνες οὖν ἐνεκεν καὶ ἄλλοι Ἰουδαῖοι οὐκ ἠλεήθη-

<sup>β</sup> Λάβουρον videtur error esse pro λάβαρον. Alter codex λάβουρον (sic) habet; in altero huc, τὸ λεγόμενον τῆ συνήθεια λάβουρον, desunt.

<sup>α</sup> Unus codex habet τῷ αὐτεξουσίᾳ.

σαν; "Οτι οὐκ ἐξ ἀγνοίας, ἀλλὰ καὶ εἰδότες καὶ σφόδρα ἐπιτάμνοιο Ἐπραττον ἄπερ Ἐπραττον. Καὶ Ἰνα μάθης ἀκριβῶς, ἄκουε τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος, ὅτι Πολλοὶ ἐκ τῶν Φαρισαίων καὶ Ἰουδαίων ἐπιστευον μὲν, οὐχ ὠμολόγουν δέ. Ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον, ἢπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ πάλιν ὁ Χριστὸς φησι· Πῶς δύνασθε πιστεῦναι, δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες; καὶ πάλιν, Ταῦτα εἶπον, φησὶν, οἱ ῥογεῖς τοῦ τυφλοῦ διὰ τοὺς Ἰουδαίους, Ἰνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωται. Καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ Ἰουδαῖοι πάλιν ἔλεγον, Ὅρατε οὐδὲν ὠφελούμεν, οὐκ πᾶς ὁ κόσμος ἀπάγει ἐπίσω αὐτοῦ. Πανταχοῦ γὰρ αὐτοῖς τὸ τῆς φιλαρχίας πάθος ἠνώχλει. Καὶ μὴ αὐτοὶ εἶπον, ὅτι Οὐδεὶς δύναται ἀρῆναι ἀμωρίας, εἰ μὴ ὁ Θεός· καὶ εὐθέως ἐποίησε τοῦτο, ὅπερ ἔφησαν εἶναι σημεῖον Θεοῦ. Οὐκ ἦν οὖν ταῦτα ἀγνοίας. Πού δὲ ὁ Παῦλος ἦν τότε; Ἰσως ἂν τις εἴποι· Παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ, οὐδὲν κοινὸν μετὰ τῶν ὄχλων ἔχων τῶν στασιαστών. Ὁ δὲ Γαμαλιήλ ἀνήρ τις ἦν οὐ φιλαρχίας ἐνεκὸν τι ποιῶν. Πῶς οὖν μετὰ ταῦτα εὐρίσκειται μετὰ τοῦ ὄχλου ὁ Παῦλος; Ἐώρα αὐξάνομενον τὸ δόγμα, καὶ κρατοῦν λοιπῶν, καὶ πάντα αὐτοῦς παιδεύοντος. Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ Χριστοῦ ποτὶ μὲν αὐτῷ συνησαν, ποτὶ δὲ τοῖς διδασκάλοις· ὅτε δὲ ἔλεον ἀπασχοίνισθησαν, τότε λοιπῶν, οὐχ ὡς οἱ λοιποὶ φιλαρχίας ἐνεκὸν Ἐπραττεν ἄπερ Ἐπραττεν, ἀλλὰ ζήλου. Τίνος γὰρ ἐνεκὸν εἰς Δαμασκὸν ἐπορεύετο; Λύμην τὸ πρᾶγμα ἐνόμιζε, [564] καὶ ἐδοκίμασε μὴ πανταχοῦ διαδοθῆναι τὸ κήρυγμα. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι οὐχ οὕτως· οὐ γὰρ τῆς προστασίας τῶν πολλῶν ἐνεκὸν, ἀλλὰ φιλαρχίας χάριν πάντα Ἐπραττον. Ὅρα γοῦν τί φασιν· Ἀρροῦσιν ἡμῶν τὸ ἔθνος καὶ τὴν πόλιν. Ποῖος αὐτοῦς κατέοισαι φόβος; ἀνθρώπινος. Ἐκείνο δὲ ἄξιον ἐξετάσαι, πῶς ἀκριβῆς ὢν περὶ τὸν νόμον, οὐδὲν ἔργον αὐτῶν γὰρ ἦν ὁ λέγων. Ὁ προεπηγελάτο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ. Πῶς οὖν οὐκ οἶδας ζηλωτῆς ὑπάρχων τοῦ πατρῷου νόμου, παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλου παιδεύομενος; ἀλλ' οἱ μὲν ἐν λίμναις καὶ ποταμοῖς διατριβόντες καὶ τελῶναι προσέδρομον καὶ ἐδέξαντο, σὺ δὲ διώκεις ὁ νομομαθῆς; Διὰ τοῦτο κατεγίνωσκεν ἑαυτοῦ, λέγων, Οὐκ εἰμὶ ἱκανός καλεῖσθαι ἀπόστολος διὰ τοῦτο τὴν ἀγνοίαν ὁμολογῶ, ἦν ἡ ἀπιστία ἔτιχτε· διὰ τοῦτο φησὶν ἐλεσηθῆναι. Τί ἐστι, Πιστὸν με ἠγήσατο; Οὐδὲν τῶν Δεσποτικῶν προκίδου· πάντα αὐτοῦ ἔλεγεν εἶναι, καὶ τὰ ἴδια. Οὐκ ἐσφετερίζετο τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν. Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ καὶ ἀλλαχοῦ λέγοντος, Ἄνδρες, τί ἡμῖν προσέχετε; ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ὑμῖν ἐσμεν ἄνθρωποι. Τοῦτο ἐστι, Πιστὸν με ἠγήσατο. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, Περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοιλίασα, φησὶν· οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἢ σὺν ἐμοί· καὶ πάλιν, Ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν. Δεικνυσὶν ἑαυτὸν ἐκ τούτου τιμωρίας ἄξιον· ὁ γὰρ ἔλεος ἐπὶ τοῦτοις γίνεταί. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ φησι· Πῶρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν. Ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, φησὶν, ὑπερεπλεόνασε μετὰ πστεως καὶ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τί ἐστι τοῦτο; Ἰνα μὴ ἀκούσας, Ἠλεσθῆναι, τοσοῦτον μόνον νομίσης, Βλάσφημος, φησὶν, ἡμῖν καὶ διώκτης καὶ ὑβριστής· οὐκοῦν καὶ κολάσεως ἄξιος· ἀλλ' οὐκ ἐτιμωρήθη· ἠλεσθῆναι γάρ. Ἄρ' οὖν τοῦτο

μόνον, καὶ μέχρι τούτου ὁ ἔλεος τοῦ μὴ δοῦναι τιμωρίαν; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πολλὰ καὶ μεγάλα. Οὐ γὰρ τῆς ἐπιτηρημένης ἡμᾶς δικῆς μόνως ἀπῆλλαξεν ὁ Θεός, ἀλλὰ καὶ δικαίους ἐποίησε καὶ υἱούς καὶ ἀδελφοὺς καὶ φίλους καὶ κληρονόμους καὶ συγκληρονόμους. Διὰ τοῦτο φησὶν, Ὑπερεπλεόνασεν ἡ χάρις, δηλῶν ὅτι ὑπερέβη καὶ τὸν ἔλεον τὰ δῶρα. Ταῦτα γὰρ οὐκ ἐλεούντος ἐστίν, ἀλλὰ φιλοῦντος, καὶ σφόδρα ἀγαπῶντος. Εἰπὼν τοίνυν πολλὰ καὶ μεγάλα περὶ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ, ὅτι βλάσφημον ὄντα καὶ ὑβριστὴν καὶ διώκτην ἠλέησε, καὶ ὅτι οὐ μέχρι τούτου ἔσθη μόνον, ἀλλὰ καὶ μεγάλων ἑτέρων ἤξιωσε, πάλιν ἐκεῖνο ἀσφαλίζεται τῆ τῶν ἀπίστων, τὸ μὴ λέγειν οἱ ἢ προαιρέσει ἀνήρηται· ἐπήγαγε γοῦν, Μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τοσοῦτον μόνον, φησὶν, ἡμεῖς εἰσηγήκαμεν ἐπιστεῦσαμεν, ὅτι δύναται ἡμᾶς σώσαι.

γ. Ἀγαπήσωμεν τοίνυν αὐτὸν διὰ τοῦ Χριστοῦ. Τί ἐστι, Διὰ τοῦ Χριστοῦ; Ὅτι αὐτὸς ἡμῖν τούτου πρόξενος γέγονεν, οὐχ ὁ νόμος. Ὅρθε τίμων μὲν ὁ Χριστὸς αἴτιος ἡμῖν γέγονεν ἀγαθῶν, τίμων δὲ ὁ νόμος [565]; Καὶ οὐχ ἀπλῶς εἶπεν, Ἐπλεόνασεν ἡ χάρις, ἀλλ' Ὑπερεπλεόνασε. Καὶ γὰρ ὄντως ὑπερεπλεόνασε, τοὺς μυρίας κολάσεων ἄξιους, τοῦτους εἰς υἰοθεσίαν ἀγαθοῦσα ἐξαίτης. Ἰδοὺ πάλιν τὸ, ἐν, διὰ ἐστίν· οὐ γὰρ πίστεως δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγάπης· ἐπεὶ πολλοὶ καὶ νῦν εἰσιν, ὅτι μὲν ἐστίν ὁ Χριστὸς Θεός πιστεύοντες, οὐκ ἀγαπῶντες δὲ αὐτόν, οὐδὲ τὰ τῶν φιλοῦντων πράσσοντες· πῶς γὰρ, ὅταν πάντα αὐτοῦ προτιμῶσι, χρήματα, γένησιν, εἰμαρμένην, παρατήρησιν, κληρονομίους, οἰωνιμῶς; Ὅταν δὲ εἰς ὕβριν αὐτοῦ ζῶμεν, εἰπέ μοι, ποῖα ἀγάπη; Εἰ τις ἔχει φίλον θερμὸν καὶ διάπυρον, κἄν οὕτω φιλεῖτω τὸν Χριστόν· κἄν οὕτω φιλεῖτω τὸν ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν τὸν Ἰῶν αὐτοῦ δεδωκότα, οὐδὲν ἡμῶν κατωρθωκότων. Τί λέγω, κατωρθωκότων; μεγάλα μὲν οὖν ἐργασασμένων κακῶν, καὶ τετολμηκότων ἀτόλμητα ἀντ' οὐδανός. Καὶ ὁ μὲν μετὰ τὰς μυρίας εὐεργεσίας καὶ χηδεμονίας οὐδὲ οὕτως ἔβριζεν, ἀλλὰ τότε μάλιστα τὸν Ἰῶν ἔδωκεν, ὅτε μείζονα ἠδίκησαμεν· ἡμεῖς δὲ μετὰ τὸ τοσοῦτον τυχεῖν, μετὰ τὸ γενέσθαι φίλοι, μετὰ τὸ πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀξιοθῆναι δι' αὐτοῦ, οὐδὲ ὡς φίλον ἠγαπήσαμεν. Καὶ τίς ἡμῖν ἔσται ἐλπίς; Τάχα φρίττετε πρὸς τὸ ῥήμα· ἀλλ' εἶθε πρὸς τὰ πράγματα. Καὶ πῶς, φησὶν, οὐδὲ ὡς τοὺς φίλους οὕτω φιλήσομεν τὸν Θεόν; Πῶς; ἐγὼ πειράσομαι δεῖξαι· καὶ εὐχομαι μὲν μηδὲν δόξει λέγειν, ἀλλὰ ληρῶν· φοβοῦμαι δὲ μὴ κατὰ πραγμάτων ἢ τὰ λεγόμενα ῥήματα. Σκόπει δὲ ὑπὲρ φίλων, τῶν ὄντως φίλων, πολλοὶ καὶ ζημιωθῆναι εἴλοντο πολλάκις· τοῦ δὲ Χριστοῦ ἐνεκὸν οὐ μόνον ζημιωθῆναι, ἀλλὰ τοῖς οὖσιν ἀρκεῖσθαι οὐδεὶς ἀνέχεται. Ὑπὲρ φίλου πολλάκις καὶ ὑβρίσθημεν, καὶ ἐχθρας ὄνευξάμεθα· διὰ δὲ τὸν Χριστόν οὐδεὶς ἐχθραν ἀναδέχεται, ἀλλ' εἰχρῆ, φησὶ, φιλοῦ, εἰχρῆ μὴ μισοῦ. Τὸν φίλον λιμώττοντα οὐδέποτε περιεφόμεθα· τὸν δὲ Χριστόν καθ' ἡμέραν ἡμῖν προσίοντα οὐχ ὑπὲρ τινοῦ μεγάλου. ἀλλ' ὑπὲρ ἄρτου μόνου, οὐδὲ προσέμεθα, καὶ ταῦτα ἐρευγόμενοι δυσωδίας, καὶ διασπῶμενοι καὶ γαστριζόμενοι, καὶ τὸν χθισινὸν οἶνον ἀποκινῶτες, καὶ τρυφῶντες, καὶ οἱ μὲν πόρναις διδόντες, οἱ

\* Alius, ἀπεσπῆσθαι.

b Sic ex Colbertinis unus recte: Edit., ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ ἄρτου μόνου, nisi.

consequuti sunt? Quia non ex ignorantia, sed et scientes et rem notam habentes illa fecerunt. Et ut id accurate discas, audi evangelistam dicentem: *Multi ex Pharisæis et Judæis credebant quidem, non confitebantur autem. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei (Joan. 12. 42. 43).* Et iterum Christus dicit: *Quomodo potestis credere, gloriam ad invicem inquirentes; et rursus, Illec dixerunt, inquit, pareules cæci propter Judæos ne extra synagogam fierent. Ipse quoque Judæi rursus dicebant, Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus lotus post illum vadit (Id. 5. 44. et 9. 22. et 12. 19).* Ubique enim illos dominandi ambitio movebat. Atqui illi ipsi dicebant, *Nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus (Luc. 5. 21):* statimque, quod signum Dei esse dixerant, ille fecit. Non erat ergo id ex ignorantia. Ubinam vero tunc Paulus erat? Fortasse dixerit quispiam, ad pedes Gamalielis, qui nihil commune habebat cum seditiosis illis turbis: Gamaliel autem talis vir erat, qui ambitionis causa nihil ageret. Quomodo ergo postea Paulus cum turbis invenitur? Videbat ille dogma augeri et obtinere, omnesque fere ipsi obtemperare. Christo enim vivente aliquando ipsum, aliquando doctores adibant: cum autem penitus separati sunt, tunc non ambitione, ut cæteri, sed zelo motus illa agebat. Cur enim Damascum ibat? Perniciem quamdam doctrinam illam esse putabat, metuebaturque ne prædicatione ubique extenderetur. Judæi autem non sic: non enim ut multis patrocinerentur, sed ambitionis causa omnia faciebant. Vide ergo quid dicant: *Tollent nostram gentem et urbem (Joan. 11. 48).* Quinam illos timor incessebat? humanus. Apposite autem quaeratur, quomodo cum accurate legem nosset, nihil tamen sciret: ipse namque est qui dicit, *Quod ante promiserat: per prophetas suos (Rom. 1. 2).* Quomodo ergo ignoras, cum paternæ legis æmulator sis, et ad pedes Gamalielis institutus fueris (*Act. 22. 3*)? sed ii qui in stagnis et fluviis versabantur, et publicani accurrerant et susceperant, tu vero legis peritus persequeris? Ideo seipsum damnat dicens, *Non sum dignus vocari apostolus (1. Cor. 15. 9):* ideo ignorantiam confitetur, quam incredulitas pepererat: ideo ait se misericordiam consequutum esse. Quid sibi vult illud, *Fidelem me existimavit?* Nihil ex iis quæ Domini erant prodidit; omnia ipsius esse dicebat, etiamque sua propria; nec sibi tribuebat ea quæ ad Dei gloriam pertinerent. Audi enim illum alibi quoque dicentem: *Viri, quid nobis attenditis? nos enim homines sumus similes vobis passibiles (Act. 14. 14):* hoc est, *Fidelem me existimavit.* Et rursus alibi, *Abundantius illis omnibus laboravi, inquit, non ego, sed gratia Dei mecum (1. Cor. 15. 10);* et rursus, *Qui operatur in nobis et velle et perficere (Philipp. 2. 15).* Illic ostendit se supplicio dignum: misericordia enim hujusmodi hominibus conceditur. Et rursus alibi ait: *Cæcitas ex parte in Israel contigit. Sed gratia Dei, inquit, superabundavit cum fide et dilectione, quæ est in Christo Jesu (Rom. 11. 25).* Quid est hoc? Ne audies, *Misericordiam consequutus sum, hoc tantum ac-*

*cipias, Blasphemus, inquit, eram et persecutor et contumeliosus: ergo et supplicio dignus; sed non poenas dedi; nam misericordiam consequutus sum. An hoc solum, et eousque tantum misericordia processit ut supplicium non subires? Minime; sed alia multa et magna adjecta fuere: non solum enim ab imminente pœna nos liberavit Deus, sed etiam justos effecit et filios et fratres et amicos et heredes et coheredes. Ideo ait, Superabundavit gratia, ostendens dona illa misericordiam superavisse. Ilæc quippe non miserantis sunt, sed amantis et admodum diligentis. Cum ergo multa dixisset de benignitate Dei, quod sui blasphemus et contumeliosus et persecutoris misertus sit, et quod non hic substitit, sed multis et magnis aliis dignatus sit; rursus nos confirmat contra infidelium dictum, quod liberum arbitrium tollatur, subjungens: *Cum fide et caritate, quæ est in Christo Jesu.* Id solum intulimus nos, inquit, credidimus quod nos salvos facere possit.*

3. Diligamus ergo illum per Christum. Quid est illud, Per Christum? Quia Christus id nobis intulit, non lex. Viden' quorum nobis bonorum Christus auctor fuerit, quorum autem lex? Nec solum dixit, Abundavit gratia, sed, Superabundavit: vero enim superabundavit, quando mille suppliciis dignos repente in adoptionem transtulit. Ecce rursus, in, idem significat quod, per. Non enim fide opus est tantum, sed etiam caritate: nam plurimi nunc sunt, qui credunt quidem Christum esse Deum, sed illum non diligunt, neque ea quæ sunt amantium faciunt. Quomodo enim fecerint, cum omnia ipsi præferant, pecunias, genesim, fatum, observationes, auguria, vaticinia? Cum autem ad contumeliam ejus vivamus, dic mihi, quæ dilectio? Si quis habet amicum, quem ardenti complectatur affectu, sic saltem Christum diligit; sic saltem amet eum, qui pro inimicis Filium suum dedit, cum nullis meritis nostris. Quid dico meritis nostris? cum magna fecissemus mala, et nefaria ausi fuissemus sine causa. Ille quidem post mille beneficia et curas neque sic nos abiecit; sed tunc Filium suum dedit, cum majora scelera patravimus: nos autem postquam tanta consequuti eramus, postquam amici facti omnibus bonis per ipsum dignati sumus, ne tunc quidem ut amicum dileximus. Ecqua nobis erit spes? Forte exhorrescitis hæc audientes; sed utinam ad opera usque veniatis! Et quomodo, inquires, fieri potest ut Deum non perinde atque amicos diligamus? Quomodo? ego id conabor ostendere; et precor ut nihil videar dicere nisi deliramenta; vereor autem ne verba cum factis consentiant. Perpende autem: pro amicis, vere amicis, multi sæpe damna libenter perpassi sunt; pro Christo autem, non modo damna perpeti, sed etiam præsentibus contentus esse nemo sustinet: pro amico sæpe contumelias tulimus et inimicitias suscepimus; pro Christo autem nemo inimicitiam suscipit, sed, Licet frustra, inquam, amaris; frustra ne odio habeas (a). Amicum fame la-

(a) Videtur proverbium illo tempore fuisse.

borantem nunquam contemnemus; Christum vero quotidie venientem non pro magnis rebus, sed pro pane tantum, ne admittimus quidem; idque dum ex crupula foetida eructamus, distendimur, ventri indulgemus, hesternum quoque vinum spiramus, deliciamur; et alii quidem meretricibus largiuntur, alii parasitis, alii adulatoribus, monstis, fatuis et nanis: naturæ quippe defectus in suam convertunt voluptatem. Amicis, vere amicis, nunquam invidemus, neque de illorum felicitate mordemur: circa Christum autem hoc patimur, ac plus videas amicitiam illam valere, quam Dei timorem. Etentem simulator et invidus homines plus quam Deum veretur. Quomodo? ego dicam: quia cum Deus videat quæ in corde aguntur, homo dolos texere non desinit; si autem homo illo hominem videat, perit, erubescit. Quid hoc dico? amicum in afflictione versantem adimus; si vel tantillum differamus, timemus ne improbemur: Christum vero in vinculis sæpe morientem, ne invisimus quidem. Amicos autem fideles, non quia fideles sunt adimus, sed quia amici.

4. Videntur nihil ex Dei timore fieri, neque ex ejus amore, sed alia ex amicitia, alia ex consuetudine? Amicum videntes peregre proficiscentem, flemus, ingemiscimus; si vero mortuum videamus, plangimus, etiamsi sciamus eum a nobis non perpetuo separatum iri, sed nos in resurrectione ipsum esse recuperaturos: cum vero Christus quotidie separatur a nobis; imo cum Christum quotidie depellamus, non dolemus, neque grave quidpiam nos facere putamus, dum injuste agimus, illum affligimus, irritamus, quæ ipsi non placent facimus. Sed nondum ita horrenda res est, si illo non utimur ut amico; ego vero ostendam nos illo ut inimico uti. Quomodo? *Prudentia carnis*, inquit Paulus, *inimica est Dei* (Rom. 8. 7). Nos autem hoc semper circumferimus; Christum vero qui semper ad nos vult accurrere, ad Januas nostras venientem arcemus (mala enim opera hoc faciunt); ipsique contumelias quotidie inferri curamus per avaritiam et per rapinas nostras. Laudatur quispiam qui in concionando floret et Ecclesiæ utilis est? nos autem illi invidemus, quia quæ Dei sunt operatur: et videmur quidem illi invidere, sed invidia illa transit ad Christum. Non, in-

quies, sed volumus utilitatem illam non per alios, sed per nos inferri. Non propter Christum, sed propter nos: nam si propter Christum, nihil interesset nobis utrum per alios an per nos hæc fierent. Dic enim mihi, si quis medicus filium habens in cæcitalis periculo versantem, ipse medendi facultatem non haberet, alium vero inveniret qui curare posset, num illum repelleret? Nequaquam, sed illi fere sic loqueretur: Sive per me, sive per te curetur, nihil re'ert. Quare? Quia non quod sibi, sed quod filio conferre possit respicit. Ita et nos, si quæ Christum spectant attenderemus, diceremus: Sive per nos, sive per alium, quod utile est veniat: *Sive veritate, sive occasione*, inquit, *Christus annuntiat* (Philipp. 1. 18). Audi enim Moysem dicentem iis qui ipsum irritare volebant, quando Eldad et Modad prophetabant: *Non pro me amulari: quis dedit omnem populum Domini prophetas esse* (Num. 11. 29)? Hæc omnia ex gloriæ amore proficiscuntur. Ergo nonne hæc inimicorum et hostium sunt?

*Bona pro malis reddenda.*—Maledixit tibi quispiam? tu illum dilige. Et quomodo fieri potest? Potest, et admodum potest, si velis. Quod si bene de te loquentem diligas, non tibi gratia est habenda; non enim propter Dominum, sed propter laudem tuam id facis. Nocuit tibi quispiam? tu beneficium illi præsta: si autem beneficia pro beneficiis rependeris, nihil magis fecisti. Injurias et damna maxima passus es? contraria rependere stude. Ita, quæso, ita disponamus nostra; desinamus injuriam inferre et inimicos odio habere: ipse inimicos diligere jubet, et nos ipsum amantem persequimur. Absit, inquit. Sic omnes loquimur, sed non omnes id operibus exhibemus. Tanta est peccati caligo, ut quæ verbis non ferenda sunt, operibus sint ferenda. Abstineamus vel sero tandem ab iis quæ nobis noxia et perniciosa sunt nostræ salutis, ut consequamur ea, quæ amicos consequi par est. *Volo enim*, inquit, *ut ubi ego sum, illic sint et discipuli mei, ut gloriam meam videant* (Joan. 17. 24). Quam utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicquid Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA IV.

CAP. 1. v. 15. *Fidelis sermo, et omni acceptione dignus, quoniam Christus Jesus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.* 16. *Sed idcirco misericordiam consequutus sum, ut in me primo ostenderet Jesus Christus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam.*

1. Adeo magna sunt beneficia Dei, et ita omnem humanam expectationem et spem superant, ut ea sæpe vix credantur: nam quæ mens humana nec cogitavit, nec exspectavit, ea nobis ille largitus est. Ideoque apostoli multa ea de re loquuntur, ut credantur dona illa, quæ Deus nobis concessit. Ut enim in ma-

3. Quid ergo? inquit: an omnes Deus ordinat, etiam indignos? Non omnes Deus ordinat, sed per omnes operatur, etiamsi illi indigni sint, ut populus salvus fiat. Si enim per asinam, per Balaam sceleratam hominem, in plebis gratiam loquutus est (Num. 22), multo magis per sacerdotem. Quid enim non facit Deus pro salute nostra? quid non loquitur? per quem non operatur? Si per Judam operatus est, et per eos qui prophetabant, quibus dicit, *Non novi vos, discedite a me qui operamini iniquitatem* (Matth. 7. 23); et alii dæmonas ejiciebant: multo magis per sacerdotes operabitur. Nam si præpositorum vitam examinare vellemus, ipsi doctorum ordinatores futuri essemus, et omnia sursum deorsum vergerent; sursum pedes, deorsum caput. Audi Paulum dicentem: *Mihi autem pro minimo est ut a vobis judicet, aut ab humano die* (1. *Cor.* 4. 3); et rursus, *Tu quid judicas fratrem tuum* (Rom. 14. 10)? Si fratrem non oportet judicare, multo minus sacerdotem. Nam si quidem hoc præceptum Deus, recte facis; imo peccas non faciendo; si contra, ne audeas, neve supra scaminata exsilire coneris. Adversus Aaronem post confutatum vitulum insurrexerunt Core, Dathan et Abiron (Num. 16): quid ergo? nonne perierunt? Unusquisque quæ sua sunt curet. Si dogma perversum habeat, etiamsi angelus sit, ne illi obsequere; si vera docet, noli vitæ sed verbis attendere. Habes Paulum et verbis et operibus te moderantem. At, inquit, ille pauperibus non erogat, neque recte administrat. Undenam id tibi constat? Antequam discas noli culpares, time rationes reddendas. Multa ex suspitione judicantur. Imitare Dominum tuum: audi illum dicentem: *Descendens videbo si secundum clamorem operantur; sin autem, ut actum* (Gen. 18. 21). Quod si didicisti, examinasti et vidisti, Judicem expecta: noli præripere Christi ordinem: illius est ista discutere, non tuum: tu servus es ultimus, non Dominus: tu ovis es: ne ergo pastorem examines, ut ne de quibus ipsum accusas tu poenas des. Et cur ille mihi dicit, inquit, quod ipse non facit? Non ille tibi dicit: nam si illi obtemperos, mercedem non habes; Christus de his te admonet. Et quid dico? ne Paulo quidem obtemperandum esset, si ex se loqueretur, si quid humanum diceret; sed Apostolo credendum Christum habenti in se loquentem. Ne aliena igitur iudicemus, sed singuli sua:



vitam tuam scrutare. At ille, inquit, melior quam ego esse debet. Quare? Quia sacerdos est. Et quid non habet ille amplius quam tu? annon labores? annon pericula? annon concertationem, curas, aerumnas? Cum hæc igitur habeat, quomodo non te melior fuerit? Etiam si vero melior non sit, an, queso, debet teipsum perdere? Arrogantia sunt hæc verba. Unde namque nosti illum non esse te meliorem? Si furetur, inquit; si sacra expilet. Undenam id nosti, mi homo? cur per præcipitia teipsum impellis? Et tu quidem, si quispiam dixerit, ille purpuram habet; etiam si scias, aures obturis; etiam si illum confutare possis, statim resillis, et te non nosse simulas, nolens te in supervacaneum periculum conjicere: hic autem non modo non resillis, sed etiam frustra periculum suscipis. Hæc verba non culpa vacant: audi namque Christum dicentem: *Dico autem vobis, quod omne verbum otiosum quodcumque loquuti fuerint homines, reddent de illo rationem in die judicii* (Math. 12. 36). Teipsum putas aliquem meliorem esse, neque ingemiscis, nec poetas tundis, nec caput inclinas, nec publicanum imitaris? Ergo teipsum vis perdere, etiam si melior sis. Melior es? tace, ut melior maneat: sin id dixeris, totum evacuasti. Si te putas esse, non es; sin non putas, multam adjecisti. Si enim qui peccator erat, quia confessus est, descendit justificatus; qui non admodum peccator est, et se esse putat, quid non lucrabitur? Vitam tuam scrutare. Non furaris? sed rapis, sed vim inferis et alia innumera similia perpetras. Hæc dico, non furtum laudans, abait; sed lacrymas fundens si quis talis fuerit, nedum approbem. Quantum enim malum sit sacrilegium ne dici quidem possit; sed vobis parco: nolo enim virtutem nostram alios accusando minuire. Quid, queso, publicano deterius? Verum erat ipsum esse publicanum et mille malis obnoxium; et quia Pharisæus dixit, *Quia non sum sicut publicanus ille* (Luc. 18. 11), omnia perdidit: tu de sacerdote dicis, Non sum sicut iste sacrorum expilator, et non omnia amittis? Hæc dicere compellor et dicta similia confutare, non quod illos tantum curem, sed quia de vobis timeo, ne virtutem vestram tali jactantia et judicio evacuetis. Audi namque Paulum monentem ac dicentem: *Opus autem suum probet unusquisque, et tunc in semetipso tantum habebit gloriam, et non in altero* (Gal. 6. 4).

4. Dic mihi, si saucius proficiscaris ad medicum, num missa vulneris curatione, medicum curiose interrogas an vulnus habeat, necne? an vero, si ille habeat, sollicitus es? vel quia ille habet, tuum non curas, et dicis, Oporteret medicum bene valere; quia autem ille, etsi medicus, non bene valet, ulcus ego meum sine cura referam? an, si sacerdos sit improbus, solatii quid referet subditus? Minime. Sed dabit ille debitas pœnas; dabis et tu promeritas: etenim magister tantum jam ordinem implet. *Erunt enim, inquit, omnes docibiles Dei* (Joan. 6. 45; Isai. 54. 13); *neque dicent, Agnosce Dominum; omnes enim agnoscent me a minimo usque ad maximum eorum* (Jer. 31. 34).

Cur ergo, inquit, presidet? cur hunc locum occupat? Ne, queso, magistros maledictis impetamus, ne curiosius scrutemur, ne nos ipsos ledamus: nostra discutiamus, et nomini maledicimus. Revereamur dicam illum, in quo nos ipse illuminavit. Si quis patrem habeat mille malis obnoxium, omnia tegit. *Ne gloriaris, inquit, in ignominia patris tui: neque enim tibi tam gloria est, quam probrum* (Eccli. 3. 12). Etiam si enim illi prudentia deficiat, veniam habeat, si de corporalibus patribus hæc dicenda sunt, multo magis de spiritualibus. Reverere, quia quotidie tibi ministrat. Scripturas legi curat, propter te domum ornat, propter te vigilat, propter te precatur, pro te stat Deo supplicans, pro te totus ejus cultus est. Hæc reverere, hæc cogita, cum omni pietate accede. Dic mihi, improbus est? Et quid hoc? num enim qui non improbus est tibi magna bona largitur? Minime: nam secundum fidem tuam totum efficitur. Neque justus tibi proderit, si tu fidelis non sis; neque improbus nocebit, si sis fidelis. Per vacas in arca operatus est Deus, quando voluit populum salvum facere. Num sacerdotis vita, num virtus ejus tale quid efficit? Non talia sunt ea quæ Deus elargitur, ut a sacerdotali virtute perficiantur: totum ex gratia est; hujus autem tantum est os aperire, totum vero Deus operatur; symbolum hic solum implet. Cogita quantum sit intervallum inter Joannem et Jesum: audi enim Joannem dicentem: *Ego opus habeo a te baptizari* (Math. 3. 14); et, *Non sum dignus solvere corrigiam calceamenti* (Joan. 1. 26). Attamen, cum tantum interesset discriminis, Spiritus descendit, quem non habebat Joannes. *Ex plenitudine enim ejus, inquit, nos omnes accepimus* (Ibid. v. 16). Attamen priusquam baptizaretur non descendit; nec Joannes ut descenderet effecit. Cur ergo sic res peragitur? Ut discas sacerdotem implere symbolum. Nullus homo tantum distat ab alio homine quantum Joannes a Jesu; attamen Spiritus in ipsum descendit, ut discas Deum omnia perficere et operari.

*Dignitas sacrificii eucharistici non ab homine offerente pendet. Christus vere in Eucharistia est.* — Volo quid plane stupendum adjicere; sed ne miremini, neque turbemini. Quid hoc est? Oblatio eadem est, quiaquis offerat, sive Paulus, sive Petrus; eadem est, quam Christus dedit discipulis, et quam nunc sacerdotes faciunt: hæc illa nihil minor est, quia non homines hanc sanctificant, sed is ipse qui illam sanctificavit. Sicut enim verba, quæ Deus loquutus est, eadem sunt quæ nunc sacerdos dicit: sic oblatio eadem ipsa est, ut et baptismi quod dedit. Sic totum fidei est. Insilit statim Spiritus in Cornelium, quia prius ille quæ sua erant fecerat, et fidem contulerat. Et hoc igitur corpus Christi est, et illud: qui vero putat hoc minus ille esse, is nescit Christum etiam nunc adesse et operari. Hæc itaque cum sciamus; non enim frustra hæc omnia a nobis dicta sunt, sed ut mentem vestram corrigamus, cautioresque vos in posterum agamus; dictarum custodia advigilemos. Quod si semper audientes, nunquam perficimus, nihil ex dictis emole-



τὸν Ἄριστον ἔχοντι λαλοῦντα ἐν αὐτοῖς. Μὴ κρίνωμεν τὰ ἀλλήλων, ἀλλὰ τὰ ἑαυτοῦ ἕκαστος· ἐξέτασον σοὺ τὸν βίον. Ἄλλ' ἐκείνος ὀφείλει μου βελτίων εἶναι, φησί. Διὰ τί; Ὅτι ἱερεὺς ἐστί. Καὶ τί σου πλῆσον οὐκ ἔχει; οὐχὶ τοὺς μόθους; οὐχὶ τοὺς κινδύνους; οὐχὶ τὴν ἀγωνίαν; οὐχὶ τὴν ταλαιπωρίαν; Ταῦτα τοῖνον ἔχων πῶς οὐ βελτίων ἐστί σου; Εἰ δὲ οὐκ ἐστί βελτίων, ἄρα ὀφείλεις, εἰπέ μοι, σὺ σαυτὸν ἀπολλύσαι; Ἀπονοίας [670] ταῦτα τὰ ῥήματα. Πόθεν γάρ, δεῖ οὐκ ἐστί σου βελτίων; Ἐὰν κλέπτῃ, φησί, καὶ ἱεροσυλῇ. Πόθεν οἶδας, ἀνθρώπε; τί κατὰ χρημῶν ὠθείς σαυτὸν; Καὶ σὺ μὲν, ἂν εἴπῃ τις, δεῖ ὁ δεῖνα πορφύραν ἔχει, καὶ εἰδῶς ἦς, ἀποφράττει τὰ ὦτα, καὶ ἐλέγξει δυνάμενος ἦς, ἀποπηδᾷ εὐθέως καὶ προσποῖη μὴ εἰδέναι, περιττὸν κίνδυνον μὴ θέλων ἀναδέξασθαι· ἐνταῦθα ἐπὶ οὐ μόνον οὐκ ἀποπηδᾷ, ἀλλὰ καὶ ἀναδέχῃ περιττὸν κίνδυνον. Ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἐστὶν ἀνεύθυνα· ἄκουε γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, *Δέτω δὲ ὑμῖν, δεῖ πᾶρ ῥῆμα ἀργόν, ὃ ἂν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, δόσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως*. Ὅπως δὲ, οἷε τιδὸς βελτίων εἶναι, καὶ οὐ στενάζει, οὐδὲ κόπεται τὸ στήθος, οὐδὲ κάτω κύπτει, οὐδὲ μιμνῆ τὸν τελώνην; Οὐκοῦν ἀπόλασας σαυτὸν, καὶ βελτίων ἦς. Βελτίων εἰ; σίγα, ἵνα μὴνης βελτίων· ἂν δὲ εἴπῃς, ἐκείνωσας τὸ πᾶν. Ἄν νομίσης, οὐχὶ· ἂν μὴ νομίσης, πολὺ προσέθηκας. Εἰ γὰρ ὁ ὢν ἁμαρτωλὸς, ἐπειδὴ ὠμολόγησε, κατῆλθε δεδικαιωμένος, ὁ μὴ ὢν σφόδρα ἁμαρτωλὸς, καὶ οὕτω πεπεισμένος, τί οὐ κερδανεῖ; Ἐξέτασον σου τὸν βίον. Οὐ κλέπτεις; ἀλλ' ἀρπάξεις, ἀλλὰ βιάξῃ, ἀλλὰ μυρία ἕτερα τοιαῦτα ποιεῖς. Οὐκ ἔπαιων λέγω τὴν κλοπὴν, ἄπαγε, ἀλλὰ καὶ σφόδρα θαυρῶν, εἰ τις ἄρα ἐστί τοιοῦτος· οὐ γὰρ πειθομαι. Ὅσον γὰρ ἡ ἱεροσυλία κακὸν, οὕδὲ ἐστὶν εἰπεῖν· ἀλλ' ὠμῶν φειδομαι· οὐ γὰρ βούλομαι τὴν ἀρετὴν τὴν ἡμετέραν κενοῦσθαι τῷ κατηγορεῖν ἑτέρων. Τί τοῦ τελῶνου χεῖρον, εἰπέ μοι; Ἀληθὲς ἦν, δεῖ καὶ τελώνης ἦν, καὶ μυρίων ἔνοχος κακῶν· καὶ μόνον ἵνα εἴπῃ ὁ Φαρισαῖος, Ὅτι οὐκ εἰμὶ ὁστος ὁ τελώνης, πάντα ἀπόλασε· οὐ περὶ τοῦ ἱερέως λέγεις, δεῖ οὐκ εἰμὶ ὡς οὗτος ἱερόσουλός, καὶ οὐ πάντα κενοῖς; Ταῦτα λέγειν ἀναγκάζομαι καὶ ἐπιξίναί· τούτῳ τῷ λόγῳ, οὐκ ἐπειδὴ ἐκείνων μοι μέλει τοσούτον, ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ ὑμῶν δέδοικα, μὴ κενώσητε ὑμῶν τὴν ἀρετὴν διὰ τῆς καυχώσεως; ταύτης, διὰ τῆς κατακρίσεως. Ἄκουε γὰρ τοῦ Παύλου παραινούντος καὶ λέγοντος· *Τὸ δὲ ἔργον αὐτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος, καὶ τότε εἰς αὐτὸν μόνον τὸ καύχημα ἔξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον*.

θ. Εἰπέ μοι, ἂν εἰς ἱατρὸν ἔλθῃ τραῦμα ἔχων, μὴ ἀφελὲς φάρμακον ἐπιθεῖναι καὶ θεραπεύσαι τὸ ἔλκος, περιεργάζῃ τὸν ἱατρὸν, εἴτε ἔλκος ἔχει, εἴτε οὐκ ἔχει; καὶ ἔχη δὲ, φροντίζεις; ἢ ἐπειδὴ ἔχει ἐκείνος, τὸ σαυτοῦ οὐ θεραπεύεις, καὶ λέγεις, Ἐχρῆν αὐτὸν ὑγιαίνειν ἱατρὸν ὄντα· ἐπειδὴ οὐχ ὑγιαίνει ἱατρὸς ὢν, ἀφήμην καὶ γὰρ τὸ ἔλκος τὸ ἐμὸν ἀνάτον; μὴ γὰρ, ἂν ὁ ἱερεὺς ἢ κακὸς, παραμυθία ἔσται τῷ ἀφελμένῳ; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ ὁσπερ μὲν ἐκείνος δίκην τὴν ὠρισμένην· δώσεις δὲ καὶ σὺ τὴν ὀρεϊλομένην καὶ πρέπουσαν· καὶ γὰρ ὁ διδάσκαλος τάξιν<sup>β</sup> λοιπὸν πληροῖ μόνον. Ἔσσονται γὰρ, φησί, πάντες διδακτοὶ θεοῦ, καὶ οὐ μὴ εἰπωσι, *Γινώθι τὸν Κύριον, δεῖ πάντες εἰδῆσαι σου εἰ με ἀπὸ μικροῦ ἔως μεγάλου αὐτῶν*. Τίνος οὖν ἔκκεν, φησί, προκάθηται; τίνος οὖν ἐνεκεν ἐφ-

ἔσται; [671] Μὴ λέγωμεν, παρακαλῶ, κακῶς τοὺς διδασκάλους, μὴδὲ ἀκριβολογώμεθα περὶ τούτων, ἵνα μὴ κακῶς ἑαυτοὺς διαθῶμεν· τὰ ἡμέτερα ἐξετάζωμεν, καὶ οὐδένα ἐροῦμεν κακῶς. Αἰδέσθωμεν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθ' ἣν ἡμεῖς ἐφώτισεν. Ἄν πατέρα τις ἔχη, καὶ μυρία ἔχη δεῖνά, πάντα συστιάξει. Μὴ δοξάζον γὰρ, φησὶν, *ἐν ἀτιμίᾳ πατρὸς σου· οὐ γὰρ ἐστί σοι δόξα ὡς θεοῦ*. Καὶ ἀπολίπη σύνεσις, συγγνώμην ἔχε. Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν σωματικῶν πατέρων, πολλῶν μάλλον ἐπὶ τῶν πνευματικῶν πατέρων ταῦτα λεγέτον. Αἰδέσθητι δεῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν σοὶ διακονεῖται· ἀναγινώσκεισθε ποιεῖ τὰς Γραφάς, διὰ σὲ τὸν οἶκον κοσμεῖ, διὰ σὲ ἀγρυπνεῖ, διὰ σὲ εὐχεταί, ὑπὲρ σοῦ ἔστηκε τὸν θεὸν παρακαλῶν, διὰ σὲ λιτὰς ποιεῖ, ὑπὲρ σοῦ πᾶσα αὐτῷ ἡ θρησκεία. Ταῦτα αἰδέσθητι, ταῦτα ἐνύκησον, μετὰ πάσης εὐλαβείας πρόσθεσι. Εἰπέ μοι, φαῦλός ἐστι; Καὶ τί τοῦτο; ὁ γὰρ μὴ φαῦλος αὐτός σοι χαρίζεται τὰ μεγάλα ἀγαθὰ; Οὐδαμῶς· πρὸς τὴν πίστιν τὴν σὴν τὸ πᾶν ἐνεργεῖται. Ὅτε ὁ δίκαιος ὠφελήσῃ τι, μὴ δντος σου πιστοῦ, οὕτε ὁ φαῦλος βλάψῃ τι, δντος σου πιστοῦ. Διὰ βῶν ἐνήργησεν ὁ θεὸς; ἐπὶ τῆς κειωτοῦ, δεῖ ἐθούλητον σῶσαι τὸν λαόν. Μὴ γὰρ ὁ βίος τοῦ ἱερέως, μὴ γὰρ ἡ ἀρετὴ τοσοῦτον τι συντελεῖ; Οὐκ ἐσθι τοιαῦτα ἀχαρίζεται ὁ θεός, ὡς ὑπὸ ἱερατικῆς ἀρετῆς ἀνύσθαι· τὸ πᾶν τῆς χάριτός ἐστι· τοῦτου ἐστὶν ἀνοίξει μόνον τὸ στόμα, τὸ δὲ πᾶν ὁ θεός ἐργάζεται· σύμβολον οὗτος πληροῖ μόνον. Ἐνύκησον ὅσον ἐστί τὸ μέσον Ἰωάννου καὶ τοῦ Ἰησοῦ· ἄκουε γὰρ Ἰωάννου λέγοντος· *Ἐγὼ χρεῖαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ, Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λύσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδημάτος*. Ἄλλ' ὅμως καὶ τοσοῦτον δντος τοῦ μέσου, καὶ Πνεῦμα κατηνέχθη, ὅπερ οὐκ εἶχεν Ἰωάννης. Ἐκ γὰρ πληρώματος αὐτοῦ, φησὶν, *ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν*. Ἄλλ' ὅμως πρὶν ἢ βαπτισθῆναι, οὐ κατηνέχθη· οὐ μὴν οὐδὲ Ἰωάννης ἐποίησεν αὐτὸ κατενεχθῆναι. Τί οὖν τοῦτο γίνεται; Ἴνα μάθῃς, δεῖ σύμβολον ὁ ἱερεὺς πληροῖ. Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀνθρώπου τοσοῦτον ἀφέστηκεν, ὅσον Ἰωάννης τοῦ Ἰησοῦ· ἀλλ' ὅμως ἐπ' αὐτοῦ κατῆλθε τὸ Πνεῦμα, ἵνα μάθῃ; δεῖ τὸ πᾶν ὁ θεός ἐργάζεται, δεῖ τὸ πᾶν ὁ θεός ποιεῖ.

Βούλομαι τι παράδοξον εἰπεῖν, ἀλλὰ μὴ θαυμάσητε μὴδὲ ὀροθηθῆτε. Τί δὴ τοῦτό ἐστιν; Ἡ προσφορὰ ἢ αὐτὴ ἐστί, καὶ ὁ τυχὼν προσενέγκῃ, καὶ Παῦλος, καὶ Πέτρος· ἢ αὐτὴ ἐστὶν, ἣν ὁ Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς ἔδωκε, καὶ ἣν νῦν οἱ ἱερεῖς ποιοῦσιν· οὐδὲν αὕτη ἐλάττων ἐκείνης, δεῖ καὶ ταύτην οὐκ ἀνθρώποι ἀγιάζουσιν, ἀλλ' αὐτὸς καὶ ἐκείνην ἀγιάσας. Ὅσπερ γὰρ τὰ ῥήματα, ἄπερ ὁ θεός ἐφθέγγαστο, τὰ αὐτὰ ἐστὶν, ἄπερ ὁ ἱερεὺς καὶ νῦν λέγει· οὕτω καὶ ἡ προσφορὰ ἢ αὐτὴ ἐστί, καὶ τὸ βάπτισμα ὅπερ ἔδωκεν. Οὕτω τὸ πᾶν τῆς Πίσταως ἐστὶν. Ἐπεσηθήσεν εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐπὶ Κορνήλιον, ἐπειδὴ προλαβὼν τὰ παρ' αὐτοῦ ἐπαβέβητο, καὶ τὴν πίστιν εἰσήνεγκε. Καὶ τοῦτο τοῖνον σῶμά ἐστι, καὶ αἶνον· ὁ δὲ νομίζων τοῦτο ἑλαττον ἐκείνου εἶναι, οὐκ [672] οἶδεν δεῖ ὁ Χριστὸς καὶ νῦν πάρεστι, καὶ νῦν ἐνεργεῖ. Ταῦτα τοῖνον εἰδότες (οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς εἰρηται ἡμῖν ταῦτα πάντα, ἀλλ' ἵνα διορθώσωμεν ὑμῶν τὴν γνώμην, καὶ ἀσφαλίστέρου; εἰς τὸ ἐξῆς ἐργασώμεθα), πολλὴν τῶν εἰρημένων τὴν φυλακὴν ἐπιδείξαθε. Ἄν δὲ ἀεὶ μὲν ἀκούωμεν, πράττωμεν δὲ μηδέποτε, οὐδὲν

<sup>a</sup> Leg. ἐπιπῆ θ'.

<sup>b</sup> Τέξην ἰδιώτου conjicit Hales.

ἡρὶν ὄφρατος ἔσται τῶν λεγομένων. Προσέχωμεν τοῦτων ἀκριδῶς, προσέχωμεν τοῖς λαθεῖσι μετ' ἐπιμελείας, ἀπογράφωμεν αὐτὰ ἐπὶ τῆς διανοίας τῆς

ἡμετέρας, ἔχωμεν αἰεὶ κεκολλημένα τῷ συνεδῶντι, καὶ διηλεκτῶς ὄξεν ἀναπέμφωμεν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι.

#### OMIAIA Γ'.

*Ἰσοτύπωσιν ἔχε ὁμοειδῶν λόγων ὧν παρ' ἐμοῦ ἦκουσας ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν. Οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ· ὧν ἔστι Φύρατος· καὶ Ἐρμογένης. Δὴν ἔλεος ὁ Κύριος τῷ Ὀρησιφόρου οἴκῳ, ὅτι πολλὰκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἄλυσιν μου οὐκ ἐπησχύνθη, ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ σπουδαιότερόν με ἐξήτησε, καὶ εὖρε. Δὴν αὐτῷ ὁ Κύριος εὖρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείτῃ τῇ ἡμέρᾳ. Καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διεκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις.*

α'. Οὐ διὰ γραμμάτων μόνον τὰ πρακτέα ὑπατίθετο τῷ μαθητῇ, ἀλλ' ἦδη καὶ διὰ βημάτων. Καὶ τοῦτο πολλαχῶς καὶ ἐν ἄλλοις ἐδήλωσε λέγων· *Ἔπειτα διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς, ὡς δι' ἡμῶν·* πολλῶ δὲ μᾶλλον καὶ ἐνταῦθα. Μὴ τοίνυν ἑλλειπῶς εἰρηθεῖαι τὰ κατὰ τὴν διδασκαλίαν νομίσωμεν· πολλὰ γὰρ αὐτῷ καὶ ἀγράφως, παρέδωκεν· ἅπερ οὐν ἀναμνησκῶν αὐτὸν, ἔλεγεν· *Ἰσοτύπωσιν ἔχε ὁμοειδῶν λόγων ὧν παρ' ἐμοῦ ἦκουσας.* Τί δὲ ἔστιν ὃ φησι; Καθάπερ ἐπὶ τῶν ζωγράφων ἐνετυπωσάμην, φησὶν, εἰκόνα σοι τῆς ἀρετῆς καὶ τῶν τῷ Θεῷ δοκούντων ἀπάντων, ὡς περ εἰνὲ κανόνα καὶ ἀρχέτυπον καὶ ὄρους καταβαλὼν εἰς τὴν σὴν ψυχὴν. Ταῦτα οὐν ἔχε· κἴν περιπίστευε, κἴν περι ἀγάπης, κἴν περι σωφρονισμοῦ δέησι τὴν βουλεύσασθαι, ἔκειθεν λάμβανει τὰ παραδείγματα· οὐ δεήσει σοι παρ' ἑτέρων εἰκόνα ζητεῖν, πάντων ἐκεῖ κατακειμένων. *Τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον.* Πῶς; *Διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν.* Οὐ γὰρ ἔστιν ἀνθρωπίνης ψυχῆς οὐδὲ δυνάμεως, τοσαῦτα ἐμπιστευθῆναι ἀρκέσαι πρὸς τὴν φυλακὴν. Διὰ τί; *Ἵτι πολλοὶ οἱ λησταί, σκότος βαθύ· ὁ διάβολος ἐφέστηκεν ἐπὶ καὶ ἐφεδρεύει· οὐκ ὀδοῦμεν ποῖα ὄρα, ποῖα κειρῶ ἐπιτίθεται.* Πῶς οὐν ἀρκέτομεν πρὸς τὴν φυλακὴν, φησὶ; *Διὰ Πνεύματος ἁγίου, τουτέστιν, ἵαν ἐδ Πνεῦμα ἔχωμεν παρ' ἡμῖν· ἵαν μὴ τὴν χάριν [673] φυγαδεύσωμεν, παρίσταται.* *Ἐὰν γὰρ μὴ Κύριος οἶκον οἰκοδομήσῃ, εἰς μάτην ἐκοκίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες· ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησαν οἱ φυλάσσοντες αὐτήν.* Τοῦτο τείχος ἡμῖν, τοῦτο φρούριον, τοῦτο καταφυγή. Εἰ τοίνυν ἐνοικεῖ, καὶ αὐτὸ φυλάσσει, τίς χρεια παραγγελίας; *Ἵνα αὐτὸ, φησὶ, κατέχωμεν, ἵνα αὐτὸ φυλάσσωμεν, καὶ μὴ διώκωμεν διὰ τῶν φαύλων πράξεων.* Ἔπειτα ἐξηγεῖται τοὺς πειρασμούς, οὐχὶ καταβαλεῖν τὸν μαθητὴν βουλόμενος, ἀλλὰ διαναστῆσαι, ἵνα εἴ ποτε καὶ αὐτὸς περιπέσοι τοῦτοις, μὴ ξενοπαθῇ, πρὸς τὸν διδάσκαλον ἀφορῶν καὶ μεμνημένος πάντων τῶν συμβάντων αὐτῷ. Τί οὐν φησὶν; *Ἐπισθὲ εἰκόθε ἦν αὐτὸν συλληφθέντα ἐγκαταλιφθῆναι, καὶ μηδεμιὰς ἀπολαῦσαι φιλανθρωπίας, μηδὲ ροπῆς, μηδὲ βοηθείας, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν πιστῶν καὶ φίλων τροφεύσασθαι, ἀκουε τί φησὶν·* *Οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ.* Εἰκόθε

ἦν ἐν Ῥώμῃ εἶναι πολλοὺς τότε ἀπὸ τῶν Ἀσίας μερῶν· ἀλλ' οὐδεὶς μοι παρίστη, φησὶν, οὐδεὶς με ἐγνώρισεν, πάντες ἀπηλλοτριώθησαν. Καὶ ὅρα τὴν φιλόσοπον αὐτοῦ ψυχὴν. Εἶπε τὸ γενόμενον μόνον, οὐχὶ κατηράσατο αὐτοῖς· ἀλλὰ τὸν μὲν πράξαντα τοῦτο καὶ ἐπήνεσε, καὶ ἐπαύχεται τούτῳ μυρία ἀγαθὰ, ἐκείνοις δὲ οὐ κατηράσατο, ἀλλὰ τί φησὶν; *Ἵν ἔστι Φύρατος καὶ Ἐρμογένης. Δὴν ἔλεος ὁ Κύριος, φησὶ, τῷ Ὀρησιφόρου οἴκῳ, ὅτι πολλὰκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἄλυσιν μου οὐκ ἐπησχύνθη, ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ σπουδαιότερον ἐξήτησέ με, καὶ εὖρε.* Θεία πῶς πανταχοῦ τὴν αἰσχύνῃν λέγει, οὐ τὸν κίνδυνον, ὥστε μὴ φοβηθῆναι τὸν Τιμόθεον, καίτοι κινδύνον τὸ πρᾶγμα ἔγεμε· προσέειπε γὰρ τότε τῷ Νέρωνα, εἰνὲ τῶν ἀνακειμένων αὐτῷ οικειωσάμενος. *Ἄλλὰ γενόμενος, φησὶν, ἐν Ῥώμῃ οὐ μόνον οὐκ ἐφυγέ μου τὴν συντυχίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπεζήτησέ με, καὶ εὖρε. Δὴν αὐτῷ ὁ Κύριος εὖρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείτῃ τῇ ἡμέρᾳ. Καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διεκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις.* Τοιούτους εἶναι χρὴ τοὺς πιστούς, μήτε φόβον, μήτε ἀπειλή, μήτε αἰσχύνῃ κωλύεσθαι, ἀλλὰ συμπράττειν ἀλλήλοις, καθάπερ ἢ ἐν πολέμῳ παρεστάναι καὶ βοηθεῖν. Οὐ γὰρ τοῖς κινδυνεύουσι τοσοῦτον, ὅσον ἑαυτοῖς χαρίζονται, κοινωνοὺς ἑαυτοῦ ποιούντας διὰ τῶν εἰς ἐκείνους γεγεννημένων τῶν ἐκείνοις ὀφειλομένων στεφάνων. Ὅλον, ἐν θλίψει καθέστηκε τις τῶν ἀνακειμένων Θεῷ, πολλὰ πάσχων θειά, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς καρτερίας θλώων· οὐ οὐδέπω πρὸς τὸν ἀγῶνα τοῦτον εἰλικύσθης· ἔξεστί σοι, εἰ βουληθείης, καὶ μὴ ἐμβάντι εἰς τὸ στάδιον, μεριστῇ γενέσθαι τῶν ἀποκειμένων αὐτῷ στεφάνων, παρόντι, ἀλείφοντι, προτρέποντι, διεγειροῦντι. Καὶ ὅτι τοῦτο ὅπως ἔχει, ἀκουσον τί φησὶν ἐτέρωσι γράφων· *Πλὴν καλῶς ἐκοιμήσασιν συγκατονησάμενοι μου τῇ θλίψει· καὶ πάλιν·* *Ἵτι καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ καὶ ἄπαξ καὶ δις εἰς τὴν χρεῖαν μου ἐπέμψατε.* Καὶ πῶς οἱ ἀπόντες τῷ μὴ παρόντι ἐκοινωνήσαν τῆς θλίψεως; Πῶς; *Ἵτι ἐπέμψατέ μοι, φησὶ, τὰ εἰς τὴν χρεῖαν καὶ ἄπαξ καὶ δις.* Καὶ πάλιν περὶ τοῦ Ἐπαφροδίτου λέγων φησὶν· *Ἵτι ἤγγισσε [674] μέχρι θανάτου παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ, ἵνα ἀνακληρώσῃ τὸ ὄμωρ ὁστέρισμα τῆς πρὸς με λειτουργίας.* Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν βασιλέων οὐχὶ οἱ πολεμοῦντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τὰ σκευὴ φυλάσσοντες τιμῆς μετέχουσι, καὶ οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἰσῶν πολλὰκις ἐπέτυχον δῶρον, καίτοι γε οὐδὲ τὰς χεῖρας αἰμάξαντες, οὐδὲ τὰ ὄπλα θέμενοι, ἀλλ' οὐδὲ ὄλωσεν τὴν παράταξιν θεασάμενοι τῶν πολεμίων· πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ τούτων τῶν θλίψεων. Ὁ γὰρ βοηθῶν τῷ ἀθλητῇ λιμῶν τεκομένη, ὁ παρῶν, ὁ λόγιος παρακαλῶν, ὁ τὴν ἄλλην θεραπείαν ἅπαναν παρέχων, τὸ ἴσον ἔχει τῷ ἀθλοῦντι.

β'. Μὴ γὰρ μοι Παῦλον ἐννοήσῃς τὸν ἀθλητὴν, τὸν ἀμαχον καὶ ἀκαταγώνιστον, ἀλλὰ ἄλλον εἰνὲ τῶν πολλῶν, ὃς εἰ μὴ ἔτυχε πολλῆς παραμυθίας, πολλῆς παρακλήσεως, οὐκ ἂν ἴσως ἔστη, οὐκ ἂν ἠγωνίσαστο. Ὅστε οἱ ἐξω τῶν ἀνῶνων τῷ εἰς τοὺς ἀγῶνας ἑμέ-

α Sic Savil. et Commel. Legebatur ΦΩητος. Edit.

β Legere καὶ καθάπερ παυλλὸν Δανωσ.

mentū percipiemus. Attendamus ergo diligenter, quæ dicta sunt perpendamus, ea describamus in mente nostra, in conscientia nostra insculpta teneamus, et

jugiter gloriam referamus Patri et Filio et Spiritui sancto.

### HOMILIA III.

CAP. I. v. 13. *Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide et caritate quæ est in Christo Jesu : 14. bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis. 15. Scis hoc quod aversi sunt a me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phygelus et Hermogenes. 16. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit ; 17. sed cum Romam venisset, sollicite me quæsit, et invenit. 18. Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti.*

1. Non per literas solum discipulo, quæ agenda erant suggererat, sed etiam verbis, quod plurimis aliis etiam in locis ostendit dicens, *Sive per verbum, sive per epistolam, quasi per nos missam (2. Thess. 2. 15).* Id vero multo magis hic facite. Ne ergo putemus aliquid in doctrina tradita deficere : multa enim illi absque scripto tradidit : quæ nunc in memoriam revocans dicit : *Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti.* Quid autem vult significare? Pictorum more, inquit, imaginem tibi virtutis impressi et coram omnium quæ Deo grata sunt, velut normam et archetypum et definitionem animæ tuæ indidi. Hæc igitur teneto ; sive de fide, sive de caritate, sive de castitate consulere oporteat, hinc exemplaria accipe : non opus habebis apud alios imaginem quærere, cum omnia ibi sint reposita. *Bonum depositum custodi.* Quomodo? *Per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis.* Non est enim humanæ animæ humanæque virtutis, tot deposita digne servare. Quare? Quia multi sunt latrones, profundæ tenebræ : diabolus instat adhuc et insidiatur : nescimus quo tempore, vel qua hora invadat. Quomodo igitur, inquit, ad custodiam sufficimus? *Per Spiritum sanctum ; id est, si Spiritum in nobis habeamus ; si gratiam non repellamus, aderit.* Nam *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam : nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilant qui custodiant eam (Psal. 126. 1).* Hic murus nobis est, hoc presidium, hoc refugium. Si ergo inhabitat et custodit, quid opus est præcepto? Ut ipsum retineamus, inquit, et custodiamus, nec per mala opera expellamus. Deinde tentationes recenset, non ut discipulum dejiciat, sed ut excitet, ut, si ipse in hæc incidat, non turbetur, ad magistrum se convertens et in memoriam revocans ea omnia quæ ipsi acciderunt. Quid ergo ait? Quia fieri poterat ut ipse captus desereretur, et nullius humanitate frueretur, nec gratia vel auxilio ; sed etiam ut ab ipsis fidelibus et amicis proderetur, audi quid ait : *Scis hoc, quod aversi sunt a me omnes qui in Asia sunt.* Verisimile est tunc Romæ multos ex Asia partibus fuisse : sed, *Nemo, inquit, adstitit mihi, nemo me novit, omnes alienati sunt.* Et vide philosophum ejus animum. Dixit tantum quod factum fuerat, nec maledixit eis ;

sed cum qui sibi bene fecerat, et laudat et mille ipsi bona apprecatur ; illis vero non maledixit, sed quid ait? *Ex quibus est Phygelus et Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigeraverit, et catenam meam non erubuit ; sed cum Romam venisset, sollicite me quæsit, et invenit.* Perpende quomodo ubique confusionem seu pudorem, nusquam periculum dicat, ut Timotheus non terreatur, etsi tunc periculo res plena erat : infensum enim tunc habebat Neronem, quod quemquam ex familiaribus ejus sibi attraxisset. Sed cum venisset Romam, inquit, non modo consortium meum non fugit, sed etiam me quæsit et invenit. *Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti.* Tales esse fideles oportet, nec timore, nec minis, nec pudore impediri, sed mutuo cooperari, et velut in bello adstare et auxilium ferre. Neque enim tantum periclitantibus, quantum sibi prosunt, se socios reddentes per opem ipsi allatam etiam coronarum ipsis debitarum. Verbi gratia : in calamitate versatur aliquis qui se Deo addixit, multa patitur et cum magna tolerantia collectatur ; tu vero nondum ad hoc certamen inductus fuisti : licet tibi, si velis, etsi in stadium ingressus non es, in partem venire coronarum, quæ repositæ sunt, si adsis, si inungas, si horteris, si excites. Et quod res ita se habeat, audi quid dicat ille alibi scribens : *Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ ; et rursus : Cum Thessalonicam quoque et semel et bis in usum mihi misistis ( Philipp. 4. 14. 16 ).* Et quomodo qui non aderant absentibus in pressuris communicarunt? Quomodo? *Quia misistis, inquit, mihi necessaria et semel et secundo ;* et rursus de Epaphrodito dicit, *Quoniam appropinquavit usque ad mortem, non parcens animæ, ut suppleret defectui ministerii vestri erga me ( Ibid. 2. 30 ).* Ut enim apud reges non modo qui pugnant, sed etiam qui vasa custodiunt, honoris sunt participes, neque utcumque, sed etiam paria sæpe consequuntur dona, licet manus non cruentarint, neque arma ceperint, nec hostium aciem viderint ; multo magis in his ærumnis. Nam qui athletam juvat fame attenuatum, qui adest, qui illum verbis hortatur, et ministeria alia omnia exhibet, certanti par præmium obtinet.

2. Ne enim mihi Paulum cogites, athletam invictum et inseparabilem, sed alium quemvis ex multis, qui nisi multo solatio, multa adhortatione fultus fuisset, fortasse non stetisset neque pugnasset. Itaque ii qui extra certamen erant, ei qui in agone decertabat, victoriæ causa fuere, et coronarum quoque consortes fieri merentur. Et quid mirum si inter viventes quis iisdem rebus participans, iisdem queis decertantes dignetur præmiis, quando etiam illi qui decesserunt, qui jacent, qui coronati sunt, qui nullo egent, etiam

post mortem licet esse participes : audi enim Paulum dicentem, *Memoria sanctorum communicantes*. Et quomodo, inquit, licet communicare? Quando illum admiraris; quando aliquid eorum exsequeris, pro quibus ille coronatus est, illius certaminum et coronarum consors es. *Det illi*, inquit, *Domine invenire misericordiam a Domino in die illa*. Misertus est mei, inquit : habebit ergo retributionem in die illa tremenda et terribili, ubi multa misericordia egebimus. *Det illi*, inquit, *Domine invenire misericordiam a Domino*. Duone sunt Domini? Nequaquam; sed unus nobis Dominus Christus Jesus, et unus Deus. Hic qui Marcionis morbo laborant, dictum illud usurpant. Sed discant hunc esse Scripturæ morem, et id sæpe in sacris Libris occurrere, ut cum dicit, *Dixit Dominus Domino meo*; et rursus, *Dixi Domino, Dominus meus es tu* (*Psal.* 109. 1. et 15. 2); et alibi, *Pluit Dominus a Domino* (*Gen.* 19. 24). Hoc autem personas declarat consubstantiales, non naturæ diversitatem : non enim hoc dicit, ut duas substantias inter se distinctas, sed ut duas personas ejusdem substantiæ intelligamus. Vide autem quomodo dicat, *Det illi Dominus*. Quid hoc? Non aliud quam misericordia. Quia enim ille misericordiam consequutus fuerat ab Onesiphoro, ut eandem ille a Deo consequatur postulat. Si autem Onesiphorus, qui sese periculis exposuerat, ex misericordia salvus sit; multo magis nos. Terribiles namque sunt illæ pœnæ, terribiles et multa clementia opus habentes, ut non audiamus dictum illud tremendum : *Discedite, nescio vos, qui operamini iniquitatem*; ut non audiamus rursus illud tremendum : *Discedite, maledicti, in ignem æternum, paratum diabolo et angelis ejus* (*Math.* 7. 23. et 25. 41); ut non audiant : *Chaos est inter nos et vos* (*Luc.* 16. 26); ut non audiant illud horrore plenum : *Tollite illum, et injicite in tenebras exteriores*; ut non audiant illud multam incutiens timorum, *Serve nequam et piger* (*Math.* 22. 13. et 25. 26). Horrendum quippe et terribile est tribunal illud. Atqui Deus mildis est et mansuetus. Deus enim misericordiarum et Deus consolationis vocatur (2. *Cor.* 1. 3), et ita bonus ut nemo alius par sit, benignus, clemens, multæ misericordiæ, nec vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat (*Esach.* 18. 23). Unde ergo, unde fit ut dies illa tanto sit plena terrore? fluvius igneus ante thronum ejus trahitur, libri operum nostrorum aperti sunt, dies ille ut cilbanus ardens est, angeli circumcurrant, fornaces appositæ sunt multæ. Quomodo ergo clemens est? quomodo misericors? quomodo bonus? Tamenque sic ille hinc clemens erga homines esse monstratur et clementiæ ejus magnitudo ostenditur. Ideo namque tantum nobis incutit timorem, ut his compulsi ad regni desiderium excitemur. Vide autem mihi quomodo non utcumque de Onesiphoro testificetur, sed dicat, *Sæpe me refrigeravit*: quasi athletam quendam æstu et labore fatigatum, recreavit, inquit, et roboravit. *Et quanta Ephesi mihi ministravit, tu nescis nocti*. Non solum Ephesi, inquit, sed etiam hic. Tale enim oportet esse eam qui vigilans et conclatata est, non semel vel bis vel ter operari debet, sed per to-

tam vitam. Sicut enim corpus nostrum non semel nutritum, habet totius vitæ substantiam, sed quotidiano cibo opus habet : ita et in pietate quotidiano egemus bonorum operum auxilio. Multa enim nobis misericordia est opus : etenim propter peccata nostra clemens Deus illa omnia facit, cum nihil horum opus habeat, sed pro nobis omnia facit. Ideo enim omnia nobis exposuit et enarravit; nec solum narravit, sed etiam per opera fidem fecit. Fide namque dignus erat etiam ex solis verbis; sed ne quis hyperbolen vel minus tantum illa esse verba putaret, per opera etiam certitudinem addit. Quomodo? Et privatim et publice pœnas indacens. Atque ut ex ipsis rebus ediscas, modo Pharaonem punivit, modo diluvium aquarum et universum illud exitium induxit, aliquando etiam ignis supplicium. Et nunc quoque videmus improbos multos peniri et pœnas luere : quæ exempla sunt gehennæ.

*Judicia Dei timenda.*—3. Ne dormiamus enim, nec desidia torpeamus, nec verborum obliviscamur, per opera nos admonet et excitat, hic ostendens judicia, tribunalia, pœnas. Quod si apud homines tanta est justitiæ cura, apud Deum qui has leges constituit, nullane erit horum ratio? et quomodo hæc credi possint? Nam et domi et in foro ubique tribunalia videre est. Domi namque herus quotidie justitiam in servos exercet, pœnasque peccantibus infert, alias culpas punit, alias condonat. In agris quoque villicus et uxor quotidie judicantur : in navi gubernator de vectoribus judicat, in exercitibus dux de militibus : et multa inveneris tribunalia; in artibus magister de discipulo. Privatim ergo et publice omnes alter de altero judicant; et nusquam juris rationem neglectam quis videat, sed ubique omnes rationes reddere. Ergone, cum hic justus perquisitio ubique fiat per urbes, per domos, et per singulos; illic, ubi justitia plena est dextera Dei, et justitia ejus sicut montes Dei, ibi nulla erit justitiæ ratio? Et quomodo Deus Judex justus, fortis et sapiens (*Psal.* 7. 12), id suffert, nec pœnas exigit? Illic habes causam : patiens, inquit, est; diu expectat ad poenitentiam te trahens : si autem perseveres, *Secundum duritiam tuam et impositens cor thesaurizas tibi iram* (*Rom.* 2. 5). Si ergo justus est, secundum meritum reddit, nec eos qui male patiuntur iultos sinit : hoc est enim justus manus. Si potens est, etiam post mortem reddit, et in resurrectione : hoc enim fortis judicis est. Si autem patiens cum sit differt, ne turbemur, nec dicamus, Cur hic non ulciscitur? Nam si ita fieret, jam sublatus esset genus hominum, si quotidie de peccatis pœnas repeteret a nobis. Nulla enim est, nulla est dies peccatis vacua, sed vel majus vel minus delictum admittimus. Itaque ne ad vigesimum quidem annum perveniremus, nisi multa ejus esset patientia et bonitas, quæ multum nobis spatium dat ad poenitentiam, ut delicta deponamus. Unusquisque igitur cum recta conscientia gesta sua recensens, et vitam suam totam in medium adducens, consideret annon mille sit pœnis et suppliciis dignus : et cum indignatus dicit, Cur ille mille scelera perpetrans non

θησάει τῆς νίκης γεγόνασιν αἷτιοι, καὶ τῶν ἐπὶ τῇ νίκῃ κειμένων στεφάνων γένοιτο· ἂν μέτοχοι. Καὶ τί θαυμαστόν, εἰ τοῖς ἁ ἐπι ζωῶν κοινωνῶν τις τῶν αὐτῶν ἀξιοῦται τοῖς ἀγωνιζομένοις; ὡς περ οὖν καὶ τοῖς ἀπαλοῦσι, τοῖς ἡδὴ κειμένοις, τοῖς ἑσπεφανωμένοις, τοῖς οὐδενὸς δεομένοις ἐστὶ κοινωνεῖν καὶ μετὰ θάνατον· ἄκουε γὰρ τοῦ Παύλου λέγοντος· *Ταῖς μυελαῖς ἂν τῶν ἀγίων κοινωνοῦντες*. Καὶ πῶς, φησὶν, ἐστὶ κοινωνεῖν; Ὅταν θαυμάσης τὸν ἄνδρα, ὅταν ἐργάσῃ τι τούτων ἐφ' οἷς ἐκείνος ἑσπεφανώθη, κεκοινωνήσας αὐτῷ τῶν ἁθλῶν καὶ τῶν στεφάνων δηλονότι. Ἀφῆ αὐτῷ, φησὶν, ὁ Κύριος εὐρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. Ἠλέησέ με, φησὶν· οὐκοῦν ἔξει τὴν ἀναπόδοσιν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τῇ φοβερᾷ καὶ φρικτῇ, ἔνθα πολλοῦ ἔλεους χρεῖα ἔμην. Ἀφῆ αὐτῷ, φησὶν, ὁ Κύριος εὐρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου. Δύο Κύριοι; Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἡμῖν εἰς Κύριος Χριστὸς Ἰησοῦς, καὶ εἰς Θεός. Ἐνταῦθα οἱ τὰ Μαρκιῶνος νοσοῦντες ἐπιπηδῶσι τῷ εἰρημνίῳ· ἀλλὰ μανθανέτωσαν, ὡς ἔθος τῇ Γραφῇ τούτῳ, καὶ πολλὰ τοῦ ἐστὶν εὐρεῖν ταύτῃ τῇ συνηθείᾳ τὴν Γραφὴν κεχρημένην, ὡς ὅταν λέγῃ· *Ἐίπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου*· καὶ πάλιν, *Ἐίπα τῷ Κυρίῳ, Κύριός μου εἰ σὺ*· καὶ ἀλλαχοῦ· *Ἐβράξε Κύριος παρὰ Κυρίου*. Τοῦτο δὲ προσώπων ἐστὶ παραστατικὸν ὁμοουσιῶν, οὐ φύσεως· *ἑταιρικόν*· οὐ γὰρ ἵνα δύο οὐσίας διαφερούσας ἀλλήλων, ἀλλ' ἵνα δύο πρόσωπα νοήσωμεν τῆς αὐτῆς ὄντα οὐσίας ἑκάτερα, τοῦτο λέγει. Ὅρα δὲ πῶς καὶ εἶπα· *Ἀφῆ αὐτῷ Κύριος*. Τί τοῦτο; Οὐχ ἕτερον, ἀλλ' ἔλεος. Ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς ἔλεος ἔτυχε παρὰ Ὀνησιφόρου, τοῦτου τυχεῖν ἐπέυχεται καὶ αὐτὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ Ὀνησιφόρος ὁ κινδύνους παραβαλὼν ἑαυτὸν ἀπὸ ἔλεους σώζεται, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς. Φοβεραὶ γὰρ αἱ εὐθύναι, φοβεραὶ, καὶ πολλῆς δεόμεναι τῆς φιλανθρωπίας, ὥστε μὴ ἀκούσαι τὸ ῥῆμα τὸ φρικτὸν ἐκείνο· *Ἐπάγετε, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, ὁ ἐργαζόμενος τὴν ἀνομίαν*· ὥστε μὴ ἀκούσαι πάλιν ἐκείνο τὸ φοβερόν· *Ἀπέλθετε, οἱ κατηγορούμενοι, εἰς τὸ κύρ τὸ ἀλόγιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ*. [675] ὥστε μὴ ἀκούσαι, *Χθὸς ἐστὶ μετὰ ὑμῶν καὶ ὠμῶν*· ὥστε μὴ ἀκούσαι ἐκείνο τὸ φρικτὸν γέμον, *Ἀρατε αὐτόν, καὶ ἐμβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον*· ὥστε μὴ ἀκούσαι ἐκείνο τὸ πολλοῦ φόβου γέμον, *Πονηρὸν δοῦλε καὶ ἀκηρὸς*. Φρικτὸν γὰρ σφόδρα τὸ διδασκῆριον ἐκείνο καὶ φοβερόν· καίτοι ὁ Θεὸς ἡμερὸς ἐστὶ, καίτοι προσηγῆς. Θεὸς γὰρ οἰκτιρῶν λέγεται, καὶ Θεὸς παρακλήσεως, καὶ ἀγαθὸς ὡς οὐδεὶς ἀγαθός· καὶ χρηστός καὶ ἐπιεικὴς καὶ κολυέλιος, καὶ οὐ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἀμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι· καὶ ζῆν αὐτόν. Πόθεν οὖν, πόθεν τοσαύτης ἀγωνίας ἡ ἡμέρα γέμει ἐκείνη; πυρὸς; ἔλκεται ποταμὸς πρὸ προσώπου αὐτοῦ, βέβηλοι τῶν πράξεων ἡμῶν ἀνοίγονται, αὐτὴ ἡ ἡμέρα ὡς κλίβανός ἐστι καιομένη, ἀγγελοι περιτριβῶσι, καὶ κάρμινι προσίθονται πολλὰ. Πῶς οὖν φιλόανθρωπος; πῶς ἐλεήμων; πῶς ἀγαθός; Φιλόανθρωπος μὲν οὖν καὶ οὕτω, καὶ ἐκ τούτων μάλιστα δεικνύεται αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος. Διὰ γὰρ τοῦτο τοσοῦτον ἡμῖν ἐπισηαίει τὸν φόβον, ἵνα κἂν διὰ τούτων συκωθούμενοι πρὸς

τὸν τῆς βασιλείας· πόθεν ποτὲ διεγερθῶμεν. Θεὰ δέ μοι, πῶς οὐχ ἀπλῶς τῷ Ὀνησιφόρῳ μαρτυρεῖ, ἀλλὰ φησὶ· *Πολύταί με ἀνέψυξε*. Καθάπερ ἀύλη- τήν τινα ὑπὸ αὐχμοῦ πιεζόμενον, ὑπὸ τῶν θλίψεων, ἀνεκτήσατο, φησὶ, καὶ ἀνέβρωσε. Καὶ *ὄσα ἐν Ἐφέσῳ διεκόνησα, βέλτερον σὺ γινώσκεις*. Οὐ μόνον ἐν Ἐφέσῳ, φησὶν, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα. Τοιοῦτον γὰρ δεῖ εἶναι τὸν νήφοντα καὶ διεγερμένον, οὐχ ἄπαξ ἐργάζεσθαι οὐδὲ δεῦτερον οὐδὲ τρίτον, ἀλλὰ δι' ὅλης τῆς ζωῆς. Ὅσπερ γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον οὐχ ἄπαξ τραφὴν ἔχει τῆς ὅλης ζωῆς τὴν ὑπόστασιν, ἀλλὰ δεῖται καὶ τῆς καθημερινῆς τροφῆς· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα ἐπὶ τῆς εὐσεβείας καθ' ἐκάστην ἡμέραν δεόμεθα τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων βοήθειας. Πολλοῦ γὰρ ἡμῖν ἔλεος χρεῖα· διὰ γὰρ τὰ ἀμαρτήματα ἡμῶν καὶ οὐ φιλόανθρωπος Θεὸς ἐκείνα πάντα ποιεῖ, οὐδὲν μὲν αὐτῶν δεόμενος, πάντα δὲ ποιῶν δι' ἡμᾶς. Διὰ γὰρ τοῦτο πάντα ἡμῖν ἐξεῖπε καὶ διεγῆσατο, καὶ οὐ διεγῆσατο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἔργων πιστοῦται. Ἀξιόπιστος μὲν γὰρ ἦν καὶ ἀπὸ ῥημάτων μόνον· ἀλλ' ἵνα μὴ τις ὑπερβολῆς, μηδὲ ἀπειλῆς μόνως εἶναι νομίῃ τὰ ῥήματα, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων πληροφορίαν προστίθῃσι. Πῶς; Καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τὰς τιμωρίας ἐπάγων. Καὶ ἵνα μάθῃς δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ποτὲ μὲν τὸν Παραῶν ἐκόλασε, ποτὲ δὲ κατακλυσμένον τῶν ὑδάτων ἐπήγαγε καὶ τὴν πανολεθρίαν ἐκείνην, ποτὲ δὲ τὸν τὸυ πυρός. Καὶ νῦν δὲ ὀρώμεν πολλοὺς κολαζόμενους τῶν πονηρῶν, καὶ δίκην τινύοντας· ἄπερ ὑποδείγματα τῆς γενένης ἐστίν.

γ'. ἵνα γὰρ μὴ καθεύδωμεν, μηδὲ ῥαθυμῶμεν, μηδὲ ἐπιλανθανώμεθα τῶν ῥημάτων, διὰ τῶν ἔργων ἡμᾶς ὑπομνηθῆσκει καὶ διεγείρει. ἐνταῦθα δεικνύς κριτήρια, δικαστήρια, εὐθύναι. Εἶτα παρὰ ἀνθρώποι; μὲν τοσαύτη τοῦ δικαίου ἐπιμέλεια, παρὰ δὲ Θεῷ τῷ καὶ ταῦτα νομοθετήσαντι οὐδεὶς τούτων λόγος; καὶ πῶς ἂν ἔγοι ταῦτα πιστῶν; Καὶ γὰρ καὶ ἐν οἰκίᾳ καὶ ἐν [676] ἀγορᾷ καὶ πανταχοῦ δικαστήρια ἐστὶν ἰδεῖν. Ἐν οἰκίᾳ μὲν γὰρ ὁ δεσπότης δούλους δικάζει καθ' ἐκάστην ἡμέραν, καὶ τῶν ἀμαρτημάτων αὐτοῦ ἀπαιτεῖ εὐθύναι, καὶ τὰ μὲν κολάζει, τὰ δὲ ἀφίησιν. Ἐν ἀγορᾷ; πάλιν ὁ γεωργὸς καὶ ἡ γυνὴ δικάζεται καθ' ἐκάστην ἡμέραν· ἐν κλοίσι ὁ κυβερνήτης δικάζει, ἐν στρατοπέδοις ὁ στρατηγὸς τοῦ στρατιώτου· καὶ πολλὰ ἂν τις εὖροι δικαστήρια· ἐν τέχναις ὁ διδάσκαλος τῷ μαθητῇ δ. Καὶ ἰδίᾳ τοῖνον καὶ κοινῇ πάντες ἀλλήλοις δικάζουσι, καὶ οὐδαμῶς τοῦ δικαίου τὸν λόγον παραμελοῦμενον ἴδοι τις ἂν, ἀλλὰ πάντας εὐθύναι· δίδοντας πανταχοῦ. Εἶτα ἐνταῦθα μὲν οὕτω διεσπαρταὶ καὶ κατὰ πᾶν καὶ κατὰ οἰκίας, καὶ καθ' ἵνα ἕκαστον ἡ τοῦ δικαίου ζήτησις, ἐκεῖ δὲ, ἔνθα δικαιοσύνης πλήρης ἡ δεξιὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ὡς ὄρη Θεοῦ, ἐκεῖ οὐδεὶς τοῦ δικαίου λόγος; Καὶ πῶς ὁ Θεὸς ὁ κριτὴς καὶ δίκαιος καὶ ἰσχυρὸς καὶ μακρόθυμος ἀνέχεται, καὶ οὐκ ἀπαιτεῖ τὰς τιμωρίας; Ἐνταῦθα ἔχει τὴν αἰτίαν· μακρόθυμος, φησὶν, ἐστὶ, μακροθυμεῖ δὲ εἰς μετάνοιαν σε ἔλκων· ἂν δὲ ἐπιμένῃς, *κατὰ τὴν σκληρότητα σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν*. Εἰ δίκαιος τοῖνον ἐστὶ, τὸ κατ' ἀξίαν ἀποδίδωσι, καὶ οὐ περιρᾷ ἀτιμωρητὴ τοὺς πάσχοντας· κακῶς· τοῦτο γὰρ δικαίου. Εἰ ἰσχυρὸς, καὶ μετὰ

<sup>a</sup> Legendum εἰ ἐν τοῖς.

<sup>b</sup> Legendum ταῖς χρεῖαις ex Rom. xv, 15, monet Dur-

antius.  
<sup>c</sup> Sic Commel. recte. Montf. cum Savil. ἐπιτρέψαι. λιαι.

<sup>d</sup> Lego, ordine mutato, ἐν τέχναις ὁ διδ. τῷ μαθητῇ· καὶ πολλὰ α. τ. λ.

θάνατον ἀποδίδωσι, καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει· τοῦτο γὰρ ἰσχυροῦ. Εἰ δὲ μακροθυμὸς ὧν ἀνέχεται, μὴ θορυβηθῶμεν, μηδὲ λήγωμεν, διὰ τί ἐνταῦθα οὐκ ἐπαξίεσθαι; Εἰ γὰρ τοῦτο ἐγίνετο, προανήρπαστο ἂν τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον, εἰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπῆται δίκαιος τῶν πεπλημμελημένων. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ἡμέρα ἀμαρτημάτων καθαρὰ, ἀλλ' ἢ μέγα, ἢ μικρὸν τι προσκρούομεν. Ὡστε οὐδ' ἂν ἐψθάσαμεν οὐδὲ εἰς εἰκοστὸν ἔτος ἕκαστος ἰλθεῖν, εἰ μὴ πολλὴ αὐτοῦ ἦν ἡ μακροθυμία καὶ ἡ ἀγαθότης, πολλὴν ἡμῖν παρέχουσα τὴν προθεσίμω τῆς μετανοίας, ὥστε ἀποδύσασθαι τὰ πεπλημμελημένα. Ἐκαστος τοίνυν μετὰ συνειδήτου· ὀρθοῦ εἰσὼν εἰς τὰ πεπραγμένα αὐτῷ, καὶ τὸν βίον αὐτοῦ πάντα εἰς μέσον ἀγαθῶν, ἐπισκοπεῖτω, εἰ μὴ μυρίων τιμωριῶν ἄξιος καὶ κολάσεων ἔστι· καὶ ὅταν ἀγανακτῇ, διὰ τί μὴ ὀδεῖα μυρία πράττων φαῦλα, δίκην δίδωσιν, ἔνοσιετω τὰ αὐτοῦ, καὶ παύσει τὴν ἀγανάκτησιν. Ἐκεῖνα γὰρ μεγάλα φαίνεται, ἐπειδὴ ἐπὶ μεγάλοις γίνεται καὶ φανεροῖς· εἰ δὲ τὰ αὐτοῦ ἐξετάσειεν, ἴσως εὐρήσει πλείονα. Τὸ γὰρ ἀρπάζειν καὶ πλεονεκτηῖν ὁμοῖον ἔστιν, ἂν τε ἐπὶ χρυσοῦ, ἂν τε ἐπὶ ἀργυροῦ γένηται· ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς διανοίας ἀμφοτέρω τίνεται, καὶ ὁ τὸ μικρὸν ὑπελόμενος οὐ παρατήσεται καὶ μέγα ὑφελέσθαι· εἰ δὲ μὴ πάρεστιν, οὐ παρ' ἐκείνον τοῦτο γέγονεν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ πράγματος συντυχίαν. Ὁ τὸν πεινέστερον ἀδικῶν πένης, οὐκ ἂν, εἰ γε ἔδυνατο, καὶ τὸν πλουτοῦντα παρῆιδεν, ἀλλὰ τῆς ἀσθενείας, οὐ τῆς ἐκείνου προαιρέσεως τὸ πρᾶγμα γίνεται λοιπόν. Ὁ δεῖνα ἄρχει, ψησὶ, καὶ τὰ τῶν ἀρχομένων ἀρπάζει. Σὺ δὲ οὐκ ἀρπάξεις; εἰπέ μοι. Μὴ γὰρ μοι εἴπης, ὅτι χρυσοῦ μὲν τάλαντα ἐκείνος, οὐ δὲ ὀβολοὺς δέκα· ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ οἱ μὲν ἑβλάνην χρυσοῦν, ἡ δὲ δύο λεπτά, καὶ οὐδὲν ἕλαττον ἤνεγκεν ἐκείνων. Διὰ τί, ἢ γὰρ προαίρεσις κρίνεται, [677] καὶ οὐκ ἡ δόσις. Εἶτα ἐπὶ μὲν τῆς ἐλεημοσύνης ἀξιοῖς οὕτω δικάζειν τὸν θεόν, καὶ μηδὲν ἕλαττον διὰ τὴν πενίαν ἀποφέρεισθαι, εἰ δύο λεπτά καταβάλοις, τῶν μυρία τάλαντα καταθεμένου χρυσοῦ, ἐπὶ δὲ τῆς πλεονεξίας οὐχ οὕτω; καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον; Ὡσπερ ἐκείνη δύο λεπτά καταβαλοῦσα, ἀπὸ τῆς προαιρέσεως οὐδὲν

ἕλαττον ἤνεγκεν, οὕτω καὶ σὺ δύο λεπτά ὑπελόμενος, οὐδὲν ἄμεινον ἐκείνων διάκεισαι, ἀλλ' εἰ δεῖ τι καὶ θαυμαστόν εἶπεῖν, μᾶλλον αὐτῶν πλεονεκτηεῖς. Ὡσπερ γὰρ κἄν τὴν τοῦ βασιλέως τὴν μοιχείσῃ γυναῖκα, κἄν τὴν τοῦ πένητος, κἄν τὴν τοῦ δούλου, ὁμοίως ἔσθαι μοιχός, οὐ τῇ διαφορᾷ τῶν προσώπων τοῦ ἀμαρτήματος; κρινόμενος, ἀλλὰ τῇ μοιθηρίᾳ τῆς τοῦ τολμήσαντος προαιρέσεως· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Καὶ μᾶλλον ἐγὼ μοιχὸν ἂν εἴποιμι τὸν εἰς τὴν τυχοῦσαν μοιχευόμενον, ἢ τὸν εἰς τὴν βασιλῖδα αὐτὴν· ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ πλοῦτος καὶ ἡ ὥρα καὶ πολλὰ ἕτερα ἦν τὰ ἐπιστάμενα, ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν· ὥστε μᾶλλον οὗτος ἂν εἴη μοιχός. Πάλιν, μέθυσον ἐκείνον ἂν εἴποιμι μᾶλλον τὸν τῷ φαύλῳ ὄνῳ προσεσχημένον· οὕτω καὶ πλεονέκτην τὸν μηδὲ τῶν μικρῶν καταφρονῶντα. Ὁ μὲν γὰρ τὰ πολλὰ ἀρπάζων τῶν μικρῶν ἴσως καταφρονήσειεν ἂν· ὁ δὲ τὰ μικρὰ ὑπελόμενος, τῶν μεγάλων οὐδαμῶς· ὥστε μᾶλλον οὗτος κλέπτης ἔστιν. Ὁ γὰρ μὴ καταφρονῶν ἀργυρίου, πῶς ἂν χρυσοῦ καταφρονήσειεν; Ὡστε ὅταν τῶν ἀρχόντων κατηγορῶμεν, τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἀναλογισώμεθα, καὶ εὐρήσομεν μᾶλλον ἡμᾶς· αὐτοὺς καὶ κλέπτοντας καὶ πλεονεκτοῦντας πλείον ἐκαίνομεν, εἰ μὴ τῷ πράγματι, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει ταῦτα κρινόμενοι, ὥσπερ οὖν καὶ κρίνειν δίκαιον. Εἰπέ γὰρ μοι, εἰ τις προσανεχθεῖ τὰ τοῦ πένητος λαβῶν, ἕτερος δὲ τὰ τοῦ πλουτοῦ, οὐχ ὁμοίαν ἀμφοτέροι τίσουσι δίκην; Τί δέ; ὁ φονεὺς οὐχ ὁμοίως ἔσθαι φονεὺς, ἂν τε ἀνάπτηρον καὶ πένητα, ἂν τε πλούσιον καὶ καλὸν ἀποκτείνῃ; Ὅταν οὖν εἴπωμεν ὅτι ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος τὸ χωρίον ἤρπασεν, ἐνοήσωμεν τὰ αὐτῶν, καὶ οὕτω οὐτε τοὺς ἄλλους κατακρινοῦμεν, καὶ τὸν θεὸν θαυμασόμεθα τῆς μακροθυμίας, καὶ οὐκ ἀγανακτῆσομεν, ὅτι ἡ κρίσις οὐκ ἔρχεται ἐπ' αὐτοῦς, καὶ αὐτοὶ ὀκνηρότεροι ἐσόμεθα πρὸς τὴν τῶν κακῶν ἐργασίαν. Ὅταν γὰρ ἴδωμεν τοῖς αὐτοῖς ὑπευθύνους ὄντας καὶ ἡμᾶς αὐτοῦς, οὐκέτι ὁμοίως δυσχερανοῦμεν, ἀλλ' ἀποστησόμεθα τῶν ἀμαρτημάτων, καὶ ἐπιτευξόμεθα τῶν μελλόντων αγαθῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, τῷ πατρὶ Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ αἰεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## [678] ΟΜΙΑΙΑ Δ'.

Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ἡλιούσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἰκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι. Σὺ οὖν κακοπάθησον, ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδεὶς στρατεύομενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογησάντι ἀρῶσιν. Ἐν δὲ καὶ ἀβλήτις, οὐ σέφρονόται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀβλήσῃ. Τὸν κοκίωνα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. Νόσι δὲ λέγω· δῶψ γὰρ σοὶ ὁ Κύριος σύσσει ἐν πᾶσι.

α'. Φέρει μὲν ἐν θαλάσῃ πολλὴ τὸ θάρσος τῷ μωθητῇ τὸ τὸν διδάσκαλον ἐν ναυαγίᾳ γενέσθαι καὶ διασωθῆναι· οὐ γὰρ ἠγήσεται λοιπὸν ἀπὸ τῆς οικίας ἀμαθίας συμπίπτειν τοὺς χειμῶνας, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως· τοῦτο δὲ εἰς ψυχαγωγίαν οὐ μικρὸν. Φέρει δὲ καὶ ἐν πολέμοις τῷ ταξίαρχῳ προτροπὴν τὸν στρατηγὸν τριβέντα ὄρεῖν, καὶ ἀνευγχνότα πάλιν. Οὕτω δὴ καὶ τοῖς πιστοῖς· φέρει τινὰ παραμυθίαν τὸ τὸν Ἀπόστολον πολλὰ παθεῖν

δεινὰ, καὶ ὑπ' οὐδενὸς τούτων καταμαλακισθῆναι· οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ τοῦτο ἦν, τὰ αὐτοῦ πάθη διηγείτο. Ὁ γὰρ Τιμόθεος ἀκούων, ὅτι ὁ τοσαῦτα ἐνδυναμένος καὶ πάσης τῆς οἰκουμένης κρατήσας, ἐν δεσμοῖς ἔσθαι καὶ ἐν θλίψεσι, καὶ οὐκ ἀσφάλει οὐδὲ δυσχεραίνει ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐγκαταλειφθεὶς, εἰ καὶ αὐτὸς τὰ αὐτὰ ἔπαθεν, οὐκ ἂν ἠγήσαστο ἀνθρωπίνης τὸ πρᾶγμα εἶναι ἀσθενείας, οὐδὲ διὰ τὸ μαθητῆς εἶναι καὶ ἐλάττων τοῦ Παύλου, ὅπου γε καὶ διδάσκαλος ταῦτα ἔπαθεν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν ταῦτα πάντα συμβεβηκέναι. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ταῦτα εἰργάσατο, καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα διηγείται, ἵνα αὐτὸν βίωσιν καὶ ἀνακτῆσθαι. Ὅτι γοῦν τοῦτου ἕνεκεν τοῦτο ἐποίησε, διηγησάμενος αὐτοῦ τὰς θλίψεις καὶ τοὺς πειρασμούς, ἐπήγαγε· Σὺ οὖν τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τί λέγεις; κατίσεις ἡμᾶς τῷ φόβῳ, εἰπεὶς ὅτι δέδουσαι, ὅτι ἐν θλίψει εἶ, ὅτι πάντες σε ἀπεστράφησαν· καὶ ὥσπερ εἰρηκῶς, ὅτι οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, οὐδὲ ὑπὸ τινῶν ἐγκατελείφθης, οὕτως

dat poenas? sua cogitet, et indignatio cessabit. Illa enim magna videntur, quia in magnis et notis rebus sunt: si vero sua quis examinet, fortasse plura inveniet. Nam rapere et cupidum esse, idipsum est, sive aurum, sive argentum diripiatur: ex eodem quippe animo ambo pariuntur, et qui minora diripit, majora quoque diripere non dubitabit: quod si desit occasio, id non ex illo provenit, sed id fortuito contingit. Pauper qui pauperiorem lædit, divitem, si posset, aggredi non dubitaret; sed ex imbecillitate, non ex arbitrio abstinet. Ille, inquit, princeps est, et subditorum bona rapit. Tu autem, quæso, annon rapis? Ne mihi dixeris, ille auri talenta, at tu obolos decem. Nam in eleemosyna alii aurum offerebant, illa vero duo minuta, nec minus quam illi attulit. Quare? quia de voluntate, non de dono judicatur. Ergone cum de eleemosyna agitur, Deum vis ita judicare, ut nihil minus referas si duo minuta deponas, quam ii qui mille talenta auri deponunt; de avaritia vero et rapina non item? et quam hæc rationem habent? Sicut illa duo minuta injiciens, ob voluntatem nihil minus retulit: ita et tu duos obolos rapiens, non minori conditione es quam illi, sed, si quid mirum dicere oporteat, plus quam illi avarus et rapax es. Sicut enim qui cum regis uxore, et qui cum pauperis et servum, mœchantur, similiter adulteri sunt, cum peccatum ex personarum diversitate non æstimetur, sed ex voluntate mœchi: ita et hic existimandum. Immo magis ego adulterum dixerim eum qui cum vili

persona mœchatur, quam qui cum regina. Illic enim divitiæ, forma et multa alia sunt quæ attrahant; hic vero nihil: itaque hic magis adulterus dicatur. Rursum illum magis ebriosum dixerim, qui viliori vino inebriatur: ita et magis rapacem censeo eum, qui ne minima quidem spernit. Qui enim multa et magna rapit, fortasse minora despiceret; qui vero modica rapit, majora certe non contemneret. Itaque hic potius fur habeatur. Nam qui argentum non despicit, quomodo aurum despiciat? Itaque cum principes accusamus, nostra nobiscum reputemus, et invenimus nos magis quam illos rapere et furari, si non ex re ipsa, sed ex voluntate judicium feramus; sic enim judicandum est. Dic enim mihi, si quis quæ pauperis erant, et alius quæ divitis erant furatus in judicium adducatur, nonne ambo par supplicium luent? Quid vero? homicida nonne periinde est homicida, si mutilum et pauperem occidat, atque si divitem et formosum? Cum ergo dicemus, ille alterius prædium rapuit, nostra cogitemus, et sic non alios condemnabimus, Deique mirabimur patientiam, nec indignabimur quod judicium in eos non feratur, et ipsi ad male operandum segniores evademus. Cum enim nos viderimus iisdem obnoxios culpis, non ita molestæ feremus, sed peccandi finem faciemus, et futura bona consequemur in Christo Jesu Domino nostro, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA IV.

CAP. 2. v. 1. Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu, 2. et quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere. 3. Tu ergo collabora ut bonus miles Christi. 4. Nemo militans se implicat negotiis sæcularibus, ut ei placeat, cui se probavit. 5. Nam et qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime certaverit. 6. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. 7. Intellige quæ dico; dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.

1. Magnam fert discipulo in mari fiduciam, cum magister ejus in naufragio servatus est: non enim deinceps putabit ex imperitia sua tempestates contingere, sed ex ipsa rerum natura: illud vero non modicum affert solatium. Fert etiam in bello tribuno incitamentum, cum videt ducem exercitus saucium vires suas recuperare. Ita etiam fidelibus id consolationi est, apostolum videre gravia multa patientem, neque tamen iis emollium: neque enim, nisi ita res esset, Paulus ea quæ perpassus est enarraret. Timotheus enim audiens, eum qui tanta potuerat et totum orbem subegerat, in vinculis et ærumnis esse, nec rem vel ægre vel indigne ferre, a suis derelictum: si et ipse eadem passus esset, eam rem humanæ infirmitatis esse non putasset, licet et discipulus et minor Paulo esset, quandoquidem et magister talia toleras-

set, sed ex rei natura hæc omnia contigisse. Nam et ipse hæc fecerat, et ideo hæc enarrabat, ut illum corroboraret ac recrearet. Quia enim hoc ideo faciebat, ærumnas et tentationes suas ipsi enarrans, subjungit: Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu. Quid dicis? Nos timore concussisti, dixisti te vinctum et in ærumnis esse, ab omnibus desertum fuisse; et ac si dixisses te nihil molestum esse passum, et a nullo desertum fuisse, ita resumis, Tu ergo, fili mi, confortare? Merito certe; quoniam ex his plus roboris accepisti, quam ipse Paulus. Si enim ego Paulus hæc patior, multo magis tu illa pati debes; si magister, multo magis discipulus. Et cum affectu magno monita dat, cum ait, Fili; neque id tantum, sed, Fili mi. Si filius es, inquit, patrem imitare; si filius es, ex iis quæ dixi corroborare; imo non ex dictis tantum, sed ex gratia Dei: nam Confortare, inquit, in gratia, quæ est in Christo Jesu; id est, per gratiam Christi. Ac si diceret, Sta firmiter, aciem nosti. Nam alibi quoque cum dicit, Non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem (Ephes. 6. 12), non deterrens illos hoc dicit, sed excitans. Itaque sobrius esto, inquit, jejuna, gratiam Domini habeto tecum pugnantem et certantem; cum multa alacritate et constantia quæ tua sunt asser. Et quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus. Fidelibus, non quæstiones et syl-



*Prædicatione cum fiducia est facienda.*—Si ergo prædicandum est, cum fiducia est prædicandum, alioquin illud prædicare non esset. Ideoque non ait Christus, *Dicite super tecta, sed, Prædicate super tecta* (Matth. 10. 27); et a loco et a modo rem declarans. *Quæ mihi credita est secundum imperium Salvatoris nostri Dei.* Et illud, *Credita est,* et illud, *Secundum imperium,* fide dignam esse prædicationem ostendunt: ut nullus jam indigne ferat, vel molestia afficiatur. Si ergo imperium est, rei non sum dominus; imperium enim impleo. Nam quæ agenda sunt, alia sunt in nostra potestate, alia vero minime: quæ enim ille imperans dicit, non in nostra potestate sunt; quæ vero permittit, in nostrum jus cadunt. Verbi gratia, *Si quis dixerit fratri suo, Fatuus, reus erit gehennæ ignis;* hoc jam imperium est: et illud, *Si offers munus tuum ad altare, et noveris quod frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vadens reconciliare fratri tuo, et tunc veniens offer munus tuum* (Matth. 5. 22-24); hoc quoque mandatum et imperium est, et eum, qui id non fecerit, supplicio esse obnoxium necesse est. Quando autem dicit, *Si vis perfectus esse, vende ea quæ possides;* et rursus, *Qui potest capere capiat* (Matth. 19. 21. 12); hoc manda-

tum non est : auditoris enim arbitrio id relinquit, ut vel faciat vel non faciat. Hæc quippe et facere et non facere in nostra potestate est : præcepta vero omittere non licet, sed necesse est aut illa exsequi, aut supplicium subire. Hoc ille insinuat cum dicit : *Necessitas enim mihi incumbit ; vos autem mihi est, si non evangelisavero* (1. Cor. 9. 16). Apertius autem dicam, ut omnibus palam sit. Exempli causa, is cui Ecclesie principatus est creditus, quique episcopatus dignitate ornatus est, nisi populo quæ agenda sunt indicet, non erit innoxius ; laicus vero nulla hujusmodi necessitate tenetur. Ideo ait Paulus, *Secundum imperium Salvatoris nostri hoc facio*. Et vide quomodo quæ adduntur ad id quod dixi quadrent. Nam cum superius dixisset, *Qui non mentitur Deus*; hic dicit, *Secundum imperium Salvatoris nostri Dei*. Si ergo Salvator est, ipseque ex voluntate salutis humanæ hæc præcepit, non ergo ambitionis res est : fides quippe est et imperium Dei Salvatoris. *Tito dilecto filio*. Possunt enim esse filii non dilecti, ut ille de quo dicit : *Si quis, cum frater appelletur, sit fornicator, aut avarus, aut idololatra, aut maledicus, aut ebriosus, cum isto neque edere oportet* (1. Cor. 5. 11). Ecce filius est, nec tamen dilectus filius : filius quidem est, quia semel gratiam accepit, et regeneratus est ; non genuinus tamen nec dilectus, quia patre indignus est, atque ad alterum tyrannum se recipit. In naturalibus quippe filiis genuinus et non genuinus a parente et a seminante definitur ; hic vero non sic, sed ex arbitrio et proposito. Potest enim is qui genuinus editus est, genuinus non manere ; potest etiam qui genuinus non est, genuinus fieri : neque enim hæc necessitate naturæ circumscripta sunt, sed ex arbitrii libertate pendent ; unde etiam frequenter mutantur. Fuerat Onesimus filius dilectus ; verum dilectus postea non fuit, quod factus esset inutilis ; at rursus dilectus filius factus est, ita ut viscera apostolica vocaretur. *Tito dilecto filio secundum communem fidem* (Philem. 12). Quid sibi vult, *Secundum communem fidem* ? Postquam dixerat filium, et in patris transierat ordinem, cur hunc honorem minuatur et contrahatur, audi. *Secundum communem fidem* intulit ; id est, *Secundum fidem nihil plus habeo, quam tu ; communis quippe est, ac per eandem et ego et tu geniti sumus*. Qua ergo ratione filium vocat illum ? Vel ut affectum tantum patris ostenderet ; vel quia prior in prædicatione erat ; vel quia ab se illuminatus ille fuerat. Ideo et filios et fratres vocat : quoniam ex eadem fide geniti erant, fratres ; quia per ipsius manus. filii. Cum ergo dixit, *Secundum communem fidem*, fraternitatem subindicavit. *Gratia et pax a Deo Patre et Domino Jesu Christo Salvatore nostro*.

3. Quia dixerat filium, intulit, *A Deo Patre*, ut ipsius mentem erigeret, et disceret cujus esset filius ; et quod non solum dicendo, *Communem fidem*, sed inferendo, *A Patre nostro*, honoris paritatem ostenderet. Vide autem quomodo ea quæ discipulia et plurimis, ea quoque doctori apprecetur :

lisdem quippe hic precibus indiget, imo plus quam illi, ut qui plures inimicitias habeat, pluresque occasiones et pericula divinæ offensivæ. Quanto enim major est dignitas, tanto majora sacerdoti imminent pericula : potest enim vel unam episcopi recte factum ipsam in caelum attollere, et peccatum unum in ipsam gehennam dejicere. Ut enim cætera omnia præteream, quæ quotidie accidunt ; si quando contingat ut per amicitiam, vel per aliam causam indignum ad episcopatum promoveat, et magnæ civitatis principatum conferat, vide quanto se igni faciat obnoxium. Neque enim animarum pereuntium tantum, quas ille perdit quod pietate careat ; sed omnium gestorum ejus ipse poenas daturus est. Nam qui in ordine privato religiosus non erat, multo minus erit cum principatum obtinuerit : difficilis enim res est eum qui antea pius erat talem permanere, suscepto episcopatus munere. Tunc enim inanis gloriæ cupiditas vehementius imminet, et pecuniarum amor et fastus, cum principatus ipsa potestatem præbeat ; tunc offensiones, contumeliæ, maledicta et alia innumera. Si quis igitur parum religiosus erat, multo irreligiosior erit in tali statu. Cum ergo talem Ecclesie principem constituerit, omnibus peccatis ejus et subjectæ plebis obnoxius erit. Quod si ei, qui animam unam scandalizat, expedit ut mola asinaria suspendatur a collo ejus, et demergatur in profundum maris (*Math. 18. 6*) : qui tot animas scandalizat, urbes integras et populos, innumerasque animas, viros, mulieres, pueros, cives, agricolas, eos qui in ista urbe sunt, eos qui in aliis ipsi subjectis, quid patietur ? Si enim triplo majorem poenam dixeris, nihil dicturus es : tantæ ille erit obnoxius poenæ atque supplicio. Hic itaque maxime Dei gratia et pace opus habet : nisi enim hac subnixus populum regat, omnia pereunt et pessumdantur, cum nulla gubernacula teneat. Licet enim gubernandi peritus sit, nisi hæc gubernacula teneat, gratiam et pacem quæ a Deo est, et navicula simul et navigantes submergentur. Quapropter mirari mihi subit eos qui tantam molem appetunt. Miser homo et infelix, non vides cujus rei desiderio teneris ? Si privatus fueris et ignotus, etiamsi innumera admoiseris peccata, unus tantum animæ rationem dabis, et pro ea poenas exsolves : cum autem in tantum principatum evectus fueris, cogita quot capitum tibi poena debetur. Audi enim Paulum dicentem : *Obedite præpositis vestris et subjacete eis, quoniam ipsi vigilant pro animabus vestris quasi rationem reddituri* (*Hebr. 13. 17*). Sed honor et principatus te alliciunt ? Ecqua hujusmodi honoris voluptas esse possit ? neque enim hoc video : fieri quippe non potest ut qui talis est, vere sit princeps. Quomodo ? Quia in potestate subditorum est obedire vel non. Et si quis accurate tem exploret, qui talis est non ad principatum venit, sed innumeris servit dominis contraria volentibus ac dicentibus. Nam quod unus laudat, alius improbat : quod hic vituperat, ille miratur. Quem ergo audire oportet, cui obtemperare, perspicere nequit. Servus quidem emptitius, si contraria herus imperarit, saltem inobedi-

έστιν, ἀν μὴ εὐάγγελισώμαι. Σαφέστερον δὲ ἐρῶ αὐτὸ. Ἰνα πᾶσι καταδῶλον γένηται. Οἷον, ὁ τὴν ἀρχὴν τῆς Ἐκκλησίας ἐμπιστευμένος, καὶ τῆ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξία τετιμημένος, ἀν μὴ διαγορεύῃ τῷ λαῷ τὰ πρακτέα, οὐκ ἀνευθύνος ἐστίν· ὁ μόντοι λαϊκὸς οὐδεμίαν ἀνάγκην ἔχει τούτου. Διὰ τοῦτο φησι καὶ ὁ Παῦλος, ὅτι *Κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τούτο ποιῶ*. Καὶ ὅρα τὰ ἐπιβέτα πῶς πρὸς θεῖον ἀρμάζει. Ἀνωτέρω γὰρ εἰπὼν, Ὁ ἀψευδὴς Θεός, ἐνταῦθα φησι, *Κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ*. Ἰ τοῖνον Σωτῆρ ἐστίν, καὶ αὐτὸς ταῦτα ἐπέταξεν ἀπὸ τοῦ βούλευσθαι σῴζεσθαι, οὐ τοῖνον φιλαρχίας τὸ πρᾶγμα ἐστίν· πίστις γὰρ ἐστίν, καὶ ἐπιταγὴ ἐστίν Θεοῦ Σωτῆρος. *Τίτω γνησίω τέκνω*. [733] Ἔστι γὰρ καὶ μὴ γνήσια εἶναι τέκνα, ὡς ἐκείνος περὶ οὗ φησιν· *Ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἢ ἀδελφός, ἢ κληρονόμος, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ ἰδιόδορος, ἢ μέθυσορος, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθῆιν*. Ἰδοὺ καὶ τέκνον, καὶ οὐκ ἐστίν γνήσιον τέκνον· τέκνον μὲν ἐστίν, ἐπειδὴ ἔπαξ ἐδέξατο τὴν χάριν, καὶ ἀνεγεννήθη· οὐ γνήσιον δὲ, ἐπειδὴ ἀνάξιον τοῦ πατρὸς ἐστίν, ἐπειδὴ πρὸς ἕτερον αὐτομολεῖ τύραννον. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν φυσικῶν παίδων τὸ γνήσιον καὶ μὴ γνήσιον ἀπὸ τῆς ὠδινούσης καὶ τοῦ σπειροῦτος ὀρίζεται· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς προαιρέσεως. Ἔστι γὰρ γνήσιον γενόμενον μὴ μείναι γνήσιον· ἐστίν οὐκ ὃν γνήσιον γενέσθαι γνήσιον· οὐ γὰρ ἀνάγκη φύσεως ταῦτα κατακέκλεισται, ἀλλ' ἐξουσία προαιρέσεως· ὅθεν καὶ συνεχεῖς ἔχει τὰς μεταβάσεις. Ἦν Ὑνήσιμος τέκνον γνήσιον, ἀλλὰ καὶ οὐ γνήσιον ἦν· καὶ γὰρ ἄχρηστος ἐγένετο· ἀλλὰ πάλιν ἐγένετο γνήσιον οὕτως, ὡς καὶ αὐτὸν σπλάγγνα καλεῖσθαι ἀποστολικά. *Τίτω γνησίω τέκνω κατὰ κοινήν πίστιν*. Τί ἐστίν, *κατὰ κοινήν πίστιν*; Ἐπειδὴ εἶπε, *τέκνον*, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἔλαβεν τὰς ἐξουσίας, πῶς καὶ ταύτην τὴν τιμὴν ἔλαττο καὶ καταστέλλει, ἀκουσον. *κατὰ κοινήν γὰρ πίστιν* ἐπιτήγαι· τοὔτστι, *κατὰ πίστιν οὐδὲν ἔχω σοῦ πλὴν*· κοινή γὰρ ἐστίν, καὶ διὰ τῆς αὐτῆς ἐγῶ τὴν ἐτέχθη καὶ σὺ. Τέκνον οὖν πῶθεν αὐτὸν καλεῖ; Ἦτοι τὴν φιλοστοργίαν μόνον δηλῶσαι θέλων, ἢ τὸ πρότερον εἶναι ἐν τῷ κρηγύματι, ἢ τὸ δι' αὐτοῦ πεφωτισθαι. Διὰ τοῦτο καὶ τέκνα καὶ ἀδελφοὺ; καλεῖ· ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς αὐτῆς πίστεως ἐτέχθησαν, ἀδελφοί· ἐπειδὴ διὰ τῶν ἐκείνου χειρῶν, τέκνα. Τῷ οὖν *κατὰ κοινήν* εἰπεῖν *πίστιν*, τὴν ἀδελφότητα ἠνέξατο. *Χάρις καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν*. Ἐπειδὴ εἶπε, *τέκνον*, ἐπήγαγεν. *Ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς*, ὥστε ἀναστήσαι αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ μαθεῖν τίνας ἐστὶ τέκνον, καὶ ὅτι οὐ τῷ, *κοινήν πίστιν*, εἰπεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐπαγαγεῖν, *πατὴρ ἡμῶν*, τὸ ὁμότιμον αὐτοῦ δείκνυσιν.

γ'. Ὅρα δὲ πῶς ἂ τοῖς μαθηταῖς καὶ τοῖς πολλοῖς ἐπιούχεται, ταῦτα καὶ τῷ διδασκάλῳ ὁμοίως γὰρ καὶ αὐτὸς δεῖται τῶν τοιούτων εὐχῶν, καὶ πολλῶ μᾶλλον ἢ ἐκεῖνοι, ὅση καὶ πλεονάζει ἔχθρας ἔχει, ὅση καὶ πλεονάζει ἀνάγκας τοῦ προσκρούειν τῷ Θεῷ. Ὅση γὰρ μέγα τὸ ἀξίωμα, τοσοῦτ' αὐτὸς μεῖζους καὶ οἱ κίνδυνοι τῷ τὴν ἰερωσύνην ἔχοντι· ἀρκεῖ γὰρ καὶ ἐν κατόρθωμα ἐπισκοπῆς ἀνενεγκεῖν εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ἐν ἀμαρτήμα εἰς

αὐτὴν ἐμβαλεῖν τὴν γέενναν. Ἰνα γὰρ τὰ ἄλλα πάντα παρῶ τὰ καθ' ἐκάστην ἡμέραν συμπέποντα, ἀν τύχη ποτὲ τινα ἢ διὰ φιλίαν, ἢ δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν ἀνέξιον εἰς ἐπισκοπὴν παραγαγόν, καὶ πόλεως ἐπιτρέψας μεγάλης ἀρχὴν, ὅρα πόσου τυρὸς ἑαυτὸν καθίστησιν ἔνοχον. Οὐ γὰρ τῶν ψυχῶν τῶν ἀπολλυμένων μόνον (ἀπόλλυσι γὰρ αὐτὰς ἀνευλαθῆς ὢν), ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ὅπ' ἐκείνου πραττομένων αὐτὸς δώσει [734] τὰς εὐθύνας. Ὁ γὰρ ἐν τάξει ἰδιώτου ὢν ἀνευλαθῆς, πολλῶ μᾶλλον, ὅταν ἐπιλάβηται τῆς ἀρχῆς· ἀγαπητὸν γὰρ τὸν εὐλαθῆ μείναι τοιοῦτον ἐπιλαβόμενον τῆς ἀρχῆς. Καὶ γὰρ κενοδοξία τότε σφοδρότερον ἐπιτίθεται, καὶ χρημάτων ἔρωσι, καὶ αὐθάδεια, τῆς ἀρχῆς τὴν ἐξουσίαν παρεχούσης, καὶ προσκρούσματα καὶ ὕβρεις καὶ λοιδορίαι καὶ μυρία ἕτερα. Ἄν οὖν τις ἀνευλαθῆς ἦ, μᾶλλον ἐστίν ἀνευλαθέστερος τοιοῦτος γενόμενος. Ὅταν οὖν τοιοῦτον ἐπιστήσῃ ἀρχοντα, πάντων τῶν ἀμαρτανομένων ὅπ' ἐκείνου, καὶ δῆμων ὀλοκλήρων ὑπεύθυνος ἐστίν. Εἰ δὲ ὁ μίαν ψυχὴν σκανδαλίζων, συμφέρει αὐτῷ ἵνα μύλος ὄνικος κρεμασθῇ εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης, ὁ τὰς τοσαύτας ψυχὰς σκανδαλίζων, πόλις ὀλοκλήρους καὶ δῆμους καὶ μυρίας ψυχῆς, ἀνδρας, γυναίκας, παῖδας, πολίτας, γεωργούς, τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, τοὺς ἐν ἑτέροις ταῖς ὅπ' ἐκείνου τὴν πόλιν, τί ὑποστήσεται; Κἂν γὰρ τριπλασίονα ἑτέραν εἴπῃ, οὐδὲν ἔρει; τοσαύτης ἐστίν ὑπεύθυνος; κολάσεως καὶ τιμωρίας. Ὡστε μάλιστα οὗτος δεῖται τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς εἰρήνης· ἀν γὰρ μὴ μετὰ ταύτης κυβερνᾷ τὸν λαόν, πάντα οἰχεται καὶ ἀπόλλυται, τῶν οἰάκων αὐτῷ οὐκ ὄντων. Κἂν γὰρ ἔμπειρος ἦ τῆς κυβερνητικῆς, ἀν μὴ τοὺς οἰακὰς τούτους ἔχη, τὴν χάριν καὶ τὴν εἰρήνην τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ, καταδύσει τὸ σκάφος καὶ τοὺς ἐμπλέοντας. Ὅθεν ἐμοίγε θαυμάζειν ἔπεισι τοὺς ἐπιεμένους ὄγκου τοσοῦτου. Ἄθλιε ἀνθρώπε καὶ ταλαίπωρε, οὐχ ὄρξ τίνος ἐφίεσαι; Κατὰ σαυτὸν ἀν ἧς καὶ ἀγνώως καὶ ἀσημοῦ, κἂν μυρία ἀμαρτηῖς, ἀλλὰ μὲν ψυχῆς διώσεις λόγον, καὶ ταύτης εὐθύνας ὑπέχεις μόνον· ὅταν δὲ εἰς τὴν ἀρχὴν ταύτην ἀχθῆς, ἐννόησον ὅσον κεφαλῶν ὑπεύθυνος εἰ τιμωρίας. Ἄκουε γὰρ Παύλου λέγοντος· *Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπακούετε*, ὅτι αὐτοὶ ἀγγελοὶ σὺν τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον δώσωσιν. Ἀλλὰ τιμῆς ἐφίεσαι καὶ ἀρχῆς; Καὶ τίς ἡ ἡδονὴ ταύτης τῆς τιμῆς; οὐ γὰρ ὅθι οὐδὲ τοῦτο ὄρω· οὐ γὰρ ἐστίν δυνατὸν ἀρχοντα εἶναι ἀληθῶς. Πῶς; Ὅτι ἐν τῇ ἐξουσίᾳ κείτται τῶν ἀρχομένων τὸ ὑπακούειν. Καὶ εἰ τις ἀκρεβῶς ἐξετάσει τὸ πρᾶγμα, οὐκ ἐπὶ ἀρχὴν ἐρχεται ὁ τοιοῦτος, ἀλλὰ δουλεύει μυριοῖς δεσπόταις ἐναντία καὶ ἐπιθυμοῖς καὶ λέγουσιν. Ὅπερ γὰρ ἐγκωμιάζει εἰς, μέμφεται ἕτερος· ὅπερ ψέγει οὗτος, θαυμάζει ἄλλος. Τίνος οὖν ἀκούσαι χρῆ, τίνοι πείσθηνα; Οὐκ ἐστίν β. Καὶ ὁ μὲν ἀργυρώνητος, κἂν ἐναντία ὁ δεσπότης αὐτῷ προστάξῃ, καὶ δυσχεραίνει· σὺ δὲ, ἀν τοσοῦτων δεσποτῶν ἐναντία ἐπιταττόντων ἀλγήσῃ, καὶ τούτου διδως δίκην, τὰ πάντων ἐπὶ σὲ στόματα ἀνοίγων. Τοῦτο οὖν, εἰπέ μοι, τιμῆ; τοῦτο ἀρχῆ; τοῦτο ἐξουσία;

• Marg. Savil., οἰκίας.

• Conjectum est οὐκ ἐστίν εἰπεῖν, vel, οὐκ ἐστίν φησίν.

8. Εἶπεν ὁ τὴν ἐπίσκοπὴν ἔχων, εἰσνεγκεῖν χρῆματα· ἂν μὴ θέλῃ, οὐ μόνον οὐκ εἰσήνεγκεν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ δόξαι βαθυμίας ἔνεκεν τοῦτο ποιεῖν, κατηγορεῖ [735] τοῦ κληδύσαντος· κλέπτει, φησὶν, ἀρπάζει, καταπίνει τὰ τῶν πενήτων, κατασθίει τὰ τῶν πτωχῶν. Παῦσαι λοιδορῶν· μέχρι τίνος ταῦτα φῆς; Οὐ βούλει εἰσνεγκεῖν; οὐδεὶς ὁ καταναγκάζων, οὐδεὶς ὁ βιαζόμενος· τί καὶ λοιδορῆ τῷ παραινούντι καὶ συμβουλεύοντι; Ἄλλ' εἰς χρεῖαν τις κατέστη, καὶ οὐκ ὤρεξε χεῖρα μὴ δυνηθεῖς, ἢ καὶ ἐτέρωθι ἀσχοληθεῖς. Ὑδραμία συγγνώμη, ἀλλὰ πάλιν κατηγορεῖαι χεῖρους τῶν προτέρων. Τοῦτο γοῦν ἀρχή; Καὶ ἀμύνασθαι οὐκ ἔχει· σπλάγγνα γὰρ ἐστὶν ἴδια. Καὶ ὡσπερ τὸ σπλάγγχον, κἂν οὐκ αἰσθῆ, κἂν πόνον παρέχῃ καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ λοιπῷ σώματι, οὐ τολμῶμεν ἀμύνασθαι· οὐ γὰρ λαβόντας ξίφος διαβήρηγνύομεν· οὕτω κἂν τῶν ἀρχομένων τις τοιοῦτος ἦ, πόνους ἡμῖν παρέχων καὶ ἀθυμίας ἐκ τῶν κατηγοριῶν τούτων, οὐ τολμῶμεν ἀμύνασθαι· πόρρω γὰρ ταῦτα πατρικῆς διανοίας, ἀλλ' ἀνάγκη φέρειν τὸν πόνον, ἕως ἂν ἐκείνους ὑγιάνῃ καλῶς. Ὁ ἀργυρῶντος οἰκέτης ἔχει τι ἔργον ἐπιτεταγμένον, κἂν τοῦτο ἀνύσῃ, λοιπὸν ἑαυτοῦ κύριος γίνεται· οὗτος δὲ πανταχοῦ περιέλεται, πολλὰ καὶ τῶν ὑπὲρ δύναμιν ἀπαιτεῖται· ἂν μὴ εἰδῆ λέγειν, πολὺς ὁ γογγυσμός· ἂν δὲ εἰδῆ λέγειν, πάλιν κατηγορεῖται, Κενδοβόξος ἐστὶν· ἂν μὴ νεκροῦς ἀνιστῆ, Οὐδενὸς λόγου ἀξίος, φησὶν· ὁ δεῖνα εὐλαβῆς ἐστίν, οὗτος δὲ οὐ. Ἄν ἀπολαύῃ συμμετρου τροφῆς, πάλιν κατηγορεῖται· Ἔδει αὐτὸν ἀπηγγονίσθαι, φησὶν· ἂν λουόμενον ἰδῇ τις, πολλὰι κατηγορεῖται· Ὅπως οὐδὲ τὸν ἕλιον ὀρᾶν ὀφείλει, φησὶν. Εἰ δὲ τὰ αὐτὰ πράττει, ἄπερ ἐγὼ, καὶ λούεται καὶ ἰσθίει καὶ πίνει καὶ ἡμέτρια περιβέβληται, καὶ οἰκίας φροντίζει καὶ οἰκετῶν, τίνος ἔνεκεν ἐμοῦ προσέστηκεν; Ἄλλὰ καὶ οἰκέτας ἔχει, φησὶ. τοὺς διακονουμένους αὐτῷ, καὶ ἐπὶ θου ὀχεῖται· τίνος, οὐκ ἔνεκεν ἐμοῦ προσέστηκεν; Ἄλλὰ τί, εἰπέ μοι, οὐκ ὀφείλει τὸν διακονούμενον ἔχειν, ἀλλ' αὐτὸς τὸ πῦρ ἀνακαίειν, καὶ ὕδροφορεῖν, καὶ ξύλα διακλῆν, καὶ εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλειν; καὶ πόση τοῦτο αἰσχύνῃ γίνεται; Καὶ οἱ μὲν ἄγιοι ἐκεῖνοι ἄνδρες, οἱ ἀπόστολοι, τὸν τῷ λόγῳ προσκαρτεροῦντα οὐδὲ διακονεῖν χερῶν βούλονται προσανέχειν, ἀλλ' ἀνάξιον αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα εἶναι νομίζουσι· σὺ δὲ αὐτὸν καὶ εἰς τὴν οἰκετῶν ὑπηρεσίαν καθέλκει; τῶν σῶν; Διὰ τί ὁ ταῦτα ἐπιτάττων οὐ παρέρχῃ σὺ, καὶ ταῦτα πληροῖς; εἰπέ μοι, οὐχὶ μερίζονά σοι διακονεῖται ὑπηρεσίαν, ἢ σὺ τὰ σωματικά; διὰ τί μὴ τὸν παῖδα πέμπεις τὸν σὸν πρὸς τὴν τούτου ὑπηρεσίαν; Ὁ Χριστὸς ἐνίψε τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν σὺ θεραπεῖαν ἂν παράσχῃς τῷ διδασκάλῳ, μέγα τι ποιεῖς; Ἄλλ' οὕτως σὺ βούλει παρασχέιν, καὶ αὐτὸν κωλύεις. Τί οὖν; ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἔζη ὀφείλει; Ἄλλ' οὐ βούλεται οὕτως ὁ Θεός. Τί οὖν; οἱ ἀπόστολοι, φησὶν, ἐλευθέρους

ἔχον δουλεύοντας; Βούλει καὶ τοῦτο ἀκούσαι πῶς οἱ ἀπόστολοι διῆγον; ἀποδημίας ἐποιούντο, καὶ ἄνδρες ἐλευθέροι καὶ εὐγενεῖς γυναῖκες ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἀναπαύσεως καὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὰς κεφαλὰς ὑπέτιθεσαν τὰς ἑαυτῶν. Ἄκουε δὲ καὶ τοῦ μακαρίου τούτου παραινούντος καὶ λέγοντος· [736] Τοὺς οὖν τοιοῦτους ἀντίμους ἔχετε· καὶ πάλιν, Διὰ τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ μέχρι θανάτου ἠγγισε, παραδουλεύσαμένους τῇ ψυχῇ, ἵνα ἀνακληθῶσιν τὸ ὄμῳν ὀστέρισμα τῆς πρὸς με λειτουργίας. Ὅρξ τί φησι; Σὺ δὲ οὐδέ λόγον προλεσαι ὑπὲρ τοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ, μήτι γε κίνδυνον τοσοῦτον ἀναδέχη. Ἄλλὰ λούεσθαι, φησὶν, οὐ χρῆ. Διὰ τί, εἰπέ μοι; ποῦ τοῦτο κεκόλυται; οὐδὲ γὰρ ὁ ρύπος καλόν. Οὐδαμοῦ ταῦτα ὀρώμεν, οἷτε ἐγκαλούμενα, οἷτε θαυμαζόμενα.

Ἄλλα γὰρ ἐστὶν ἄπερ ἐπέταξε τὸν ἐπίσκοπον ἔχειν, ἀνέγκλητον εἶναι, σῶφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδασκικόν· ταῦτα ἀπαιτεῖ ὁ Ἀπόστολος, ταῦτα χρῆ ἐπιζητεῖν παρὰ τοῦ ἀρχοντος, παρ' αὐτῶν δὲ μηδέ. Οὐκ εἶ τοῦ Παύλου ἀκριβέστερος, μᾶλλον ἔτι οὐκ εἶ τοῦ Πνεύματος ἀκριβέστερος. Ἄν ἦ πλήκτης, ἢ καὶ πείριος, ἂν ὤμῳς καὶ ἀνηλεῆς, κατηγορεῖ· ἀνάξια ταῦτα τοῦ ἐπισκόπου· ἂν τρυφῆ, καὶ τοῦτο κατηγορεῖ· ἂν δὲ θεραπεύῃ τὸ σῶμα ἵνα σοὶ διακονῆ, ἂν ἐπιμελῆται ἵνα σοὶ χρήσιμος ἦ, ὑπὲρ τούτων αὐτὸν ἐγκαλεῖσθαι δεῖ; Οὐκ οἶδας ὅτι ἀσθένεια σωματικῆ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀσθενείας οὐχ ἦτορ καὶ ἡμᾶς βλάπτει, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν; Διὰ τί διορθοῦται αὐτὴν ὁ Παῦλος γράφων τῷ Τιμοθέῳ, Οἴσω ὀλίγη χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς σκερτάς σου ἀσθενείας; εἰ μὴ γὰρ ψυχῇ μόνῃ τὴν ἀρετὴν κατορθοῦμεν, οὐκ ἴδει φροντίζειν τοῦ σώματος. Τί δὲ ὄλω; καὶ γεγόναμεν; Εἰ δὲ πολλῇ τούτου ἡ συντέλεια, πῶς οὐκ ἐσχάτης ἐστὶν ἀνοίας ἀμελεῖν τοῦτο; Ἔστω γὰρ τις ἀνήρ ἐπίσκοπῃ τετιμημένος καὶ τοῦ κοινου τῆς Ἐκκλησίας τὴν προστασίαν ἐγκχειρισμένος, καὶ τὴν ἄλλα ἐστω ἀνάτερος καὶ πάντα ἔχων ἄπερ ἔχειν ἀρμόζει τὸν ἱερῶμένον, διαπαντὸς δὲ τῇ κλινῇ προσεδέσθω ὑπὸ πολλῆς ἀβρωστίας, τί οὗτος ὄνησαι δυνησεται; ποῖαν ἀποδημίαν στελεσθαι; ποῖας ἐπισκέψεις ποιήσασθαι; τίνι ἐπικληθεῖ; τίνα νοθετῆσαι; Ταῦτα εἶπον, ἵνα εἰδῆτε μὴ ἀπλῶς ἐγκαλεῖν, ἵνα εἰδῆτε μᾶλλον ἀποδέχεσθαι, ἵνα καὶ εἰ τις ὀφείλει τῆς ἀρχῆς, τὰς νιφάδας τῶν κατηγοριῶν ὀρῶν, τὴν τοιαύτην ἐπιθυμίαν σθενύη. Μέγας δυντὼς κίνδυνος καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δεόμενος χάριτος καὶ τῆς εἰρήνης, ἣν ἐπέυχεσθε ἡμῖν εἶναι πολλῆν, καὶ ἡμεῖς ὕμιν· ἵνα ἀμφοτέρω κατορθώσαντες τὴν ἀρετὴν, οὕτω τύχωμεν τῶν ἐπηγγελμένων αγαθῶν, ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

## [737] ΟΜΙΑΙΑ Β'.

Τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐκδιωρθώσῃ, καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν προσδουτέρους, ὡς ἐγὼ σοὶ διατάξω· εἰ τίς ἐστὶν ἀνέγκλητος, μᾶς γυναικὸς ἀνήρ, τέκνα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, ἢ ἀνυπότακτα.

α' Τοῖς μὲν παλαιοῖς ἀνδράσιν ἄπερ ὁ βίος ἦν ἐνεργός

καὶ ἐναγώνιος· ἡμῖν δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ βαθυμίας μεσός. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἤθεσαν ὅτι διὰ τοῦτο εἰς τὸν κόσμον παρήχθησαν, ἵνα τῷ παραγαγόντι κατὰ γνώμην ἐργάζωνται· ἡμεῖς δὲ ὡς; διὰ τοῦτο παραχθέντες, ἵνα ἐσθίωμεν καὶ πίνωμεν καὶ τρυφῶμεν, οὕτως οὐδενὸς τῶν πνευματικῶν λόγων ποιούμεθα. Οὐ περὶ τῶν ἀποστόλων λέγω μόνον, ἀλλὰ

fert : tu vero tam multis dominis contraria imperantibus, si doleas, hujus quoque rei dabis pœnas, omnium contra te ora aperiens. Hoccine, quæso te, honor est? hoc principatus? hoc potestas?

4. Imperat episcopus ut pecuniæ inferantur : si subditus noluerit, non modo non infert ; sed etiam, ne videatur desidii causa ita se gerere, accusat jubentem : Furatur, inquit, rapit, devorat pauperum res, absorbet inopum facultates. Finem fac maledicendi : quousque ista dices? Non vis inferre pecunias? nemo cogit, nemo vim affert : cur etiam hortanti et consilium danti conviciaris? Sed si quis in necessitate versetur, ille non porrigit manum, sive quod non possit, sive quod in alio versetur negotio. Nulla datur venia, sed rursus criminationes præcedentibus pejores. Hoccine est principatus? Nec sane potest ulcisci : viscera enim sunt sua. Ac sicut viscera, si intumuerint, si dolorem intulerint capiti ac reliquo corpori, non audemus ulcisci ; neque enim arrepto gladio abscondimus : sic et si quis ex subditis talis sit, atque ex criminationibus hujusmodi labores nobis mœroresque intulerit, ulcisci non audemus : id enim a paterno animo procul est ; sed necesse est molestiam ferre, donec ille ad sanam mentem reducatur. Emptitius servus habet aliquod opus imperatum ; si illud perfecit, jam sui dominus est : at hic circumquaque trahitur ; multa ab eo exiguntur, quæ vires ejus exsuperant : si non sit dicendi peritus, multa hinc murmura ; si apte loqui valeat, rursus accusationes : Inanis gloriæ cupidus est : nisi mortuos exciet, nullius momenti est, inquit. Ille pius est, inquit, hic vero non item. Si moderato utatur cibo, rursus crimina : Oportebat, inquit, illum suffocari : si lavantem viderit quispiam, plurima hinc convicia ; Indignus est, inquit, qui solem videat. Si eadem ipsa faciat, quæ ego facio, si lavatur, si comedit et bibit, si vestimentis operitur, si domus et famulorum curam habet, cur mihi præficitur? Sed et famulos habet sibi ministrantes, et asello vehitur : cur mihi præest? At, quæso te, annon debet ministro uti, sed ipse ignem incendere, aquam afferre, ligna scindere, in forum ingredi? et quanta hæc turpitudô? At sancti quidem illi viri, apostoli, eum qui doctrinæ insisteret, neque ad viduarum ministerium operam dare volunt, sed id operis illo indignum arbitrantur : tu vero illum in famulorum tuorum officium redigis? Cur tu qui hæc imperas, nihil impendis, neque hæc implet? nonne, quæso te, longe majus tibi infert ministerium, quam tu, qui corporalia curas? cur non servum mittis tuum, qui illi ministret? Christus lavit pedes discipulorum ; et tu si ministerium doctori præbeas, an magnum quid facis? Sed neque vis præbere, imo ipsum impedis.

Quid ergo? num e caelo vitam ducere debet? Sed id Deus non vult. Quid ergo? inquires ; num apostoli liberos homines habuerunt, qui sibi servirent? Vis audire quomodo apostoli se gesserint? peregrinationibus operam dabant, et viri liberi ac mulieres nobiles ad illos recreandos et animas et capita sua supponebant. Audi beatum hunc virum hortantem ac dicentem : *Hujusmodi in honore habetote ; et rursus ; Propter opus Dei naque ad mortem appropinquavit, non parcens animæ suæ, ut impletet quod ex vobis deerat erga me ministerium (Philipp. 2 29)*. Viden' quid dicat? Tu vero pro patre tuo ne verbum quidem proferre, ut non dicam tantum subire periculum, sustines. At, inquires, lavare non oportet. Cur, quæso, et ubinam hoc vetitum est? neque enim sordes honestæ sunt. Nusquam hæc videmus vel crimini data, vel admirationi habita.

*Ab episcopo quænam exigantur.* — Alia enim sunt quæ episcopis habenda præcepit Paulus ; irreprehensibilem esse, sobrium, ornatum, hospitem, doctorem : hæc exigit Apostolus, hæc a præsule exquirenda sunt, et nihil ulterius. Non es tu Paulo accuratior ; imo non es Spiritu ipso accuratior. Si percussor fuerit, si violentus, si crudelis et immitis, accusa : hæc indigna sunt episcopo : si deliciis deditus est, hoc criminatione dignum : si vero corpus curet, ut tibi ministret, utque tibi utilis sit, an ideo culpandus est? An ignoras corpoream infirmitatem, non minus quam animæ ægritudinem et nobis et Ecclesiæ notere? Cur ergo illam curat Paulus Timotheo scribens : *Modico vino utere propter stomachatum et frequentes tuas infirmitates (1. Tim. 5. 23)*? nam si animæ solius opera virtutem exercemus, curam corporis habere non debemus. Cur autem sic nati sumus? Quod si illud plurimum conferat, nonne corpus negligere extremæ dementiæ fuerit? Sit enim vir aliquis episcopatu honoratus, cui Ecclesiæ cura concredita fuerit, sitque virtute præditus, cæteraque omnia habeat, quæ habere par est sacerdotem, verum præ nimia ægitudine semper in lecto decumbat : quid hic prodesse poterit? quam suspicere peregrinationem? quo pacto visitare? quem increpare poterit? quem monere? Hæc dixi, ut discatis non culpare pastores, eosque potius cum benevolentia suscipere : ut etiam, si quis hujusmodi principatus cupiditate teneatur, conspecta criminationum multitudine, hoc exstinguat desiderium. Magnum enim revera periculum est, quod et Dei gratia et pace opus habeat, quam nobis apprecemini obsecro, et quam nos vobis apprecamur ; ut omnes simul virtute ornati, sic promissa bona consequamur, in Christo Jesu, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA II.

CAP. I. v. 5. *Hujus rei gratia reliqui te Crætæ, ut quæ desunt corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi : 6. si quis sine crimine*

*est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.*

1. *Apostolorum cura et opera. Pastoris officium.* — An-

ut quis certe viris vita omnis erat in opere atque incertamine : nobis autem non sic, sed negligentiae plena est. Noverunt profecto illi, sed ideo in hunc mundum fuisse deductos, ut secundum Conditoris voluntatem operarentur : nos vero ac si ideo conditi simus, ut comedamus et bibamus ac deliciis operam demus : ita nullam spiritualium rerum rationem habemus. Non de apostolis loquor tantum, sed etiam de iis qui post illos fuerunt. Vides igitur eos omnia percurren-tes, quasi hoc uno opere suscepto, semperque in peregrina regione versantes, utpote qui non haberent civitatem in terra. Audi igitur quid beatus hic vir dicat : *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ*. Quasi domum unam orbem totum distribuentes, ita omnia administrabant, ut omnium qui in mundo essent curam gererent, dum hic illam, ille aliam partem sibi sumeret. *Hujus enim rei gratia, inquit, reliqui te Cretæ, ut quæ desunt corrigas*. Non imperantis more interim hortatur : *Ut corrigas, inquit*. Vides animam omni invidia liberam, ubique discipulorum utilitati consulentem, nec curantem sive per se, sive per alium id agatur? Ubi enim plurimum periculi et difficultatis inerat, praesens ipse peragebat : quæ vero honorem magis quam laudem ferebant, discipulo permittebat ; episcoporum nempe ordinationes et cætera omnia quæ correctione opus habebant, atque, ut ita dixerim, perfectione majore. Quid, quaeso, dicis? tua ille corrigit? nec putas rem turpem ac tibi dedecori esse? Minime sane : communem enim utilitatem respicio tantum ; sive autem per me, sive per alium id fiat, nihil mea interest. Ita pastorem affectum esse opus est, nec proprium honorem quaerere, sed communem utilitatem. *Et constituas, inquit, per civitates presbyteros*. Episcopus hic dicit, ut jam alibi diximus. *Sicut et ego disposui tibi : si quis sine crimine est*. *Per civitates, inquit* : neque enim volebat totam insulam uni committi, sed unicuique suam curam et sollicitudinem assignari : ita enim labor ipsi levior futurus erat, et subditi majori cum diligentia gubernandi erant, si doctor multas ecclesias regendas non percurreret, sed uni gubernandæ et ornandæ operam daret. *Si quis, inquit, est sine crimine, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos*. Cur hujusmodi hominem in medium adducit? Ora obstruit hæreticis nuptias damnantibus, ostendens rem culpa vacare, imo ita honorandam esse ut aliquis connubio junctus possit etiam in sanctum thronum ascendere : eademque opera impudicos castigat, non sinens eos post secundas nuptias ad Ecclesiæ regimen assumi. Nam qui erga defunctam uxorem nullam servavit benevolentiam, quomodo bonus Ecclesiæ praesul esse potuerit? quibus criminationibus non subicietur? Nostis enim omnes, nostris utique, quod etsi per leges secundæ nuptiæ permittuntur, multis tamen ea res accusationibus patet. Nullam ergo vult praesentem subditis occasionem præbere. Ideo hic ponit, *Si quis sine crimine est* ; id est, si vita ejus sit immunis a culpa, si nullam carpenti se occasionem præbuerit.

Audi Christum dicentem : *Si enim lumen quod in te est, inquit, tenebræ sint, ipse tenebræ quantæ erant (Matth. 6. 23)? Filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos*. Perpendamus quantum de educandis liberis providentiam gerat. Nam qui filiorum suorum doctus esse non potuit, quo pacto alios doceat? Si quos ab initio secum habuit et nutrit, et in quos per legem et per naturam potestatem habebat, recte instituere non potuit, quomodo alienis professe valebit? Nisi enim summa patris ignavia esset, non siviasset eos, qui sub potestate sua erant, improbos evadere. Neque fieri potest, ut qui ab initio cum magna cura et diligentia educatus fuit, improbus sit : neque enim ea natura sunt peccata, ut tantam curam superare valeant. Quod sibi posthabita filiorum educatione, pecuniis congerendis dederit operam, nec tantam liberorum curam habuerit ; etiam sic indignus est. Nam si, cum urgebat naturalis affectus, ita socors fuit, aut ita stultus, ut plus de pecuniis, quam de filiis, sollicitus esset, quo pacto hic in thronum tantumque principatum evehatur? Nam si potuerit, magnæ socordiae crimen est ; si vero studium non adhibuerit, ut paterni affectus expertus est damnandus. Qui igitur proprios filios negligit, quomodo alienorum habebit curam? Nec simpliciter dixit, Non luxuriosum ; sed nec ea de re accusari, nec malam habere famam voluit. 7. *Oportet enim episcopum sine crimine esse sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem*.

2. Nam is qui externum principatum obtinet, quia ex lege et ex necessitate imperat, merito sæpe non ex subditorum voluntate et sententia dominatur : is vero qui volentibus, et gratias de suscepto dominio habentibus praesesse vult ; si ita se gerat, ut consilio proprio tantum omnia faciat, nemini rationem reddens, tyrannice potius quam populariter hujusmodi exercet officium. *Oportet enim, inquit, sine crimine esse sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum*. Quomodo enim docebit alios hoc vitium superare, qui seipsum non docuit? In plurima enim hic principatus inducit negotia, quæ vel moderatorem molestum et ingratum efficiant, innumeras quotidie iracundiæ causas circumferens. Nisi igitur ad hoc præmeditatus accesserit, molestissimus erit, plurimamque corrumpet ac perdet eorum, quæ sui officii sunt. *Non vinolentum, non percussorem*. De contumelioso hic loquitur : nam hortando potius quam increpando omnia facienda sunt : quæ enim, quaeso te, contumeliæ necessitas? Gehennæ conminatione terrendum, magnusque timor adhibendus. Nam qui contumelia afficitur, audacior evadit, et contumeliosum magis contemnit. Nihil enim ita contemptum parit, ut contumelia, quæ contumeliosum dedecorat, nec sinit esse venerabilem. Cum pietate multa illum verba facere oportet, et peccantibus futuri iudicii mentionem facere, atque ab omni contumelia purum et alienum esse. Quod si qui sint, qui ea quæ sui officii sunt impediunt, tunc cum omni auctoritate res tractanda est. *Non percussorem, in-*

καὶ τῶν μετ' αὐτούς. Ὁρᾷ γοῦν αὐτούς πάντα διατρέχοντας, καὶ ὡσερ τινὸς ἔργου τούτου ἐπιλημμένους, καὶ διόλου ἐν ξένη διατριβόντας, ἅτε οὐκ ἔχοντας πόλιν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἄκουσον γοῦν τοῦ μακαρίου τούτου τί φησί· *Τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ*. Καθάπερ οἰκίαν μίαν τὴν οἰκουμένην ἐικονομαίμενοι, οὕτως ἅπαντα διηκονοῦντο, καὶ τῶν ἅπανταχοῦ ἐπεμέλοντο, ὁ μὲν τοῦτο, ὁ δὲ ἐκεῖνο λαβὼν τὸ μέρος. *Τούτου γὰρ χάριν*, φησί, *κατέλιπόν σε ἐν τῇ Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσω*. Οὐκ ἐπιτακτικῶς αὐτῷ παραινεί τένω· *Ἴνα ἐπιδιορθώσῃ*, φησίν. Ὁρᾷ ψυχὴν φθόνου παντὸς καθαρὰν, πανταχοῦ τὸ τῶν μαθητευομένων χρησιμὸν ζητοῦσαν, οὐκ ἀκριβολογουμένην, εἴτε δι' αὐτοῦ, εἴτε δι' ἑτέρου γένοιτο· Ἐνθα μὲν γὰρ ἦν κίνδυνος καὶ πολλὴ δυσκολία, αὐτὸς κατώρθου παρών· ἂ δὲ τιμὴν μᾶλλον ἔφερον ἢ ἐπαῖνον εἶχε, ταῦτα ἐπιτρέπει τῷ μαθητῇ, τῶν ἐπισκόπων λέγω τὰς χειροτονίας, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα ἐδεῖτο τινὸς ἐπιδιορθώσεως, ἢ, ὡς ἂν εἴποι τις, πλειόνος καταρτισμοῦ. Τί λέγεις, εἰπέ μοι; τὰ σὰ προσδιοροῦνται; καὶ οὐχ ἡγῆ τὸ πρᾶγμα αἰσχρὸν οὐδὲ αἰσχύνῃ σοι φέρειν; Οὐδαμῶς· πρὸς γὰρ τὸ κοινὸν κέρδος ὀρῶ μόνον· εἴτε δὲ δι' ἑμοῦ, εἴτε δι' ἑτέρου γένοιτο, οὐδὲν ἔμοι διαφέρει. Οὐτὸν τὸν προσετώτα χρὴ διακείσθαι, μὴ τὴν ἰδίαν τιμὴν ζητεῖν, ἀλλὰ τὸ κοινῇ συμφέρον. *Καὶ καταστήσῃς*, φησί, *κατὰ πόλιν προσδωτέρους*. Τοὺς ἐπισκόπους ἐνταῦθα φησί, καθὼς ἀλλαχοῦ ἡμῖν εἴρηται. Ὡς ἐγὼ σοι *δισταξάμην· εἰ τις ἀνέγκλητος*. — *Κατὰ πόλιν*, φησίν, οὐ γὰρ ἐδοῦλετο πᾶσαν τὴν νῆσον ἐπιτετραφῆθαι ἐν, ἀλλ' ἕκαστον ἰδίαν ἔχειν φροντίδα καὶ μέριμναν· οὕτω γὰρ αὐτῷ τα εἶναι τὸν πόνον κοῦπον, καὶ τοὺς ἀρχομένους πλειόνως ἀπολαύσεσθαι τῆς ἐπιμελείας, εἰ γὰρ μὴ εἰς πολλῶν Ἐκκλησιῶν προστασίαν ὁ διδάσκαλος περιέρχοιτο, ἀλλὰ σχολάζει μᾶλλον, [758] καὶ ταύτην κατακοσμοῖ. *Εἰ τις*, φησίν, *ἀνέγκλητος*, μῖς τυραννικὸς ἀνὴρ, τέκνα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ δσωτίας, ἢ ἀνυπότακτα. Τίνος ἔνεκεν καὶ τὸν τοιοῦτον εἰς μέσον παράγει; Ἐπιστημίζει τοὺς αἰρητικούς τοὺς τὸν γάμον διαβάλλοντας, δείκνυ· ὅτι τὸ πρᾶγμα οὐκ ἔστιν ἐναγὲς, ἀλλ' οὕτω τίμιον, ὡς μετ' αὐτοῦ δύνασθαι καὶ ἐπὶ τὸν ἅγιον ἀναβαίνειν θρόνον· ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τοὺς ἀελαγεῖς κολάζων, καὶ οὐκ ἀφίει μετὰ δευτέρου γάμου τὴν ἀρχὴν ἐγγειρίζεσθαι ταύτην. Ὁ γὰρ πρὸς τὴν ἀπελθοῦσαν μηδεμίαν φυλάξας εὐνοίαν, πῶς ἂν οὕτως γένοιτο προσηγορίας καλῆς; τίνα δὲ οὐκ ἂν ὑποσταίῃ κατηγορίαν; Ἴστε γὰρ ἅπαντες, ἴστε ὅτι εἰ μὴ κεκλύεται πρὸς τῶν νόμων τὸ δευτέρως ὀμειλῖν γάμοις, ἀλλ' ὁμοῦ πολλὰς ἔχει τὸ πρᾶγμα κατηγορίας. Οὐδεμίαν οὖν παρέχειν λαθρὴν τοῖς ἀρχομένοις τὸν ἄρχοντα βούλεται. Διὰ τοῦτο τίθησιν, *Εἰ τις ἀνέγκλητος*, τουτέστιν, εἰ κατηγορίας ὁ βίος ἐλεύθερος αὐτῷ γέγονεν, εἰ μηδεὶς ἔσχεν ἐπισκῆψαι ἐν τῇ ζωῇ. Ἄκουε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· *Εἰ γὰρ τὸ φῶς*, φησί, *τὸ ἐν σοὶ ἢ σκότος*, τὸ σκότος πόσον; *Τέκνα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ δσωτίας*, ἢ ἀνυπότακτα. Σκοπήσωμεν πῶς πολλὴν καὶ ὑπὲρ τῶν παιδῶν ποιεῖται τὴν πρόνοιαν. Ὁ γὰρ τῶν αὐτοῦ παιδῶν διδάσκαλος γενέσθαι μὴ δυναθεῖς, πῶς ἂν ἑτέρων γένοιτο; Εἰ οὐκ ἐξ ἀρχῆς εἶχε μεθ' αὐτοῦ καὶ

ἔτρεφε, καὶ καθ' ὧν καὶ παρὰ τῶν νόμων, καὶ παρὰ τῆς φύσεως εἶχεν ἐξουσίαν, τούτους βυθίσει οὐκ ἰσχυοί, πῶς ἂν τοὺς ἐξώθεν ὠφελῆσαι δυναθεῖται; Εἰ μὴ γὰρ πολλὴ νοθεία εἴη πατρὸς, οὐκ ἂν ὧν ἐξ ἀρχῆς ἔλαβεν ἐξουσίαν, τούτους περιεῖθε γενομένου κακοῦ. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ἐξ ἀρχῆς μετὰ πολλῆς τραφέντα τῆς ἐπιμελείας γενέσθαι κακῶν, καὶ πολλῆς ἀπολαύσαντα σπουδῆς· οὐ γὰρ ἔστι φύσει τὰ ἀμαρτήματα, ἵνα τοσαύτης περιγίνηται πρόνοιος. Εἰ δὲ ἐν δευτέρῳ τὰ τῶν παιδῶν ἐτίθετο, περὶ τὰ χρήματα σχολάζων, καὶ οὐ τοσαύτην αὐτῶν ἐποιεῖτο σπουδὴν, καὶ οὕτως ἀνάγει. Εἰ γὰρ, ὅπου ἢ φύσει ἠνάγκαζεν, οὕτως ἀστοργὸς ἦν, ἢ οὕτως ἀνόητος, ὡς μᾶλλον τῶν χρημάτων φροντίζειν αὐτὸν ἢ αὐτῶν, πῶς ἂν οὗτος ἐπὶ τὸν θρόνον ἀναχθεῖ καὶ τὴν τοσαύτην ἀρχὴν; Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἠδύνατο, πολλὴ τῆς νοθείας ἢ κατηγορία· εἰ δὲ οὐκ ἔσπουδασεν, πολλὴ τῆς ἀστοργίας ἢ ἐμφύσις. Ὁ τοῖνον τῶν παιδῶν ἀμελῶν τῶν αὐτοῦ, πῶς τῶν ἄλλοτρῶν ἐπιμελήσεται; [759] Καὶ οὐκ εἶπε μὴ ἀπλῶς ἄστωτος ἢ, ἀλλὰ μηδὲ διαβολὴν ἔχειν τοιαύτην, μηδὲ πονηρὰς εἶναι δόξης. *Δεῖ γὰρ τὸν ἐπισκόπον*, φησίν, *ἀνέγκλητον εἶναι ὡς Θεοῦ οἰκονόμου, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, μὴ κάρουον, μὴ κλήκτην*.

β'. Ὁ μὲν γὰρ ἐξώθεν ἄρχων, ἐπειδὴ νόμῳ κρατεῖ καὶ ἀνάγκῃ, εἰκότως οὐ πολλαχοῦ τῆς τῶν ἀρχομένων γνώμης κοινώνει· ὁ μόντος ἐκόντων ὀφειλῶν ἄρχων, καὶ χάριν αὐτῷ τῆς ἀρχῆς εἰδόντων, ἂν οὕτω τὸ πρᾶγμα καταστήσῃ, ὡς ἀπὸ τῆς οἰκειᾶς γνώμης μόνον πάντα ποιεῖν, καὶ μηδενὶ μεταδιδῶ λόγου, τυραννικώτερον μᾶλλον ἢ δημοτικώτερον τὴν ἐπιστασίαν πεποιήται. *Δεῖ γὰρ*, φησίν, *ἀνέγκλητον εἶναι ὡς Θεοῦ οἰκονόμου, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον*. Πῶς γὰρ ἑτέρους παιδεύσει κρατεῖν τοῦ πάθους τούτου, ἐαυτὸν μὴ παιδεύσας; Εἰς πολλὰ γὰρ ἡ ἀρχὴ ἐξάγει, καὶ χαλεπώτερον ποιεῖ καὶ δυσάρεστον καὶ τὸν σφόδρα ἐπεικῆ, μυρίας ἀνάγκας περιεστῆσα ὀργῆς· ἂν μὴ ἦ τοῦτο μεμελετηκῶς πρότερον, καὶ χαλεπώτερος ἔσται, καὶ πολλὰ διαφθερεῖ καὶ ἀπολείπει τῶν τῆς ἀρχῆς. *Μὴ κάρουον, μὴ κλήκτην*. Τὸν ὑβριστὴν ἐνταῦθα φησίν· νοουθετοῦντα γὰρ ἢ ἐπιπλήττοντα πάντα χρὴ ποιεῖν, μὴ ὑβρίζοντα· ποία γὰρ ἀνάγκη ὑβρεως, εἰπέ μοι; Φοβεῖν χρὴ τῇ τῆς γέννησις ἀπειλῇ, δεόττασθαι, καθικνεῖσθαι. Ὁ γὰρ ὑβρισθεῖς θρασύτερος γίνεται καὶ μᾶλλον καταφρονεῖ τοῦ ὑβρίζοντος. Οὐδὲν γὰρ οὕτω ποιεῖ καταφρόνησιν, ὡς ὑβρις; καὶ αἰσχύνει τὸν ὑβρίζοντα μᾶλλον, καὶ οὐκ ἀφίησιν εἶναι αἰδέσιμον ὡς δεῖ. Πολλῆς αὐτοῖς τῆς εὐλαθείας γέμειν τὸν λόγον χρὴ, ἐν τοῖς ἀμαρτήμασι μνημὴν ἔχειν τῆς μελλούσης κρίσεως, πάσης δὲ ὑβρεως εἶναι καθαρὸν· εἰ δὲ τινε; εἰεν οἱ κωλύοντες τὰ δέοντα ποιεῖν, μετὰ πάσης αὐθεντίας μετιέναι τὸ πρᾶγμα. *Μὴ κλήκτην*, φησίν. Ἰατρὸς ἔστιν ὁ διδάσκαλος τῶν ψυχῶν· ὁ δὲ ἱατρὸς οὐ πλήττει, ἀλλὰ τὸν παπληγῶτα διορθοῦται καὶ θεραπεύει. *Μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλὰ φιλόξενον, φιλόγαθον, σώφρονα, δίκαιον, δσιον, ἔγκρατῆ, ἀνεσχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδασχὴν πιστοῦ λόγου*. Εἰδὲς πόσην ἐπίτασιν ἀρετῆς ἀπήτησε; *Μὴ αἰσχροκερδῆ*, φησίν· τουτέστι, πολλὴν ὑπεροφίαν χρημάτων ἐπιδεικνύμενον· *Φιλόξενον, φιλόγαθον, σώφρονα, δίκαιον, δσιον*· τὰ αὐτοῦ πάντα τοῖς δεομένοις, φησίν, προίμενον· *ἔγκρατῆ*. Οὐ τὸν νηστευτὴν εἰ-

\* Sayll. in marg., περιέλοιστο.

β Forte legendum, καὶ οὐκ εἰπὼν ἀπλῶς *Μὴ ἄστωτος*.

παν ἐνταῦθα, ἀλλὰ τὸν πάθος κρατοῦντα, τὸν καὶ γλώττης καὶ χειρὸς καὶ ὀφθαλμῶν ἀκολάστων· τοῦτο γὰρ ἐστὶν ἄγκράτεια, τὸ μηδὲν ὑποσύρσθαι πάθει. Ἄντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδασχὴν πιστοῦ λόγου. Πιστὸς ἐνταῦθα τοῦ ἀληθοῦς φησιν, ἢ τοῦ διὰ πίστεως παριδεομένου, οὐ δεομένου συλλογισμῶν οὐδὲ ζητημάτων. Ἄντεχόμενον, φροντίζοντα, ἔργον τοῦτο ποιούμενον. Τί οὖν, ἂν λόγων ἀπειρος ἦ τῶν ἐξωθεν; Διὰ τοῦτο εἶπον, *Τοῦ κατὰ διδασχὴν πιστοῦ λόγου. Ἴνα δυνατὸς ἦ καὶ παρακαλεῖν, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν.* Ὅστε οὐ χρεῖα κόμπου βρῆμάτων, ἀλλὰ φρενῶν, καὶ Γραφῶν ἐμπειρίας, καὶ νοημάτων δυνάμεις.

Οὐχ ὀρθῶς Παῦλον τρεψάμενον τὴν οἰκουμένην ἄπασαν, καὶ μειζόνως ἰσχύσαντα καὶ Πλάτωνος, καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων; Ἄλλ' ἀπὸ τῶν σημείων, φησίν. Οὐκ ἀπὸ τῶν σημείων μόνον· εἰ γὰρ ἐπέλοις τὰς Πράξεις τῶν Ἀποστόλων, πολλαχοῦ αὐτὸν εὐρήσεις ἀπὸ τῆς διδασκαλίας κρατοῦντα καὶ πρὸ τῶν σημείων. Ἴνα δυνατὸς ἦ καὶ [740] *παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαίνουσῃ*· τούτεστι, πρὸς φυλακὴν τῶν οικειῶν, πρὸς ἀνατροπὴν τῶν ἐχθρῶν. Καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. Τούτου γὰρ μὴ δντος, πάντα οἴχεται. Ὁ γὰρ οὐκ εἰδὼς μάχεσθαι τοῖς ἐχθροῖς, καὶ αἰγμαλιωτικῶς πᾶν νόημα εἰς τὴν ὀπακὴν τοῦ Χριστοῦ, καὶ λογισμοὺς καθαιρεῖν· ὁ οὐκ εἰδὼς; ἀ χρῆ περὶ τῆς ὀρθῆς διδάσκειν διδασκαλίας, πῶρρω ἔστω θρόνου διδασκαλικοῦ. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα καὶ ἐν τοῖς ἀρχομένοις εὐροί τις ἂν, ὅλον τὸ ἀνέγκλητον, τὸ τέκνα ἔχειν ἐν ὑποταγῇ, τὸ φιλόξενον, τὸ δίκαιον, τὸ δσον· ὁ δὲ μάλιστα χαρακτηρίζει τὸν διδάσκαλον, τοῦτό ἐστι, τὸ δύνασθαι κατεχεῖν τὸν λόγον, οὐ πρόνοια οὐδεμία νῦν. *Εἰσι γὰρ πολλοὶ καὶ ἀνυπότακτοι, ματαιολόγοι, καὶ φρασιπᾶται, μάλιστα ἐκ περιτομῆς· οὗς δεῖ ἐπιστομίζειν.* Ὁρθῶς πῶς δεικνύσι πάθει εἶσι τοιούτοι; Ἀπὸ τοῦ μὴ θέλειν ἀρχεσθαι, ἀλλὰ ἀρχεῖν· τοῦτο γὰρ ἠνίκατο. Ὅταν οὖν πείσαι μὴ δυναθῆς, μὴ διάταττε τοῦτοις α, ἀλλ' ἐπιστομίζε εἰς τὴν τῶν ἄλλων ὠφέλειαν. Τί οὖν τὸ κέρδος, ὅταν μὴ πείθωνται, ἢ καὶ εἰ ἀνυπότακτοί εἰσι; Τίνος ἔνεκεν ἐπιστομίζεις χρῆ; Ἴνα ὠφελήθῳσιν ἕτεροι ἐνταῦθεν. *Ὅτι τινες ὀλοὺς ὀλακὺς ἀνατρέπουσι, διδασκοντες ἃ μὴ δεῖ, αἰσχροῦ κέρδους χάριν.* Εἰ γὰρ τὴν διδασκαλίαν ἀνεδέξατο, οὐχ ἱκανὸς δὲ ἐστὶν ἐκαίνοις μάχεσθαι οὐδὲ ἐπιστομίσαι αὐτοὺς οὕτως; ἀναισχυνοῦντας, τῆς τῶν ἀπολλυμένων βλάβης καθ' ἕκαστον αἰτίως γενήσεται. Εἰ γὰρ παραινέει τις λέγων, *Μὴ ζητεῖ γενέσθαι κριτικῆς, εἰ μὴ ἰσχύεις ἐξίρειν ἀδικίαν,* πολλῶ μᾶλλον ἐνταῦθα ἂν εἴποι τις, *Μὴ ζητεῖ γενέσθαι διδάσκαλος,* εἰ τῆς τοῦ πράγματος ἀξίας ἀπέχει, ἀλλὰ καὶ ἐλκόμενος ἀποπήδα. Ὁρθῶς πανταχοῦ τὴν φιλαργυρίαν, τὴν αἰσχροκέρδειαν αἰτίαν τούτων ὄσαν; *Διδάσκοντες, φησίν, ἃ μὴ δεῖ, αἰσχροῦ κέρδους χάριν.*

γ'. Οὐδὲν γὰρ ἐστὶν, ὃ μὴ λυμνίζνται ταῦτα τὰ πάθη· ἀλλ' ὡσπερ πνεύματά τινα ἀγρία εἰς γαληνὸν ἐμπεσόντα πέλαγος, ὅλον αὐτὸ κάτωθεν ἀναμοχλεύει, ὡς καὶ τὴν ἄμμον τοῖς κύμασιν ἀναμίγνυσθαι· οὕτω ταῦτα τὰ πάθη εἰς ψυχὴν εἰσιόντα, πάντα ἄνω καὶ

κάτω ποιεῖ, κηρεῖ τὸ διορατικὸν τῆς διανοίας, μάλιστα δὲ ἡ τῆς δόξης μανία. Χρημάτων μὲν γὰρ εὐκόλον καταφρονῆσαι τῷ βουλομένῳ· τῆς δὲ παρὰ τῶν πολλῶν τιμῆς ὑπεριδεῖν, πολλοῦ δεῖ πόνου, μεγάλης φιλοσοφίας, ψυχῆς τινος ἀγγελικῆς αὐτῆς ἀπειμένης· τῆς κορυφῆς τῆς τοῦ οὐρανοῦ. Οὐ γὰρ ἐστὶν, οὐκ ἐστὶν οὐδὲν οὕτω πάθος τυραννικὸν καὶ πανταχοῦ κρατοῦν, ἐκ πλείονος μὲν καὶ ἐλάττονος μοίρας, πανταχοῦ δὲ ὅμως. Πῶς ἂν οὖν αὐτοῦ περιγενοίμεθα, εἰ καὶ μὴ κατὰ κράτος, ἀλλὰ κἴν ἐξ ἐλαχίστου μέρους; Ἄν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναδλέπωμεν, ἂν τὸν θεὸν σχώμεν πρὸ ὀφθαλμῶν, [741] ἂν μειζω τῶν γηίνων λάδωμεν λογισμῶν. Ἐνώησον, ὅταν ἐπιθυμῆς δόξης, δεῖ αὐτῆς ἐπέτυχες, καὶ μάθε τὸ τέλος, καὶ οὐδὲν εὐρήσεις· ἐνώησον ὅσην ἔχει τὴν ζημίαν τὸ πρᾶγμα, ὅσων καὶ ἡλικίων ἀποστραεῖ ἀγαθῶν· τοῦ; μὲν γὰρ πόνους ὑποστήσῃ καὶ τοὺς κινδύνους, τῶν δὲ καρπῶν ἀποστραεθήσῃ καὶ τῶν ἐπάθλων· ἐνώει δεῖ εἰ πλείστοι κακοὶ, καὶ καταφρόνησον αὐτῶν τῆς δόξης. Καθ' ἕνα ἕκαστον ἀναλόγισαι τίς ἐστι, καὶ ὅκει τὸ πρᾶγμα γέλωτος γέμον· ὅκει δεῖ εἰς αἰσχρὴν μᾶλλον, ἢ δόξα τὸ πρᾶγμα ἐστὶ· καὶ μετὰ ταῦτα ἀνάγαγε τὸν λογισμὸν ἐπὶ τὸ ἄνω θέατρον. Ὅταν ἀγαθὸν τι πράττων ἐνώησῃ, δεῖ καὶ ἀνθρώποις δεῖξαι, καὶ τινὰς ἐπιζητῆς θεατὰς τοῦ πράγματος, καὶ ὠδίνης ὥστε ὀφθῆναι· ἐνώησον δεῖ ὁ θεὸς ὀρθῶς, καὶ πᾶσαν ἐκείνην σθενύεις τὴν ἐπιθυμίαν· ἀναχώρησον ἐκ τῆς γῆς, πρὸς ἐκεῖνον ἴδε τὸ θέατρον τὸ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἀνθρώποι κἂν ἐπαινεῖσθαι, ἀλλ' ἕσπερον ἐμέμφαντα, ἀλλὰ φθοροῦσιν, ἀλλ' ἐπιλαμβάνονται· κἂν μὴ τοῦτο κριώσιν, οὐδὲν ἕως ὠφελήσουσιν τὸν ἐπαινοῦμενον· ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ χαιρεῖ ἐπαινῶν ἡμῶν τὰ κατηρθώματα. Εἰπες ὀρθῶς, καὶ κρότων ἐπέτοχες; καὶ τί τὸ κέρδος; Εἰ μὲν γὰρ ὠφελήθησαν οἱ κροτήσαντες καὶ μετεβόλοιο καὶ βελτίους ἐγένοντο, καὶ τῶν προτέρων κακῶν ἀπέστησαν, δεῖ χαιρεῖν ἠντως, οὐκ ἐπὶ τοῖς ἐπαινοῖς τοῖς γενομένοις, ἀλλ' ἐπὶ τῇ μεταβολῇ τῇ καλῇ καὶ θαυμαστῇ. Εἰ δὲ διαπαντός μὲν ἐπαινοῦντες καὶ ὑβρίζοντες καὶ κροτοῦντες διατελοῦσι, καρποῦνται δὲ οὐδὲν ἀπὸ τῶν κρότων, ἀλγεῖν μᾶλλον χρῆ, δεῖ αὐτοῖς εἰς κρῖμα ταῦτα γίνεσθαι. Ἄλλ' ἐπὶ εὐλαθεῖα δόξαν ἔχεις; Ἄν μὲν δντως ἦς εὐλαθῆς, καὶ μηδὲν ἐαυτῷ σύνοιδας πονηρῶν, χαιρεῖν δεῖ, οὐκ ἐπειδὴ δεκεῖ, ἀλλ' ἐπειδὴ εἰ ἂν μέντοι μὴ ὦν, τῆς τῶν πολλῶν δόξης ἐπιθυμῆς, ἐνώει δεῖ οὐχ οὔτοι κρινούσιν ἡμῖν κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἀλλ' ὁ τὰ λανθάνοντα μετὰ ἀκριθείας ἐπιστάμενος. Εἰ δὲ συνειδῶς ἐαυτῷ ἁμαρτήματα, καθαρὸς εἶναι παρὰ πᾶσιν ὑποπτεύῃ, οὐ μόνον οὐ χαιρεῖν δεῖ, ἀλλὰ καὶ ἀλγεῖν καὶ στένειν πικρὸν, τὴν ἡμέραν ἐννοοῦντα συνεχῶς, καθ' ἣν πάντα ἀποκαλύπτεται, καθ' ἣν τὰ κρυπτά τοῦ σκότους φωτίζεται. Τιμῆς ἀπολαύεις; διακροῦσθαι ταῦτην, εἰδῶς ὅτι σε ὀφελίτην καθίστησιν. Οὐδεὶς σοι παρέχει τιμῆν; καὶ χαιρεῖν δεῖ ἐπὶ τούτῳ· καὶ γὰρ ὁ σοὶ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο ὁ θεὸς προβαλεῖται. δεῖ τιμῆς ἀπῆλαυσας. Ἢ οὐχ ὀρθῶς, ὡς μετὰ τῶν ἄλλων εὐεργεσιῶν καὶ τοῦτο ἐγκρατεῖ ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου· *Ἐλαβὸν ἐκ τῶν υἰῶν ὑμῶν εἰς ἀροφήτας, καὶ ἐκ τῶν νεανίσκων ὑμῶν εἰς ἀγρίας μύ;* Κἂν τοῦτο τοῖων κερδανεῖς, δεῖ οὐκ ἐση ὑπεύθυνος; μεζονοί τιμωρίζ. Ὁ μὲν γὰρ μὴ τιμώμενος· ἐν τῷ παρόντι βίω, καὶ καταφρονούμενος καὶ οὐδὲ λόγου τιμῆς ἀπολαύων, ἀλλὰ

<sup>a</sup> Forte legendum τούτους. Hunc locum non expressit Ambrosius Camaldulensis. Sensus esse videtur, *Ne constituas illos episcopos*; nam de episcopis constituendis hic cum Tito agit.

<sup>b</sup> Sic Colb. recte. Edd., οὐ γάρ.



quit. Medicus est animarum doctor : medicus autem non percutit, sed eum qui morbo vel vulnere affectus est emendat et sanat. *Non turpis lucri cupidum* ; 8. *sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem* ; 9. *amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem.* Viden' quantum virtutis calmen requirat? *Non turpis lucri cupidum*, inquit ; id est, qui magnum pecuniarum contemptum præ se ferat. *Hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum* : sua omnia, inquit, regis impertientem : *continentem.* Non jejuno deditum hic dicit, sed qui vitia superat, linguam, manum et impudicos oculos : hæc quippe est continentia, nullo pertrahi vitio. *Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem.* Fidelem hic verum dicit, vel qui per fidem traditus est, qui nec ratiociniis nec questionibus eget. *Amplectentem, sollicito curantem, hoc sibi opus assignantem.* Quid ergo, si externæ disciplinæ fuerit expertus? Ideo dixi, *Eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem. Ut potens sit exhortari, et eos qui contradicunt arguers.* Non ergo verborum fastu opus est, sed mento et Scripturarum peritia, sensuumque vi.

*Paulus plus potuit, quam Plato.* — Non vides Paulum qui orbem convertit universum, et plus potuit, quam Plato, et plus quam cæteri omnes? Sed ex signis, inquires. Non ex signis tantum : si enim Acta Apostolorum percurras, multis in locis eum victorem invenies etiam ante signa. *Ut potens sit exhortari in doctrina sana* ; id est, ad suorum custodiam, ad eversionem inimicorum. *Et eos qui contradicunt arguers.* Nisi enim hoc fuerit, omnia pessum eunt. Nam qui adversus hostes pugnare nescit, et captivare omnem intelligentiam in obedientiam Christi, et ratiocinia confutare : qui non scit ea quæ de recta fide docere oportet, is procul sit a throno doctrinæ. Nam cætera etiam in subditis reperire est ; nempe quod sint sine crimine, quod filios habeant subditos, quod sint hospitales, justi, sancti : quod vero maxime doctorem exprimit, hoc est, quod possit verbis instituere ; cuius rei nunc cura nulla habetur. 10. *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui et seductores, maxime qui de circumcisione sunt* : 11. *quos oportet redargui.* Viden' quomodo ostendat undenam hujusmodi sint? Quod nolint obsequi, sed imperare : hoc enim subiudicavit. Cum ergo persuadere non potueris, hos ne ordinaveris, sed silentium impone ad aliorum utilitatem : quod enim lucrum si non pareant vel si etiam inobedientes sint? Cur illis silentium est imponendum? Ut hinc cæteri utilitatem decerpant. *Qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.* Nam si is doctrinam suscepit, non potest cum illis concertare, neque illis os obstruere sic impudenter agentibus, pereuntium singulorum damni causa ipse erit. Si enim quidam hortatur dicens : *Ne quæras fieri iudex, nisi possis tollere iniquitatem* (Eccli. 7. 6) ; multo magis hic dicas, *Ne quæras magister fieri, si longe abes a tali dignitate, sed etiam si traaharis, resili.* Vides undique pecuniæ et turpis

lucris cupiditatem horum esse causam? *Docentes, inquit, quæ non oportet, turpis lucri gratia.*

5. *Honoris contemptus quam difficilis.* — Nihil enim est quod hæc vitia non labefactent ; sed quemalmodum venti quidam vehementes in tranquillum mare incidentes, totum illud a sedibus imis perturbant, ita ut arena fluctibus misceatur : ita hæc vitia in animam ingressa, totam illam sus deque versant, excruciant in mente vim perspiciendi, maximeque gloriæ vesana cupido. Nam pecuniarum contemptum facile quis admittet ; honorem vero a multis præstitum despiciere, multi est laboris, magnæ philosophiæ, animæ angelicæ, quæ cælorum verticem attingat. Nullum, nullum utique est vitium ita tyrannicum, quod ubique dominatur, alibi plus, alibi minus, ubique tamen. Quomodo igitur ipsum superabimus, etiamsi non penitus, tamen ex tantilla parte? Si in cælum respiciamus, si Deum præ oculis habeamus, si cogitationem et sensum terrenis rebus longe majorem suspiciamus. Quando gloriam concupiscis, cogita te jam illam consequutum esse, et discas finem, nihilque reperies. Cogita quantum hæc res affert detrimenti, quantis et qualibus privet bonis : nam labores quidem et pericula subibis, fructibus autem et præmiis privaberis. Cogita multos esse improbos, gloriamque illorum contemne. Singulos tecum reputa quinam sint, videbisque ridiculam prorsus rem esse ; videbis turpitudinem potius esse, quam gloriam : et postea erige cogitationem tuam ad supernum theatrum. Cum boni aliquid feceris, si cogites id hominibus esse ostendendum, et quosdam quæras rei spectatores, atque id conspici peroptes ; cogita id Deum ipsum videre, et totam illam exstingues cupiditatem : ex terra recede, illud respice cælorum theatrum. Homines si laudaverint, postea vituperabunt, invidentur, carpent : ac si nihil horum fecerint, nihil tamen ei quem laudant utilitatis afferent. In Deo autem nihil tale, sed gaudet ille recte facta nostra laudans. Recte loquutus es, et plausus excepisti? quid inde lucri? Nam si quidem plaudentes illi utilitatem consequuti, inmutati meliores effecti sunt, et a pristinis malis recesserunt, gaudendum utique est, non de laudibus, sed de mirabili illa mutatione. Quod si perpetuo laudantes, tumultuantes, plaudentes, nihil ex plausibus lucrentur, dolendum magis est, quod hæc illis in iudicium et damnationem cedant. At de pietate gloriam habes? Si quidem pius, nulliusque mali tibi conscius es, gaudere oportet, non quia talis videris esse, sed quia talis es. Quod si cum talis non sis, multorum gloriam aucuperis, cogita non illos esse qui de nobis iudicaturi sunt in illo die, sed eum qui abscondita accurate novit. Quod si peccatorum tibi conscius, omnibus purus esse putaris, non modo non gaudendum, sed etiam dolendum et acerbe lugendum est tibi, frequenter cogitanti diem illum, quo omnia revelabuntur, et abscondita teubarum illuminabuntur. Honore frueris? hunc depelle, gnarus te ex hujusmodi honore debitorem constitui. Nemo tibi ho-

nozem exhibet? ideo gaudere te oportet: neque enim Deus cum ceteris hunc quoque honorem tibi objiciet. Annon vides ut inter cetera beneficia hoc etiam Deus accuset per prophetam: *Accipi ex filiis vestris in prophetas, et ex adolescentioribus vestris in sanctificationem* (Amos 2. 41)? Vel illud ergo saltem lucraberis, quod majori supplicio non eris obnoxius. Nam qui in presenti sæculo non honoratur, et in nullo pretio habetur, sed contumeliis afficitur et respuitur; etsi nihil aliud, hoc saltem lucratur, quod non culpæ obnoxius sit ob honorem sibi a consensu præstitum. Et alia quoque emolumenta hinc accipit: premitur, humiliatur, neque, etiamsi velit, altum unquam sapiet, si sibi magis attendat. At qui multo fruitur honore, præterquam quod magnis debitis est obnoxius, arrogantia et vana gloria extollitur, hominumque servus efficitur. Deinde aucta dominatione, multa invititas facere cogitur.

4. *Honor et gloria hic non querenda.* — Scientes igitur hoc illo præstantius esse, ne queramus honores, et oblatos depellamus: abiciamus a nobis et extinguamus hanc cupiditatem. Hæc a nobis et principibus et subditis dicta sunt. Animam enim quæ honorem et gloriam querit, non videbit regnum caelorum. Non meus est sermo, nec verba mea profero, sed divini Spiritus: non videbit, etiamsi virtutem exercuerit. *Receperunt enim, inquit, mercedem suam* (Matth. 6. 5). Qui ergo mercedem non accipit, quomodo non videbit regnum caelorum? Non prohibeo gloriam appeti; sed gloriam volo veram, quæ a Deo est: *Cujus laus, inquit, non ex hominibus, sed ex Deo est* (Rom. 2. 29). In occulto pii sumus, non circumdanti fastu multo, vel scena et simulatione: abiciamus ovinam pellem, imo potius oves efficiamur: nihil enim humana gloria abjectius. Dic enim mihi, si videres multitudinem parvulorum lactentium, an cuperes ab illis gloria affici? Sic erga omnes homines affectus esto quantum ad gloriam. Ideo inanis gloria appellatur. Non vides larvas quas in scena histriones sibi imponunt, quam pulchræ sint, quam splendidæ, quam ad perfectionem formam concinnatæ? possibile mihi talem formam in rei veritate monstrare? Minime sane. Quid ergo? num alicujus talis amore captus es? Non: quare? quia inanes sunt, et imitantur, nec vere pulchritudinem habent. Ita hæc gloria inanis est, et pulchritudinem quam non habet imitatur. Illa sola manet, quæ intus est

et naturalis: hæc vero exterior sæpe deformitatem obtegit: obtegit, inquam, apud homines, et usque ad vesperam; soluto autem theatro, et detractis larvis, singuli apparent ut sunt. Ne ergo questus in scena histrionica veritatem adeamus. Dic enim mihi, quid boni habet a multitudine circumpici? inanis est gloria nihilque aliud: nam in domum ascende, solusque esto, et totam effluxit. In forum ingressus es, eos qui aderam ad te convertisti? et quid amplius? Nihil: extincta est gloria, et ut fumus abiit. Res igitur instabiles sic amamus? et quantæ illud amentitæ est, dic mihi? quantæ stultitiæ? Ad unum ergo tantum respiciamus, quomodo nos Deus laudaturus sit: si hoc spectemus, humana numquam quæremus; sed, si adsint, illa despiciemus, irridebimus, respuemus; ac si cum aurum cuperemus lutum nacti essemus, ita erimus affecti. Ne te laudet quispiam; neque enim tibi prodest, ut, si vituperet, nihil nocet. Apud Deum autem utrumque vel lucrum vel detrimentum affert: quæ enim ab hominibus, vana omnia sunt. In hoc porro Deo æquales sumus, quod ipse gloria hominum non eget: ait enim, *Gloriam ab hominibus non accipio* (Joan. 5. 41). Au parva, quæso, res hæc tibi videtur? Cum igitur gloriam despiciere vix potes, dic, Deo æqualis ero si despiciam, et statim contumenes. Neque enim fieri potest, ut qui humanæ gloriæ servus est, non sit servus omnium, ipsisque mancipiis abjectior. Neque talia servis nostris imperamus, qualia gloriæ amor iis qui illo tenentur; ad turpia enim et dedecore plena et dicenda et patienda inducit, et cum sibi obsequentes videt, tunc majora imperat. Fugiamus igitur, fugiamus, rogo, hujusmodi servitutem. Quomodo, inquires, poterimus? Si de rebus hujus mundi philosophemur; si consideremus præsentia somnium et umbram esse, nihilque aliud, facile illam superabimus, ac neque in parvis, neque in magnis capiemur: si vero non in parvis despiciamus, in maximis certe facile labemur. Procul ergo ejus fontes derivemus: sunt autem illi stultitia abjectusque animus. Itaque si sublimem assumamus animum, multitudinis gloriam despiciere, atque in caelum animam crigere poterimus, caelestiaque bona nancisci, quæ utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA III.

CAP. I. v. 12. *Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestię, ventres pigri.* 13. *Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide,* 14. *non intendentes Judaicis fabulis et mandatis hominum aversantium se a veritate.*

1. *Quare et cujus verbis usus talia Paulus dixerit.* — Plurima hic querenda sunt: primo, quis hæc dixerit; secundo, cur his Paulus usus sit; tertio, cur testimonium, quod non recte haberet, adduxerit.

Age ergo, alia quoque addendo, sic opportunam solutionem afferamus. Etenim cum Athenienses alloqueretur, inter concionandum dixit, *Ignoto Deo*; et rursus, *Ipsius enim et genus sumus: sicut et quidam poetarum vestrorum dixerunt* (Act. 17. 23. 28). Epimenides igitur est qui hæc dixit, qui et ipse Cretensis erat; sed quo permotus hæc dixerit, necessario vobis dicendum est: ea autem est hujus dicti occasio. Cretenses sepulcrum Jovis habent ita inscriptum: *Hic jacet Jupiter, quem Jovani creant.*

καὶ ὑβρίζομενος καὶ διαπυύμενος, εἰ καὶ μὴδὲν ἔτερον, τοῦτο γοῦν καρποῦται τὸ μὴ καὶ τούτου ὑπεύθυνος εἶναι, τοῦ τιμηθῆναι παρὰ τῶν ὁμοδούλων. Καὶ διὰ πολλὰ δὲ ἕτερα κερδαίνει ἂ ἐνταῦθεν ἰσοστάλλεται, [742] ταπεινῶνται, οὐδὲ ἐὰν θέλῃ, μέγα φρονήσει ποτὲ, εἰ ἂν τῷ μᾶλλον προσέχει. Ὁ μὲντοι πολλῆς ἀπολαύων τιμῆς, πρὸς τῷ καὶ ὀφλημάτων εἶναι μεγάλων ὑπεύθυνος, καὶ εἰς ἀπόνοιαν ἀφεται καὶ εἰς κενοδοξίαν, καὶ γίνεται δούλος ἀνθρώπων. Εἶτα τῆς δεσποτικῆς ταύτης αὐτοῦ αἰσθητικῆς, πολλὰ ἀναγκάζεται ποιεῖν, ὧν οὐ βούλεται.

θ. Ὡς οὖν εἰδότες ὅτι τοῦτο βέλτιον ἡμῖν, ἢ ἐκεῖνο, μῆτε ζητῶμεν τιμὰς, καὶ τὰς παρεχομένας διαπυύμεθα, ἀπορρίπτωμεν ἀφ' ἑαυτῶν, σθενύωμεν τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην. Ταῦτα καὶ πρὸς ἀρχοντας καὶ πρὸς ἀρχομένους ἡμῖν εἰρηται. Ψυχὴ γὰρ τιμῆς ἐπιθυμοῦσα καὶ τοῦ δοξάζεσθαι, οὐκ εἴφεται τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, οὐδὲ ἑμαυτοῦ λέγω βήματα, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ Πνεύματος· οὐκ εἴφεται, κὰν ἀρετὴν ἐργάζηται. Ἀπέχουσι γὰρ, φησὶ, τὸν μισθὸν αὐτῶν. Ὁ τοίνυν μισθὸν μὴ λαμβάνων, πῶς εἴφεται τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; Οὐ καλῶς δόξης ἐπίσθαι, ἀλλὰ δόξης βούλομαι τῆς ἀληθοῦς τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ ἐπαινος, φησὶν, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ. Ἐν τῷ κρυπτῷ ὤμεν εὐλαβεῖς, μὴ περικεῖμενοι τύπον πολὺν καὶ σκητὴν καὶ ὑπόκρισιν· βίβωμεν τοῦ προδότη τοῦ δορᾶν, μᾶλλον δὲ γενώμεθα πρόδοτα· οὐδὲν τῆς τῶν ἀνθρώπων δόξης οὐδαμνίστερον ἔ. Εἰπέ γὰρ μοι, ἐὰν ἴθης παιδῶν πλῆθος μικρῶν, ὑπομαζίων λέγω, ἄρα ἐπιθυμεῖς τῆς δόξης τῆς παρ' ἐκείνων; Οὕτω πρὸς τοὺς ἀνθρώπους διάκεισο πάντας δόξης ἔγκεν. Διὰ τοῦτο κενοδοξία λέγεται. Οὐχ ὀρέξαι τὰ προσωπεῖα, ἀ περὶ θεοῦ εἶναι οἱ ἐπὶ τῆς σκητῆς; πῶς μὲν καλὰ, πῶς δὲ λαμπρὰ, πῶς δὲ εἰς τὴν ἐσχάτην ἀκρίθειαν τῆς εὐμορφίας διαπεπλασμένα; ἔχεις μοι δεῖξαι ὅσιν τοιαύτην ἐπὶ τῆς ἀληθείας; Οὐδαμῶς. Τί οὖν; ἄρα τράσθης αὐτῶν ποτε; Οὐ· διὰ τί; ἐπειδὴ διακινά ἐστι, καὶ μιμεῖται κάλλος, οὐκ ἐστὶ δὲ κάλλος. Οὕτω καὶ ἡ δόξα διάκινος ἐστὶ καὶ μιμεῖται δόξαν, οὐκ ἐστὶ δὲ δόξα. Ἐκεῖνη μόνη μένει ἢ φυσικὴ ἢ ἔνδοξ· αὕτη δὲ ἢ ἔξω ἐπικειμένη ἐπικρύπτει πολλάκι· τὴν ἀμορφίαν, ἐπικρύπτει παρὰ ἀνθρώποις, καὶ μέχρι τῆς ἐσπέρας· τοῦ δὲ θεάτρου λυθέντος καὶ τῶν προσ-

ωπείων ἐπαρθέντων, ἕκαστος, ὅπερ ἐστὶ, τοῦτο φαίνεται. Μὴ τοίνυν ὡς ἐν σκηνῇ καὶ ἐν ὑπόκρισει τὴν ἀληθειαν μετέλωμεν. Εἰπέ γὰρ μοι, τί καλὸν ἔχει τὸ περιβλέπεσθαι παρὰ τῶν πολλῶν; κενοδοξία ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἕτερον· ἐπεὶ ἀνελεθε εἰς τὴν οἰκίαν καὶ γενοῦ μόνος, καὶ εὐθέως διεβρύθ το πᾶν. Ἐνέβαλες εἰς τὴν ἀγορᾶν; ἐπέστρεψας τοὺς παρόντας; καὶ τί τὸ πλεόν; Οὐδὲν· ἐσθέσθη καὶ ἀπῆλθεν ὡς καπνὸς διαλυθείς. Τῶν οὖν ἀνυποστάτων οὕτως ἐρώμεν; καὶ πότῃ ταῦτα ἀλογίας, εἰπέ μοι; πότῃ ἀνοίας; Πρὸς ἐν τοίνυν ἐρώμεν μόνον, πῶς ὁ Θεὸς ἐπαινέσει· ἂν τοῦτο σκοπῶμεν, οὐδέποτε ζητήσομεν τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ κὰν γένηται, καταφρονήσομεν, καταγελασόμεθα, διαπυύσομεν· ὡς ἂν εἰ χρυσοῦ μὲν ἐπιέμενοι, πηλὸν δὲ λαμβάνοντες, οὕτω διακισιόμεθα. [743] Μὴ ἐπαινέτω σε ὁ θεῖνα· οὐδὲν γὰρ ὠφέλιον κὰν ψέξῃ, οὐδὲν ἐβλαψεν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ ταῦτα ἀμφοτέρα ἔχει τι κέρδος καὶ ζημίαν· τὰ δὲ παρὰ τῶν ἀνθρώπων πάντα μάταια. Καὶ κατὰ τοῦτο ἐξισούμεθα τῷ Θεῷ, ὅτι οὐ δεῖται τῆς παρ' ἀνθρώπων δόξης ἐκεῖνος· Ἄδξαν γὰρ, φησὶ, παρὰ ἀνθρώπων οὐ λαμβάνω. Μικρὸν μὲν οὖν τοῦτο, εἰπέ μοι; Ὅταν μὴ θέλῃς καταφρονεῖν δόξης, εἰπέ ὅτι τῷ Θεῷ ἴσως γίνομαι καταφρονήσας, καὶ εὐθέως καταφρονήσεις. Οὐ γὰρ ἐστὶν, ἀνθρωποδότης δούλον, μὴ πάντων εἶναι δούλον, καὶ αὐτῶν τῶν ἀνδραπόδων δουλικώτερον. Οὐ γὰρ ἐπιτάττομεν τοιαῦτα τοῖς δούλοις τοῖς ἡμετέροις, οἷα ἐκεῖνη τοῖς ὑπ' αὐτῆς ἀλοῦσιν· αἰσχρὰ καὶ αἰσχύνῃς γέμοντα πράγματα καὶ φθέγγεσθαι ποιεῖ καὶ πάσχειν· καὶ μάλιστα δευαν ἴθι ὑπακούοντας, ἐπιτείνει μᾶλλον τὰ ἐπιτάγματα. Φύγωμεν οὖν, φύγωμεν, παρακαλῶ, τὴν δουλείαν ταύτην. Πῶς δὲ, φησὶ, δυνησόμεθα; Ἄν φιλοσοφῶμεν περὶ τῶν ἐνταῦθα, ἂν ἴδωμεν ὅτι τὰ παρόντα πράγματα θὰρ ἐστὶ καὶ σκιά, καὶ οὐδὲν ἕτερον, εὐκάλως αὐτῆς περιεσόμεθα, καὶ οὔτε ἐν τοῖς μικροῖς, οὔτε ἐν τοῖς μεγάλοις ἀλώσόμεθα· ἂν δὲ μὴ ἐν τοῖς μικροῖς καταφρονώμεν, καὶ ἐν τοῖς μεγίστοις βράδως περιπεσόμεθα. Πόρρωθεν οὖν ἀναστέλλωμεν αὐτῆ; τὰς πηγὰς· αὐταὶ δὲ εἰσιν ἀνοια καὶ τὸ ταπεινὴν κατετήσθαι ψυχὴν· ὡς ἐὰν ὄψῃ-λὸν λάβωμεν φρόνημα, δυνησόμεθα καὶ τῆς παρὰ τῶν πολλῶν τιμῆς ὑπεριδεῖν, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν τεινεῖ τὴν διάνοιαν, καὶ τῶν ἐκεί ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλάνθρωπία τοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ Πατρὶ ἄμα· τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξῃ, κράτος, τιμῆ, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

<sup>a</sup> Colb., Καὶ διὰ π. δὲ ἕτερα χαίρειν δεῖ. Sed in vulgata vit ferri potest praepositio διὰ.

<sup>b</sup> Codex Colb., οὐδαμνίστερον.

## ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

Εἰπέ τις ἐξ αὐτῶν Ἰδιος αὐτῶν προφήτης· Κρῆτες ἀεὶ ψεύσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθὴς. Δι' ἢν αἰτίων ἔλεγε αὐτοὺς ἀποστόμους, ἵνα θυγατρῶσιν ἐν τῇ πίστει, μὴ προσέχοντες Ἰουδαίκοις μύθοις καὶ ἐπιτολαῖς ἀποστρεφόμενων τῆν ἀλήθειαν.

α'. Πολλὰ ἐνταῦθα ἐστὶ τὰ ζητούμενα, πρῶτον μὲν, τίς ὁ εἰρηκῶς· δεῦτερον δὲ, τί δήποτε ὁ Παῦλος αὐτοῖς ἐχρήσατο· τρίτον, ὅτι οὐδὲ ὀρθῶς ἔχουσαν μαρτυρίαν παρήγαγε. Φέρε οὖν καὶ ἕτερα προσθέντες οὕτω κα:

ρίαν τὴν λύσιν ἐπαγάγωμεν. Καὶ γὰρ δε τοῖς Ἀθηναίοις διελέγετο, μεταξύ [744] τῆς δημηγορίας φησὶν, Ἀγνώστῳ Θεῷ καὶ πάλιν, Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, ὡς καὶ τινες τῶν καθ' ἡμᾶς ποιητῶν εἰρηκῶσιν. Ἐπιμενίδης οὖν ἐστὶν ὁ εἰρηκῶς, Κρῆς καὶ αὐτὸς ὢν· ἀλλὰ πόθεν κινούμενος, ἀναγκαῖον εἰπεῖν τὴν ὑπόθεσιν πρὸς ἡμᾶς· ἔχει δὲ οὕτως· Οἱ Κρῆτες τάσον ἔχουσι τοῦ Διὸς ἐπιγραφέντα τοῦτο· Ἐνταῦθα Ζὰρ κείται, δν [I. τὸν] Δία κικλήσκουσι. Διὰ ταύτην οὖν τὴν ἐπιγραφὴν ὁ ποιητὴς ψεύστας τοὺς Κρῆτας

κωμωδῶν, προῶν πάλιν ἐπάγει, αὖξιν μᾶλλον τὴν κωμωδίαν·

*Kal γὰρ τάφορ, ὡ ἀνα, σείο  
Κρητες ἐτεκλήναντο· οὐ δ' οὐθάνες· ἐσσι γὰρ αἰσι.*

Εἰ τοίνυν αὕτη ἡ μαρτυρία ἀληθής, δρα τὸν κίνδυνον σοος. Εἰ γὰρ ἀληθής ὁ ποιητὴς εἶπεν ὅτι ἐψεύσαντο, τεθνηκέναι τὸν Δία εἰπόντες, ὡς φησιν ὁ ἀπόστολος, μέγας ὁ κίνδυνος. Προσέχετε, Ἀγαπητοί, μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας· Εἶπεν ὁ ποιητὴς, ὅτι ψεύδονται οἱ Κρητες οἱ τὸν Δία εἰπόντες τετελευτηκέναι· ἰδεβαίωσα τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ ὁ Ἀπόστολος. Οὐκοῦν κατὰ τὸν Ἀπόστολον ἀθάνατος ὁ Ζεὺς· Ἀδελφὴ γὰρ, φησὶν, ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστι. Τί οὖν ἐροῦμεν; μᾶλλον δὲ πῶς ἐστι τοῦτο ἐπιλύσασθαι; Οὐ τοῦτο εἶπεν ὁ Ἀπόστολος, ἀλλ' ἀπλῶς οὕτως ἔλαβε τὴν μαρτυρίαν καὶ ἀφελῶς πρὸς τὸ ἦθος αὐτῶν τὸ ἐψευσμῆνον. Διὰ τί γὰρ μὴ ἐπήγαγε τὸ, *Kal γὰρ τάφορ, ὡ ἀνα, σείο Κρητες ἐτεκλήναντο*; Ὅσοι οὐ τοῦτο εἶπεν ὁ Ἀπόστολος, ἀλλ' ὅτι καλῶς ὁ δεῖνα εἶπεν, ὅτι ψεύσται εἰσὶ οἱ Κρητες. Οὐκ ἐντεῦθεν δὲ μόνον ἰσχυρίζεσθε, ὅτι οὐκ ἐστὶ θεὸς ὁ Ζεὺς· ἐπεὶ γὰρ καὶ ἐτέρωθεν πολλαχόθεν κατασκευάζοντες, καὶ οὐχὶ ἀπὸ τῆς τῶν Κρητῶν μαρτυρίας, τοῦτο σαφῶς ἀποδείξει. Ἄλλως δὲ οὐκ ἐν τούτῳ εἶπεν αὐτοὺς ψεύδεσθαι· μᾶλλον δὲ εἰκὸς καὶ τοῦτο ἐψεύσθαι αὐτοὺς· καὶ γὰρ καὶ ἄλλους ἐνόμιζον θεοὺς. Διὰ τοῦτο ὁ Ἀπόστολος ψεύστας αὐτοὺς εἶπεν.

Ἄλλὰ τὸ ζητούμενον, τί δὴποτε ἀπὸ τῶν Ἑλληνικῶν ἀγει τὰς μαρτυρίας. Ὅτι μάλιστα τούτοις ἐντρέπομεν αὐτοὺς, ὅταν οἰκοθεν ἐνέγκωμεν τὰς μαρτυρίας καὶ τὰς κατηγορίας, ὅταν τοὺς παρ' αὐτοῖς θαυμαστοὺς, τούτους ἐπιστήσωμεν αὐτοῖς αἰτιωμένους. Διὰ τοῦτο καὶ ἐτέρωθεν κέχρηται λέγων, Ἄγνώστῳ Θεῷ. Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ἐπειδὴ οὐκ ἐξ ἀρχῆς τοὺς θεοὺς πάντας παρέλαβον, ἀλλὰ κατὰ γρόνους, καὶ ἄλλους τινάς, ὡς τὰ ἐκ τῶν Ὑπερβορέων, ὡς τὰ τοῦ Πανός, ὡς τὰ μικρά, ὡς τὰ μεγάλα μυστήρια ἐπήγαγον ὑπερτον, οὗτοι στοχαζόμενοι ὅ ἀπὸ τούτων, [745] ὅτι εἰκὸς καὶ ἄλλον εἶναι θεόν, ὅπ' αὐτῶν δὲ ἠγνοήσθαι, ἵνα καὶ περὶ ἐκείνων ὦσιν εὐκαθεσίωτοι, τοὺς βωμὸν ἐσθησαν ἐπιγράφαντες, Ἄγνώστῳ Θεῷ, μονονοχὶ τοῦτο δηλοῦντες, καὶ εἰ τις ἀγνωστος εἴη θεός. Εἶπεν οὖν, ὅτι Ὅν προλαβόντες ὑμεῖς ἐπέγνωτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. Τὸ δὲ, *Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν*, περὶ τοῦ Διὸς εἴρηται τῷ Ἀράτῳ· ὅς ἐπει ἀρχόμενος εἶπε, *Μεστὰ δὲ Διὸς μὲν ἀγναι, μεστὴ δὲ θάλασσα*, τότε ἐπήγαγε, *Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν*, δεῖκναι οἰμαὶ κάκεῖνος, οὗτοι γεγόναμεν ἐκ Θεοῦ. Πῶς οὖν ὁ Παῦλος τὰ περὶ τοῦ Διὸς εἰρημένα εἰς τὸν θεὸν τῶν ὄλων εἰδουσαν; Οὐ τὰ περὶ τοῦ Διὸς εἰρημένα ἐλκυσεν εἰς τὸν θεόν, ἀλλὰ τὰ προσήκοντα τῷ Θεῷ, καὶ οὐ γνησίως οὐδὲ κυρίως ἐπιτεθέντα τῷ Διῷ, ταῦτα ἀποδίδωσι τῷ Θεῷ· ἐπει καὶ τὸ, *θεός*, ὄνομα αὐτοῦ μόνου ἐστὶ, καὶ παρανόμως ἐπίκειται τοῖς εἰδώλοις. Ἄλλὰ πῶθεν ἔχρησεν αὐτοῖς διαλεχθῆναι; ἀπὸ τῶν προ-

φητῶν; Ἄλλ' οὐκ ἂν ἐπίστευσαν· ἐπεὶ καὶ Ἰουδαίους οὐδὲν ἀπὸ τῶν Εὐαγγελίων φθέγγεται, ἀλλ' ἀπὸ τῶν προφητῶν· διὰ τοῦτο φησιν, *Ἐξομῶν τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαίους, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἀνόμοις, τοῖς ὑπὸ νόμον ὡς ὑπὸ νόμον.*

6'. Τοῦτο καὶ ὁ θεὸς ποιεῖ· οἷον ἐπὶ τῶν μάγων, οὐδὲ ἀγγέλου αὐτοῦ; ἀγει, οὐ διὰ προφήτου, οὐδὲ ἀποστόλου, οὐδὲ εὐαγγελιστοῦ, ἀλλὰ πῶθεν; Διὰ ἀστρου· ἐπειδὴ γὰρ περὶ ταῦτα τὴν τέχνην εἶχον, ἐκείθεν αὐτοὺς ἐλκυσεν. Πάλιν ἐπὶ τῶν βοῶν ἐπὶ τῆς κίβωτου, Ἐν πορευθῶσι, φησὶ, τῆδε τὴν ὄδον, ἀληθής ἐστιν ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγανάκτησις, καθάπερ οἱ μάντιες ὁπετίθεντο. Οὐκοῦν ἀληθεύουσιν οἱ μάντιες; Ἄπαγε· ἀλλ' ἀπὸ τῶν οικειῶν στομάτων αὐτοὺς ἐλέγχει καὶ κατακλήθει. Πάλιν ἐπὶ τῆς ἐγγαστριμύθου· καὶ γὰρ ἐπειδὴ ταύτη ἐπίστευε, διὰ ταύτης ἐποίησεν ἀκούσαι τὸν Σαουλ τὰ μέλλοντα αὐτὸν καταλαμβάνειν. Τίνος οὖν ἔνεκεν ἐπιστόμισε τὸν δαίμονα ὁ Παῦλος τὸν λέγοντα, *Ὅστι οἱ ἀνθρώποι δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὕψιστου εἰσιν, οἵτινες καταγγέλλουσιν ἡμῖν ὄδον σωτηρίας*; τίνος δὲ ἔνεκεν καὶ ὁ Χριστὸς καλοῖται τοὺς δαίμονας φθέγγεσθαι; Ἐκεῖ μὲν εἰκότως· καὶ γὰρ τὰ σημεῖα προσχώρει· ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα οὐκ ἀσθηρὴν, ἀλλ' αὐτὸς ἐαυτὸν ἐκτίρυττε· καὶ οἱ δαίμονες δὲ οὐ προσεκυνοῦντο. Οὐκ ἦν γὰρ ἐββλων τὸ φθεγγόμενον, ἵνα κωλυθῆ. Καὶ τὸν Βαλαάμ δὲ εἶσαν εὐλογῆσαι, καὶ οὐκ ἐκώλυσεν. Οὕτω πανταχοῦ συγκαταβαίνει. Καὶ τί τοῦτο θαυμάζεις; Αὐτὸς περὶ ἐαυτοῦ ἀφίρει δόξαν πονηρὰς καὶ ἀναξίους ἐαυτοῦ συνίστασθαι, οἷον ὅτι νῦμα ἦν πρότερον, ὅτι ὁρατός· πρὸς ποῦτο γοῦν λέγει, *Πνεῦμα ὁ Θεός*. Πάλιν ὅτι χαίρει ταῖς θυσίαις, ὅπερ ἦν ἀλλότριον αὐτοῦ, καὶ ῥήματα φθέγγεται ἀπέδοντα αὐτοῦ τῆς ὁμολογίας· καὶ ὅσα τοιαῦτα. Οὐδαμῶ γὰρ τὴν ἀξίαν ὁρᾷ τὴν ἐαυτοῦ, ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ ἡμῖν χρῆσιμον. Εἰ γὰρ πατὴρ οὐχ ὁρᾷ τὴν ἀξίαν τὴν ἐαυτοῦ, ἀλλὰ συμφελλίζει τοῖς παιδίοις, καὶ τροφήν καὶ ἰδέσματα καὶ πόματα οὐχ Ἑλληνικοῖς ὀνόμασι καλῶν, ἀλλὰ παιδικῆ· τινὶ διαλέξει καὶ βαρβάρῳ, πολλῶ μᾶλλον ὁ Θεός. [746] Καὶ ὁσιδίως συγκαταβατικῶς διὰ τοῦ προφήτου ὁ λέγων· *Εἰ ἀλλόξεσται ἔσθη θεοὺς αὐτῶν*· καὶ πανταχοῦ συγκαταβάσις ἐστι τὰ ἐν ταῖς Γραφαῖς, καὶ ῥήματα καὶ πράγματα. Δι' ἦν αἰτίαν, φησὶν, *ἔλεγε αὐτοὺς ἀποτόμως, ἵνα θυγαίρωσι τῇ πέσει*. Διὰ τοῦτο φησιν, ἐπειδὴ ἦθος αὐτοῖς ἐστὶν ἱταμὸν καὶ δολερὸν καὶ ἀκόλαστον. Τάδε μυρία κακὰ αὐτοὶ ἔχουσιν. Ὅταν δὲ καὶ ψεύδονται προχειρῶς, καὶ δολεροὶ ὡς καὶ γαστριμαργοὶ καὶ ἀργοί, σφοδρῶς καὶ πληκτικῶς τοῦ λόγου δεῖ· προσηνεῖα γὰρ οὐκ ἂν ἀχθεῖ ὁ τοιοῦτος. Ἐλεγε οὖν αὐτοῖς· Ἐνταῦθα οὐ τοὺς ἀλλοτρίους φησὶν, ἀλλὰ τοὺς οικείους. Ἀποτόμως. Βαθυτέραν, φησὶ, δίδου τὴν πληγὴν. Οὐ γὰρ πᾶσιν ἐν τρώπῳ προσενεκτέον, ἀλλὰ διαφόρως καὶ ποικίλως, καὶ πρὸς τὰ ὑποκειμένα. Οὐδαμῶ παρακαλεῖ ἐνταῦθα. Ὅσοι γὰρ ὁ τὸν ἐπεικῆ καὶ εὐγενῆ πλήττων ἀναίρει καὶ ἀπόλλυσιν· οὕτως ὁ τὸν δειόμενον σφοδρότητος κολακειῶν διαφθείρει· καὶ οὐκ

<sup>a</sup> Sic fusius legendum censet Dunsus: αὐτοὺς, ὅτι τὸν Δία θεὸν ἐνόμιζον.

<sup>b</sup> Mallet οὕτω στοχαζόμενοι Dunsus.

<sup>c</sup> Legebatur αὐτὴν ἀξίαν, quod correximus ex Colb.

<sup>d</sup> Colbert. primus συγκ. ὁ προφήτης χρίων θεὸς διὰ τοῦ πρ.

hanc igitur inscriptionem poeta Cretenses traducebat. In sequentibus acriter mordet illos :

*Etenim sepulcrum, o Rex, tuum  
Cretenses struere : tu vero non moreris :  
es enim semper (a).*

Si igitur hoc testimonium verum est, vide quantum sit periculi. Si enim verax est poeta, dicens illos mentitos esse cum dicerent Jovem esse mortuum, ut dicit Apostolus, magnum imminet periculum. Illic multum attendite, queso, dilecti. Dixit poeta Cretenses mentiri, cum dicunt Jovem esse mortuum : ejus testimonium confirmavit Apostolus : ergo secundum Apostolum Jupiter est immortalis : ait enim, *Hoc testimonium verum est. Quid ergo dicemus ?* imo quo pacto id solvendum ? Non hoc dixit Apostolus, sed simpliciter hoc testimonium accepit, et sic ad eorum mentiendi consuetudinem applicuit. Cur enim non illud addidit : *Nam sepulcrum, o rex, tuum Cretenses construere ?* Itaque non hoc dixit Apostolus, sed tantum, bene dixisse illud quod Cretenses essent mendaces. Neque hinc solum probamus Jovem non esse deum : aliunde namque multa suppetunt argumenta, nec ex solo Cretensium testimonio hoc clare demonstratur. Alioquin autem non dixit illos ea in re mentiri ; imo etiam verisimile est illos in hoc etiam mentitos esse : nam alios quoque esse deos existimabant. Ideo Apostolus mendaces illos dixit.

*Paulus cur ex Græcis testimonia afferat.* — Verum quod quaeritur est, cur a Græcis testimonia afferat. Quia tunc illis validius confutamus, quando testimonia ab illis ipsis petimus et accusationes ; quando eos, qui mirabiles apud illos fuere, ipsos criminantes opponimus. Ideo alibi quoque ipsis usus est, ut cum dicit, *Ignoto Deo.* Athenienses enim quia non ab initio deos omnes acceperant, sed per tempora alios quosdam, ut ea quæ ex Hyperboreis accesserunt, ut quæ Pana spectant, ut parva et magna mysteria induxerunt (b) : hinc conjicientes verisimile esse alium quoque deum esse, qui sibi ignotus esset ; ut etiam

(a) Illic de Cretensibus multa profert Chrysostr., in quibus, ut quidam putant, major accuratio desideratur. Andreas vero Dunæus in Notis Savilianis, p. 539, ita loquitur in hæc verba, in sequentibus mordet illos : *Reliquum poematis, quod attexit, est apud Callimachum hymno Jovis :*

Κριτὸς δὲλ φέρον· καὶ γὰρ ἄλογοι, ἢ δὲα, αἰῶνα,  
Κριτὸς καταφύγετο· ὅδ' ὅ' ὁ δὲα, λαοὶ γὰρ αἰῶνα.

*Cretenses semper mendaces ! etenim sepulcrum, etc.*

*Quid igitur ? hoc distichon Callimachus ab Epimenide furatus est ? non possum animum inducere ut credam. Carmen enim est molliissimum, et vere Callimacheum. Ergo Callimachum invidit Paulus, non Epimenidem ? At Callimachus non est Cretæ, sed Cyrenæus ; apostolus autem ait : Dixit quidam ex illis, proprius illorum propheta. Porro Epimenides non poeta erat, sed oraculorum interpret. Deinde, unde hemistichium, καὶ γὰρ ἄλογοι, κατὰ φύσιν, μάλα βεβηκότες, ventres pigri ? Verisimile est hoc ab Hesiodo sumpsisse Epimenidem, cujus Hesiodi hoc est in Theogonia, v. 28 :*

Πασιπύς ἐργαλειό, καὶ δὲ γὰρ, γαστήρες ἀργαί.

*Pastores in agro stabulantes, males bestiae, ventres pigri.*

*Callimachum autem ab Epimenide illud, Κριτὸς δὲλ φέρον, Chrysostratum, qui sic ista contextit, memoria lapsum : hoc mea semper fuit opinio. Cæterum Cretenses ab aliis poetis, Ovidio, Lucano, mendaces fuisse dicuntur.*

(b) De Hyperboreorum regione stabulabant, teste Hecataeo apud Diodorum, Latuam ibi ortam esse, et Apollinem ibidem magno in honore haberi. Panes dei sacra habere memorata apud Aristophanis Interpretem. Itemque mysteria parva et magna ibidem in Pluto memorantur.

illi se deberent, aram ipsi crederent cum hoc inscriptione, *Ignoto Deo* ; ac si indicare voluissent, alium forte esse ignotum deum. Dixit ergo Paulus : *Quem vos præoccupantes agnoscitis, hunc ego vobis annuntio.* Illud autem, *Ipsius enim et genus sumus*, de Jove dictum fuerat ab Arato, qui cum initio dixisset, *Jove plenæ viæ sunt, plenum mare* ; subjunxit, *Ipsius enim et genus sumus*, ostendens ipse quoque, ut puto, nos ex Deo progenitos esse. Quomodo ergo Paulus ea, quæ de Jove dicta fuerant, ad Deum universorum attraxit ? Non ea quæ de Jove dicta fuerant ad Deum attraxit, sed quæ Deo competebant, nec proprie nec congruenter Jovi attributa, hæc Deo reddidit : siquidem nomen illud, *deus*, ipsius Dei tantum est, et idolis perverse imponitur. Sed undenam oportuit ipsos alloqui ? ex prophetis ? At non credidissent : quandoquidem etiam Judæis nihil ex Evangelis dicit, sed ex prophetis. Ideo ait : *Factus sum Judæis tamquam Judæus ; iis qui sine lege sunt, tamquam sine lege ; iis qui sub lege sunt, tamquam sub lege* (1. Cor. 9. 11).

2. *Magi cur per stellam ducti. Arguendi et corrigendi modi.* — Hoc et Deus ipse facit, ut in magis : non per angelum illos ducit, non per prophetam, non per apostolum, non per evangelistam, sed unde ? Per stellam (Matth. 2) : quia enim in illa versabantur arte, hinc illos traxit. Rursus in vaccis arcam ducentibus (1. Reg. 6. 9) : Si hac incedant via, inquit, vera est Dei indignatio, ut vates suggesserunt. Ergone vera dicunt vates ? Absit, sed ex ipsorum ore ipsos redarguit et increpat. Rursus in Pythonissa : etenim quia Saul ipsi crediderat (1. Reg. 28. 8), per illam effecit Deus ut audiret quæ sibi eventura erant. Cur ergo Paulus os obstruxit dæmoni dicenti : *Isti homines servi Dei altissimi sunt, qui annuntiant nobis viam salutis* (Act. 16. 17) ? cur etiam Christus dæmonas ne loquantur cohiberet (Marc. 4. 23. Luc. 4. 35) ? Illic quidem jure et merito : nam tunc signa præcesserant : quia etiam hic non stella erat, sed ipse seipsum prædicabat ; dæmones autem illi non adorabant. Non erat idolum verba proferens, quod impediretur. Balaamum autem benedicere permisit, neque illum impedivit (Num. 23). Sic ubique se attemperat. Ecquid hoc miraris ? Ipse namque de se opiniones malas et se indignas constitui permittit : verbi gratia, quod corpus prius fuerit, quod visibilis : adversus hoc autem dicit, *Spiritus est Deus* (Joan. 4. 24). Rursus quod de sacrificiis gaudeat, quod tamen alienum ab ipso est ; et verba proferat confessioni suæ non congruentia ; et similia multa. Nusquam enim ad dignitatem suam respicit, sed ubique ad nostram utilitatem. Nam si pater nullam habet dignitatis suæ rationem, sed cum filiis suis balbutit, nec cibum, edulia, pocula Græcis vocat nominibus, sed puerill quadam et barbara dictione ; multo magis Deus. Et attemperato modo exprobrat per prophetam dicens : *Si mutabunt gentes deos suos* (Jer. 2. 11) : et ubique in Scripturis et verba et res ipsæ attemperato modo jacent. *Quapropter*, inquit, *increpat illos dure, ut sani sint in fide.* Ideo sic loquitur, quia illi moribus petulantes erant, dolosi et profligati, et

innumeris malis erant obruti. Cum vero et facile mentirentur, dolosi essent, ventri indulgentes et otiosi, acri et inerepanti sermone opus erat: qui enim talia est, moderate regi nequit. Argue igitur illos. Hic non de alienis loquitur, sed de domesticis. *Dare*, inquit: profundiorē inflige plagam. Neque enim pari modo cum omnibus agendum, sed vario et diverso, ut res postulat. Hic nusquam hortatur. Sicut enim is, qui mansuetum et nobilem increpat, ipsum perimit et perdit: sic is, qui vehementia opus habenti adulatur, ipsum corrumpit, nec surgere sinit. *Ut sani sint in fide*, inquit. Illud ergo sanitas est, nihil spurium habere, nihil alienum inducere. Quod si ii qui cibos observant sani non sunt, sed infirmantur (*Infirmos enim in fide*, inquit, *suscipite, non in disceptationibus cogitationum* [Rom. 14. 1]): quid de iis dixeris, qui una cum illis jejunant, qui sabбата servant; de iis qui ad consecrata illa loca pergunt; in Daphnen, inquam, atque in speluncam Matronæ dictam (a), in locum illum Ciliciæ, Saturni appellatum? quomodo sani illi sunt? Ideo vehementiore plaga opus habent. Cur ergo id ipsum Romanis non facit? Quia non iisdem erant moribus, quia ingenui illi erant, *Non intendentes*, inquit, *Judaicis fabulis*. Judaica dupliciter fabulæ sunt, sive quod simulata sunt, sive quod intempestive sunt: demum vere fabula sunt. Cum enim non par sit illa nunc facere, et cum facta damnum importent, fabula sunt, sicut et inutilia sunt. Ut igitur illis non obtemperandum, ita nec istis; neque enim illud sanum fuerit. Si enim fidei credis, cur alia inducis, ac si fides non sufficiat ad justificandum? cur te legis servum reddis, teque illi subijcis? non credis fidei rebus? Hoc infirmi atque increduli est: ad fidelem enim animum pertinet non dubitare: dubitat autem is qui talis est. 15. *Omnia*, inquit, *munda mundis*. Vides hoc dictum aliquam rem spectare? *Coinquinatis autem*, inquit, *et infidelibus nihil est mundum*.

3. *De mundiis et immundiis*. — Non igitur per naturam suam munda aut immunda sunt, sed ex suscipientium arbitrio et voluntate. *Sed inquinatæ sunt eorum et mens et conscientia*. 16. *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominabiles et increduli, et ad omne opus bonum reprobi*. Ergo sus quoque mundus est: cur ergo ut immundus prohibetur? Non natura immundus erat: omnia enim munda. Nam nihil immundius pisce, siquidem humana degustat corpora: sed permissus fuit, et mundus esse visus est. Rursus gallina nihil immundius; vermes enim comedit: nihil cervo impurius; nam ideo illum *ὄξυς* apud Græcos vocari dicunt, quod ὄφις seu serpentes comedit: verum hæc omnia comedebantur. Car ergo suem et alia similia prohibuit? Non ut immunda, sed ut voluptatis majorem partem amputaret. Verum si hoc ille dixisset, non

persuasisset: nunc autem immunditiæ timore iis cohibuit. Quid enim, quæso te, vino immundius, si rem expendamus? quid aqua impurius, qua tamen maxime mundabantur? Mortuum non tangebant, et mortuum mundabantur: nam quod immolabatur mortuum erat, et hoc purgabantur. Usque adeo puerorum erat hæc doctrina. Consideres autem velim: nonne vinum ex fimo constat? ut enim vitis ex terra humorem attrahit, sic et ex adjacente fimo. Demum si rem curiosius explorare voluerimus, omnia immunda sunt. Sed nihil, nisi curiosius scrutemur, immundum erit, sed omnia munda: nihil immundum Deus fecit: nihil enim immundum, nisi peccatum solum. animam quippe tangit, illamque maculat. Hoc autem humana est præjudicata opinio, *Coinquinatis*, inquit, *et incredulis nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum et mens et conscientia*. Quomodo enim in mundis immundum reperiatur? Qui infirmus est anima, omnia inquinat. Nam si ista cogitatio ipsum occupet, dum quaeret quid mundum, quid immundum sit, nihil tanget. Neque enim secundum eorum ratiocinium piscis et cætera munda sunt (*Coinquinatæ sunt, inquit, eorum et mens et conscientia*); sed omnia inquinata sunt. Verum non hoc ille dixit, sed quid? In illos totum convertit. Nihil enim immundum, inquit, sed ipsi tantum, et mens conscientiaque illorum: his nihil immundius est. *Confitentur se nosse Deum: factis autem negant, cum sint abominabiles et increduli et ad omne opus bonum reprobi*. (Cap. 2.) 1. *Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam*. Hoc immunditia est; ipsi immundi sunt: nec tamen ideo sileas. Etiam si ipsi non suscipiant, inquit, tu quæ tua sunt perface: si non obtemperent, tu admone consiliis. Hic magis illos criminatur. Nam qui furentes sunt, nihil consistere putant: verum non ab iis quæ videntur hæc sunt, sed a videntibus oculis. Quia enim instabiles sunt et caligant, totam veri terram putant; sed non verititer, firmaque stat: stultum enim illorum vitium, non est vitium elementorum. Ita et hic, quando mens immunda est, omnia esse immunda existimat. Ergo non ex tali observatione munditia prodit, sed munditia est omnia aggredi. Qui enim natura purus est, omnia audet; qui vero inquinatus est, nihil. Hoc quoque adversus Marcionem dicendum est. Videntur quod munditiæ signum ponat, quod omni macula sit superior; et immunditiæ, quod nihil tangatur? Sic etiam in Deo: quod carnem assumpsit, id munditiæ est; si timens non assumpsisset, id cordis signum fuisset. Qui ea quæ sibi videntur immunda esse non comedit, ille immundus est et infirmus: qui comedit, non item. Ne mundos ergo hujusmodi homines appellamus: hi sunt immundi: qui vero omnia audet, mundus est. Hæc pietas exhibenda est in iis quæ animam inquinant: hoc enim immunditia, hæc sordes sunt: hoc vero horum nihil. Nam qui os corruptum habent, quæ offeruntur immunda esse putant; illud autem ex vitio provenit. Oportet igitur et

(a) Speluncam Matronæ in Daphne, in familia adversus Judæos prima T. I, col. 861, seu templa appellat, quod erat Matronæ et Apollini sacrum. Matronam quidam putabant esse Junonem.

ἀφίται διαναστῆναι. *Ἴνα ὑγιαίνωσι*, φησίν, ἐν τῇ πίστει. Ἄρα τοῦτο ὑγία, τὸ μὴ εἶναι νόσον μὴ δὲ ἀλλότριον ἐπιστάγειν. Εἰ δὲ οἱ βρώματα παρατηρούντας οὐχ ὑγιαίνουσιν, ἀλλὰ νοσοῦσι καὶ ἀσθενοῦσι (Τότες γὰρ ἀσθενοῦντας, φησὶ, τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν)· τί ἂν εἴποι τις περὶ τῶν τὰ αὐτὰ νοσησάντων αὐτοῖς, περὶ τῶν σαθραζόντων, περὶ τῶν εἰς τόπους ἀπερχομένων ἐκείνοις ἀφιερωμένους; τὸν ἐν Δάφνῃ λέγω, τὸ τῆς Μαιτρῶνης λεγόμενον σπήλαιον, τὸν ἐν Κιλικίᾳ τόπον τὸν τοῦ Κρόνου λεγόμενον. Πῶς δὲ οὕτως ὑγιαίνουσι; Διὸ χρὴ σφοδρότερας αὐτοῖς τῆς πληγῆς. Αἰὰ τί οὖν ἐπὶ Ῥωμαίων τὸ αὐτὸ οὐ ποιεῖ; Ὅτι οὐ τοιαῦτα τὰ ἦθη ἐκείνων, ἀλλ' εὐγενέστεροι ἐτύγχανον. *Μὴ προσέχοντες*, φησίν, *Ἰουδαϊκοῖς μύθοις*. Διὰ τὴν μῦθος τὰ Ἰουδαϊκά, καὶ ἔτι παραποιήσαι; καὶ ἔτι παρὰ καιρὸν τὸ πρᾶγμα· λοιπὸν γὰρ μῦθος γίνεται. Ὅταν γὰρ μὴ δεῖ αὐτὸ γενέσθαι, καὶ γενόμενον βλάβη, μῦθος ἐστίν, ὡσπερ ἀχρηστὸν ἐστίν. Ὅσπερ οὖν ἐκείνοις οὐ δεῖ<sup>α</sup> πειθεσθαι, οὕτως οὐδὲ τούτοις· οὐ γὰρ ἐστὶν ὑγιαίνειν. Εἰ γὰρ πιστεύεις τῇ πίστει, τί ἕτερα ἐπιστάγεις, ὡς οὐκ ἀκούσης τῆς πίστεως δικαιοῦσαι; τί καταδουλοῖς ἑαυτὸν καὶ υποβάλλεις τῷ νόμῳ; οὐ θαρβείεις τῷ πράγματι; Τοῦτο νοσοῦντός ἐστι καὶ ἀπιστοῦντός· πιστῆς γὰρ διανοίας μὴ ἀμφιδάλλειν· ἀμφιδάλλει δὲ ὁ τοιοῦτος. *Πάντα μὲν*, φησὶ, *καθαρὰ τοῖς καθαρῶς*. Ὅρξ' ἐτι πρὸς τί ἐστι τὸ εἰρημένον; *Τοῖς δὲ μεμιαμμένους*, φησὶ, *καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρὸν*.

γ'. Οὐκ ἄρα παρὰ τὴν οἰκίαν φύσιν καθαρὰ ἢ ἀκάθαρτα, ἀλλὰ παρὰ τὴν προαίρεσιν τῶν μεταλαμβάνόντων. *Ἀλλὰ μεμιαμνται αὐτῶν*, φησὶ, *καὶ ὁ τοῦς καὶ [747] ἢ συνειδήσις*. Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρροῦνται, βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι. Οὐκοῦν καὶ ὁ ὕς καθαρὸν· τί οὖν ὡς ἀκάθαρτον ἀπηγγύρευται; Οὐ τῇ φύσει ἀκάθαρτον ἦν· πάντα γὰρ καθαρὰ· ἐπεὶ οὐδὲν ἰχθύος ἀκαθαρτότερον, ὅπου γε καὶ ἀνθρωπίνων ἀπογεύεται σωματίων· ἀλλ' ἐπετέτραπτο, καὶ καθαρὸν εἶναι ἰδέσκει. Πάλιν οὐδὲν ἕρμιος ἀκαθαρτότερον· σκύληκας γὰρ ἐσθίει· οὐδὲν ἐλάφου· καὶ γὰρ καὶ παρὰ τοῦτο φασὶν αὐτὸν καλεῖσθαι ἔλαφον· διὰ δὲ ἔρμιος ἐσθίειν· ἀλλὰ πάντα ταῦτα ἠσθίετο. Τίνος οὖν ἕνεκεν τὸν ὕν καὶ ἕτερα τίνα τοιαῦτα ἀπηγγύρευσε; Οὐχ ὡς ἀκάθαρτα, ἀλλὰ τὸ πλέον τῆς τρυφῆς περικόπτων. Ἄλλ' εἰ μὲν τοῦτο εἶπεν, οὐκ ἂν ἐπέσειε· νῦν δὲ τῷ φόβῳ τῆς ἀκαθαρσίας αὐτοῦς κατέσχε. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, οἶνον ἀκαθαρτότερον, εἰ ταῦτα ἐξετάζειν χρὴ; τί δὲ ὕδατος, εἰπέ μοι, ἢ μάλιστα ἐκαθαίροντο; νεκρῶν οὐχ ἤπιοντο, καὶ νεκρῶν καθηγνίζοντο· τὸ γὰρ σφαζόμενον

νεκρῶν, καὶ τοῦτω ἐκαθαίροντο. Οὕτω παλῶν ἦν ἢ διδασκαλία. Σκόπει δὲ· Ὁ οἶνος οὐχὶ ἀπὸ κόπρου τὴν σύστασιν ἔχει; ὡσπερ γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς ἔλαμψεν ἢ ἔμπλοος τὴν νοτίδα, οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς κόπρου τῆς παρακειμένης. Καὶ ὅλως, εἰ βουλοίμεθα ἀκριβολογεῖσθαι, πάντα ἀκάθαρτα. Ἄλλ' οὐδὲν, εἰ βουλοίμεθα μὴ ἀκριβολογεῖσθαι, ἀκάθαρτον, ἀλλὰ πάντα καθαρὰ· οὐδὲν ὁ θεὸς ἀκάθαρτον ἐποίησεν· οὐδὲν γὰρ ἀκάθαρτον, εἰ μὴ ἡ ἁμαρτία μόνη· ψυχῆς γὰρ ἔπιπται, καὶ ταύτην ῥυποῖ. Τοῦτο δὲ πρόληψίς ἐστιν ἀνθρωπίνη. *Τοῖς δὲ μεμιαμμένους*, φησὶ, *καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρὸν, ἀλλὰ μεμιαμνται αὐτῶν καὶ ὁ τοῦς καὶ ἢ συνειδήσις*. Πῶς γὰρ ἐν τοῖς καθαρῶς ἀκάθαρτον ἂν εἴης; Ὁ ψυχὴν ἔχων ἀσθενῆ, πάντα ῥυποῖ. Εἰ δὲ ἐνσπαρῆ τοιοῦτος λογισμὸς τὸ καθαρὸν καὶ τὸ ἀκάθαρτον ζητῶν, οὐδενὸς ἄφεται· οὐδὲ γὰρ ταῦτα καθαρὰ, ἰχθύος λέγω, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ τὸν αὐτῶν λογισμὸν (*Μεμιαμνται αὐτῶν*, φησὶ, *καὶ ὁ τοῦς καὶ ἢ συνειδήσις*), ἀλλὰ πάντα μιαιρά. Ἄλλ' οὐκ εἶπεν οὕτως, ἀλλὰ τί; Περὶ ἐπέσειεν εἰς αὐτοῦς τὸ πᾶν. Οὐδὲν γὰρ ἀκάθαρτον, φησίν, ἀλλ' αὐτοὶ, καὶ ὁ νοῦς καὶ ἢ συνειδήσις αὐτῶν· τούτων οὐδὲν ἐστὶν ἀκαθαρτότερον. Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρροῦνται, βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι. Σὺ δὲ λάλει δὲ πρέπει τῇ ὑγίαινουσῃ διδασκαλίᾳ. Τοῦτο ἐστὶν ἀκαθαρσία· αὐτοὶ εἰσιν ἀκάθαρτοι· ἀλλὰ μὴ τούτων ἕνεκεν σιγήσης. Κἂν μὴ δέχωνται, φησὶ, σὺ τὰ σαυτοῦ πράττε· κἂν μὴ πείθωνται, σὺ παραίνεις καὶ συμβούλευε. Ἐγὼ ταῦτα πλέον αὐτοῦς διαβάλλει. Καὶ γὰρ οἱ μαινώμενοι οὐδὲν νομίζουσιν ἐσθηκίνας· ἀλλ' οὐ παρὰ τὰ ὀρώμενα τοῦτο γίνεται, ἀλλὰ παρὰ τοὺς ὀρώντας ὀφθαλμούς. Ἐπειδὴ ἔστατοί εἰσι καὶ λιγυῖωντες, νομίζουσι περιστρέφεσθαι αὐτοῖς τὴν γῆν· ἀλλ' οὐ περιστρέφεται, ἀλλ' ἔστηκε παγία· τοῦ γὰρ πάθους αὐτῶν ἢ ἀπόνοια εἶ, οὐ τοῦ στοιχείου τὸ πάθος. Οὕτω καὶ [748] ἐνταῦθα· ὅταν ψυχὴ ἀκάθαρτος ἦ, πάντα ἀκάθαρτα νομίζει. Ἄρα οὖν οὐ τὸ παρατηρεῖσθαι καθαρότητος, ἀλλὰ καθαρότητος τὸ πάντων κατατολμῆν· ὁ γὰρ φύσει καθαρὸς, πάντων κατατολμῆ, οἱ δὲ ἐρρύτωμένοι, οὐδενός. Τοῦτο καὶ πρὸς Μαρκίωνα ἐστὶν εἰπεῖν. Ὅρξ' ἐτι καθαρότητος τεκμήριον τίθεται τὸ παντὸς ῥύπου ἀνώτερον εἶναι, τὸ δὲ μηδενὸς ἔπιπται, ἀκαθαρσίας; (Ὡς καὶ ἐπὶ θεοῦ· ἐπὶ σάρκα ἀνέλαβε, τοῦτο καθαρότητος· εἰ θεοικώς δὲ οὐκ ἀνέλαβε, ῥύπου. Ὅ τὰ δεκνόντα εἶναι ἀκάθαρτα μὴ ἐσθίων, οὕτως ἐστὶν ἀκάθαρτος καὶ ἀσθενής· ὁ δὲ ἐσθίων, οὐκέτι. Μὴ καθαρὸς τοῖνον καλῶμεν τοῦς τοιοῦτους· οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκάθαρτοι· ὁ δὲ πάντων κατατολμῶν, καθαρὸς. Ταύτην τὴν εὐλάβειαν ἐπὶ τῶν ῥυποῦντων τὴν ψυχὴν ἐπιδείκνυσθαι χρὴ· ἐκεῖνο γὰρ ἀκαθαρσία, ἐκεῖνο ῥύπος· τοῦτο δὲ οὐδὲν τούτων. Ἐπεὶ καὶ οἱ στόμα ἔχοντες διεσθαρμένον νομίζουσι τὰ προσφερόμενα ἀκάθαρτα εἶναι, τοῦτο δὲ τοῦ πάθους ἐστὶ. Χρὴ τοῖνον τῶν καθαρῶν σφόδρα εἰδέναι καὶ τῶν ἀκαθάρτων τὴν φύσιν.

<sup>a</sup> Sic Comm., Savil. et Colb. Legebatur perpetam οὐδέ.

<sup>b</sup> Codex unus, αὐτὸν καλεῖσθαι ἔλαφον, quia lectio hoc in loco non spectanda, quia hic cervus θάρος dicitur διὰ τὸ εἶναι ἔρμιος, ut dicit Chrysostomus.

<sup>c</sup> Unus codex et marg. Savil., ἢ ὑπόνοια.

Τί οὖν ἐστὶν ἀκάθαρτον; Ἄμαρτια, κακία, πλεονεξία, πονηρία\*. Δούσασθε, φησί, καθαροὶ γίνεσθε, ἀπέλυτε τὰς πονηρίας ὑμῶν ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἑμοί, ὁ Θεός. Ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀπορίσθητε, φησί, καὶ ἀκαθάρτου· ἢ ἀπτεσθε· ἐπὶ καὶ αἱ παρατηρήσεις ἐκτείναι σύμβολα ἦσαν καθαρῶν. Νεκροῦ, φησί, μὴ ἀψή. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀμαρτία, νεκρὸν καὶ ὀδωδός. Ὁ λεπρός, φησὶν, ἀκάθαρτός ἐστι. Καὶ γὰρ ἡ ἀμαρτία ποικίλον καὶ πολυειδές. Καὶ οἱ τοῦτο ἀνιένταται, ἐκ τῶν ἐξῆς δῆλον. Ἐάν γὰρ ἡ διαπαντός ἡ λέπρα καὶ καθ' ὅλου τοῦ σώματος, καθαρὸς ἐστὶν· ἐάν δὲ ἐν μέρει, οὐκ ἐστὶ. Ὅρξ· ὅτι τὸ ποικίλον καὶ ἐνηλλαγμένον ἐστὶ τὸ ἀκάθαρτον; Πάλιν ὁ γονοβρῦτης ἀκάθαρτος ἐν τῇ ψυχῇ. Λόγισαι τὸν γονοβρῦτη, τὸν τὰ σπέρματα ἀποβάλλοντα. Ὁ μὴ περιτμηθεὶς πάλιν ἀκάθαρτος. Ὅρξ πῶς οὐκ ἐστὶ ταῦτα ἀλληγορία, ἀλλὰ τύποι; Ὁ μὴ περιεῶν, φησὶ, τῆς ψυχῆς τὴν κακίαν. Ὁ ἐργαζόμενος ἐν τῷ σαββάτῳ, λιθάζεται· τούτεστιν, ὁ μὴ διαπαντὸς ἀνακαίμενος τῷ Θεῷ, οὗτος ἀπόλλυται. Εἶδτε πῶς οἱ τρεῖς ἀκαθαρσίῳν; Ἡ ἀπὸ λέχους, φησὶν, ἀκάθαρτός ἐστι. Διὰ τί, εἰπέ μοι; Οὐχὶ σπόρον καὶ γέννησιν αὐτὸς ἐποίησε; τίνος οὖν ἔνεκεν ἀκάθαρτος ἡ γυνή; εἰ μὴ ἔτερον τι ἤντητο. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Ἐυλάθειαν ἐνέτικτε τῇ ψυχῇ, τῆς πορνείας ἀπήγαγε πῶρῳ. Εἰ γὰρ ἡ τεκούσα ἀκάθαρτος, πολλῶ μᾶλλον ἡ πορνεύουσα· εἰ τὴ γυναικὶ τῇ ἑαυτοῦ πλησιάζειν οὐ σφόδρα καθαρὸν, τὸ ἀλλοτρίῳ μίγνυσθαι πολλῶ μᾶλλον. Ὁ ἀπὸ κήδους, φησὶν, ἀκάθαρτος· πολλῶ μᾶλλον ὁ ἀπὸ φόνου καὶ πολέμου. Καὶ πολλοὺς ἄν εὔροι τις τρόπους ἀκαθαρσιῶν, εἰ γε δεῖ πάντας [749] ἀναλέγεσθαι. Ἄλλ' οὐ νῦν ταῦτα ἀπαιτούμεθα, ἀλλὰ μετέστη εἰς τὴν ψυχὴν τὸ πᾶν. Τὰ γὰρ σωματικὰ ἔγγυτέρω ἡμῶν· διὰ τοῦτο ἀπὸ τούτου ἐνήγαγεν· ἀλλ' οὐ νῦν· οὐ γὰρ εἶμι παρακαθίζεσθαι<sup>b</sup> τοῖς τύποις, οὐδὲ προσεδρεύειν ταῖς σκιαῖς, ἀλλὰ τῆς ἀληθείας ἔσεσθαι, καὶ ταύτης ἀντιλαμβάνεσθαι.

Ἀκάθαρτον ἡ ἀμαρτία· ταύτην φεύγωμεν, ταύτης ἀπεχώμεθα· Ἐὐν προσέλωμι, φησὶ πρὸς

αὐτήν, δέξεται σε. Οὐδὲν πλεονεξίας ἀκαθαρσίτων· ἰκθὲν τοῦτο δῆλον; Ἄπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων. Τί γὰρ οὐ μαιίνει; χεῖρας, ψυχὴν, αὐτὴν τὴν αἰκίαν, ἵνα ἀποκτεῖται τὰ ἀρκαζόμενα. Πρὸς Ἰουδαίους μὲν οὖν οὐδὲν ταῦτο εἶναι δοκεῖ. Καίτοι οὐκ ἐδάστασεν ὁ Μωϋσῆς τοῦ Ἰωσήφ, καὶ ὁ Σαμψὼν ἀπὸ σιαγόνος θου ἐπιε, καὶ ἀπὸ λίοντος; μὲν ἔφαγε, καὶ Ἡλίας ἀπὸ κοράκων ἐτρέφετο, καὶ παρὰ γυναικὸς γῆρας. Τί δὲ, εἰπέ μοι, εἰ τούτων ἔνεκεν ἀκριβολογεῖσθαι χρὴ, τὰ δέρματα τῶν βιβλίων αὐτῶν οὐ πάντων ἦν ἐναγέστερα<sup>c</sup>; καὶ γὰρ ἀπὸ νεκρῶν ζῶων ἐστὶν. Οὐχὶ ὁ πόρνος τοίνυν ἀκάθαρτος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτεροι τούτου μᾶλλον, καὶ ὁ μοιχὸς ἀκάθαρτος· ἀκάθαρτος δὲ καὶ οὗτος ἀκαίμενος, οὐ διὰ τὴν μίξιν· ἐπὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ ὁ γυναικὶ ἰδίᾳ πλησιάζων, ἀκάθαρτος· ἀλλὰ διὰ τὴν ἀδικίαν καὶ τὴν πλεονεξίαν, οἱ τὸν ἀδελφὸν ἐπλεονέκτησεν ἐν τοῖς ἀναγκασιότατοις. Ὅρξ· ὅτι ἡ κακία ἀκάθαρτος· καὶ ὁ μὲν δύο γυναῖκας ἔχων οὐκ ἦν ἀκάθαρτος· καὶ πολλὰς<sup>d</sup> ἔχων ὁ Δαυὶδ οὐκ ἦν ἀκάθαρτος· ἐπειδὴ δὲ μίαν ἔσχε παρανόμως, ἀκάθαρτος γέγονε. Διὰ τί; Ὅτι ἐβίβλησεν, οἱ ἐπλεονέκτησε. Καὶ ὁ πόρνος δὲ οὐ διὰ τοῦτο ἀκάθαρτος διὰ τὴν μίξιν, ἀλλὰ διὰ τὸν τρόπον, οἱ ἀδικεῖ τὸ γύναιον, καὶ ἀλλήλους ἀδικοῦσι τὴν γυναῖκα ποιοῦντες κοινήν, καὶ τοὺς εἰς φύσεως ἀνατρέποντες νόμους· ἐνὸς γὰρ αὐτὴν εἶμι εἶναι. Ἄρσεν γάρ, φησὶ, καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ εἶπεν, Ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· οὐχὶ οἱ πολλοί, ἀλλ' οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν ἀδικία ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο πονηρὸν τὸ πρᾶγμα. Ὁ θυμὸς πάλιν ὅταν ὑπερβῇ τὰ μέτρα, ἀκάθαρτον ποιεῖ τὸν ἀνθρώπον, οὐ διὰ τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ διὰ τὸν τρόπον· ἐπεὶ καὶ τοῦτο πρόσκειται, Ὁ ὀργιζόμενος, οὐκ ἀπλῶς, ἀλλὰ, εἰκὴ. Ὅστε πανταχοῦ τὸ τὸ πλείονος ἐφιεσθαι, ἀκάθαρτον· ἀπὸ γὰρ ἀπληστίας καὶ τοῦ ἀνορέστου τὸ πρᾶγμα τίκεται. Νῆφωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, καθαροὶ γενώμεθα τὴν ἀληθῆ καθαρότητα, ἵνα τὸν Θεὸν ἴδωμεν καταξιωθῶμεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ὄξια, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

\* Ambo codices πονηρία. Quam lectionem confirmare videtur sequens Scripturae locus.  
 b Codex unus, παρακαθίζεσθαι, alter προσκαθίζεσθαι.

c Codex unus, ἀγιώτερα, male alter ἀγριώτερα.  
 d Notanda lectio Commel., Savil., Coib., παλλακάς.

[750] ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

Πρεσβύτες νηφαλίους εἶναι, σεμνοὺς, σώφρονας, ὑγιαίνοντας τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ἐπιμονῇ· πρεσβυτέρους ὡσαύτως ἐν καταστάσει ματι ἱεροπρατεῖς, μὴ διαδόλους, μὴ οἰνω πολλῶ δεδουλωμένους, καλοδιδασκάλους, ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέους φιλόδηρους εἶναι, φιλοτέχνους, σώφρονας, ἀγνάς, οἰκουρούς, ἀγαθούς, ἀποτασσομένους τοῖς οικείοις ἀνδράσιν, ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ βλασηγηται.

τὸ ἀμβλύ, τὸ ἀκρόχολον. Διὰ τοῦτο περὶ τούτων παραγγέλλων φησὶ· Πρεσβύτες εἶναι νηφαλίους. Πολλὰ γὰρ ἐστὶ τὰ ποιούντα μὴ νῆφειν τοὺς ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ· καὶ πρῶτον αὐτὸ ὅπερ ἔφην, τὸ πανταχθὲν ἀμβλύνεσθαι, καὶ δυσκόλως διεγείρεσθαι, καὶ δυσκόλως κινεῖσθαι· διὸ καὶ ἐπάγει, Σεμνοὺς, σώφρονας. Ἐνταῦθα τοὺς φρονίμους φησὶ σωφροσύνη γὰρ τοῦτο λέγεται ἡ τῶν φρενῶν σωτηρία. Εἰσὶ γὰρ, εἰσι καὶ ἐν τοῖς γεγηρακόσι λυττώντες ἀνθρώποι, παράφρονες, οἱ μὲν ἀπὸ οἴνου, οἱ δὲ ἀπὸ λύπης· μικροψύχους γὰρ τὸ γῆρας ποιεῖ. Ὑγιαίνοντας ἐν τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ἐπιμονῇ. Καὶ καλῶς εἶρηκε, τῇ ἐπιμονῇ· καὶ τοῦτο γὰρ μάλιστα τοῖς γέροντι ἀρμόζει· Πρεσβυτέρους ὡσαύτως ἐν καταστάσει ματι ἱεροπρατεῖς, τούτεστιν, ἀπ' αὐ-

α'. Ἔστιν δὲ καὶ τὸ γῆρας; ἐλαττώματα ἔχει, καὶ οὐχ ἡ νεότης· καὶ ἔχει μὲν τινα καὶ τῶν τῆς νεότητος, ἔχει δὲ ὅμως καὶ τὸ νεώτερον, τὸ ὀκνηρὸν, τὸ ληθαργίον,

c Initium apud Commel., ἐστὶν ἀπὸ γῆρας ἐλαττώματα ἔχειν τὸ νεώτερον, τὸ ὀκνηρὸν, τὸ ληθαργικόν, τὸ ἀμβλύ. Ἦσθαι ἐξεν pergit Coib., καὶ οὐχ ἡ νεότης μόνη. Ἐλαττώματα μὲν τῆς νεότητος πολλά, ἔχει δὲ ὅμως τὸ γῆρας τὸ νεώτερον....



mundorum et immundorum naturam probe nosse.

4. Quid ergo est immundum? Peccatum, malignitas, avaritia, nequitia. *Lavamini*, inquit, *mundi estote, auferite nequitias vestras de animabus vestris* (Isai. 1. 16). *Cor mundum crea in me, Deus* (Paul. 50. 12). *Exite de medio eorum et separamini*, inquit, *et immundum ne tangatis* (Isai. 52. 11). Nam observationes illæ symbola erant munditiarum. *Mortuum*, inquit, *ne tangas* (Levit. 11. 8). Tale namque est peccatum, mortuum et foetidum. *Leprosus*, inquit, *immundus est* (Levit. 13. 15). Peccatum enim varium est et diversum. Et quod hoc subindicet, ex sequentibus palam est. Nam si lepra per totum corpus fuerit, mundus est; si in parte tantum, non ita. Viden' ut id quod varium et mutabile est sit immundum? Kursus seminifluus immundus in anima (Levit. 15. 4). Cogita seminifluum, semina ejicientem. Iocircumcisus item immundus. Viden' hæc non esse allegoriam, sed figuras? Qui non auferit, inquit, ex anima sua nequitiam. Qui operatur in sabbato, lapidatur. Hoc est, qui non Deo jugiter addictus est, hic perit. Videtisne quot sint immunditiarum modi? *Quæ in mensuris est, immunda est* (Lev. 15. 19). Cur, quæso? nonne ipse semen et generationem formavit? cur ergo immunda hæc mulier fuerit? nisi forte aliud quiddam subindicet. Quid hoc est? Pietatem in anima peperit, illam procul a fornicatione abduxit. Nam si quæ parit immunda est, multo magis quæ fornicatur: si cum uxore propria congressi non adeo mundum est, quanto magis cum aliena coire? Qui ex sumere venit, inquit, immundus est; multo magis qui a cæde et bello. Et multos quis invenerit immunditiarum modos, si omnia colligerentur. At non nunc hæc requiruntur, sed totum in animam translatum est. Corpora enim vicina sunt nobis: ideoque inde et eos induxit; sed non nunc: non oportebat enim figuris assidere neque umbris, sed veritati hæerere et hanc suscipere.

*Immundi quinam vere sint.* — Immundum est peccatum: hoc fugiamus, ab hoc absterneamus: *Si ac-*

*cesseris, inquit, ad illum, suscipiet te* (Eccli. 21. 2). Nihil avaritia immundius. Undenam id perspicuum est? Ex rebus ipsis. Quid enim illa non inquinat? manus, animam, ipsam domum, in qua deponuntur quæ rapta fuere. At Judæis id nihil esse videtur. Atqui Moyses ossa Josephi portavit, et Sampson ex maxilla asini bibit, et ex leone mel comedit, et Helias a corvis et a vidua muliere nutriebatur. Quid, quæso, si omnia accurate recensemus? membranæ librorum ipsorum non omnibus execrabiliores sunt habenda? nam ex mortuis animalibus conficiuntur. Non solus ergo fornicator immundus est, sed alii plus quam ille: adulter quoque immundus. Uterque autem immundus est, non propter coitum; nam eadem ratione qui cum uxore propria congregitur immundus esset; sed propter violatum jus, et propter habendi cupiditatem, quia fratrem in magis necessariis injuste læsit. Viden' nequitiam esse immundam? Et qui duas habebat uxores immundus non erat: David enim, qui plures habebat, immundus non erat: cum autem unam injuste addidit, immundus effectus est. Quare? Quia injuste læsit, et quia fraudavit. Fornicator porro non propter coitum immundus est, sed propter modum, quod mulierculam violet; ac seipsum mutuo lædunt qui mulierem communem faciunt, et naturæ leges subvertunt: unius enim ipsam esse oportuit *Etenim masculum et feminam fecit eos*; et dixit, *Erunt duo in carnem unam* (Gen. 1. 27. et 2. 24); non multi, sed *duo in carnem unam*. Hic igitur quoque injustitia, ideoque actus ille est improbus. Ira etiam cum modum excedit, immundum facit hominem, non propter iram, sed propter modum: nam et hoc additur: *Qui irascitur, non simpliciter, sed, sine causa* (Matth. 5. 22). Igitur ubique plus quam oportet appetere immundum est: ex immoderato enim appetitu id nascitur. Vigilemus itaque, obsecro, et vera munditia puri efficiamur, ut Deum videre mereamur, in Christo Jesu Domino nostro, quicum Patri simulque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA IV.

**CAP. 2. v. 2:** *Senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia: 3. anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docentes, 4. ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos diligant, 5. prudentes, castas, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei.*

1. *Senum vitia.* — Habet etiam senectus vitia quædam, quibus juvenus caret, et quædam, quæ ad juventutem quoque pertinent. Inest illi præterea segnitias, tarditas, oblitio grandis, obtusio sensuum, iracundia. Idcirco de his præcipiens dicit, *Senes esse sobrios ac vigilantes debere*. Multa enim sunt, quæ in hujusmodi aetate vigilantie obstant: ac primo id ipsum quod dixi, quod undique obtusis sensibus sint, ac difficile excitentur et moveantur: ideoque subjua-

git, *Pudici, prudentes*. Hic de prudentia loquitur, quæ Græce *σωφροσύνη* dicitur quasi mentis salus. Sunt enim etiam inter senes homines qui rabie ferantur et in-ani, alii ex vino, alii ex mœrore: ad rixas enim senectus provocat. *Sani in fide, in dilectione, in patientia*. Recte dixit, *In patientia*: hæc enim maxime senibus competit. *Anus similiter in habitu sancto*; id est, ab ipso habitu et amictu modestiam exhibentes. *Non criminatrices, non multo vino servientes*. Hoc enim maxime est mulierum et senectutis vitium: nam quod ætas frigescat, magna vini cupiditas ingeneratur. Ideoque hac de re maxime monitum ad illas instituit, ebrietatem undique amputans, et hunc morbum eliminare cupiens, atque risum inde partum amovere. Facilius enim vapores insurgunt, et cerebri membranæ læduntur, quando

Ille ætate ingravescent; hincque maxime ebrietas oritur. Vino certe opus habet ætas illa, utpote infirma, sed non multo. Hæc admonitio juniores quoque spectat, non eadem de causa, sed quod hinc libidinis flamma admodum accendatur. *Bene docentes.* Et tamen mulieres docere vetas: qua igitur ratione id permittis, qui alibi dixisti, *Mulieri docere non permitto* (1. Tim. 2. 12)? Sed audi quid subjunxerit, *Neque præesse viro.* Viris enim jam olim permissum est docere viros et mulieres: mulieribus autem monendi dat facultatem, sed domi tantum; nusquam autem illam præsidere sinit, neque longam orationem habere: ideoque subjungit, *Neque præesse viro. Ut prudentiam doceant adolescentulas,* inquit.

2. *Conjugum concordia quantum bonum.* — Videntur quomodo populum connectat et congreget? quomodo adolescentulas vetulis subjiciat? Non enim de filiabus hic loquitur, sed de ætate simpliciter. Anus quælibet, inquit, adolescentulam moderetur. *Ut viros suos ament.* In domo hoc caput bonorum est: *Mulier,* inquit, *cum viro consentiens* (Eccli. 25. 2). Cum hoc fuerit, nihil ingratum accidit. Quomodo enim si caput cum corpore consentiat, et nulla sit ibi dissensio, non reliqua omnia in pace erunt? nam cum principes in pace degunt, quis pacem frangere vel violare possit? Ac vice versa, his dissidentibus, domi nihil sanum erit. Nihil igitur hoc majus est; estque longo utilius, quam pecunia, nobilitas, potentia, cæteraque omnia. Non simpliciter dixit, in pace sint, sed, *Viros ament.* Cum enim amor aderit, nihil ingratum vel molestam subintrare poterit: hinc enim alia omnia nascuntur bona. *Filios suos diligant,* inquit. Pulchre: quæ enim radicem amat, multo magis fructus amabit. *Prudentes, castas, domus curam habentes, benignas.* Omnia ab amore pariuntur: nam et benignæ et domus curam habentes ex amore viri fiunt. *Subdita viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei.* Contra vero, quæ virum suum contemnit, domus quoque curam non habet. Ex amore prudentia oritur, ex amore omnis tollitur contentio: si gentilis sit, cito persuadetur; si Christianus, melior erit. Videntur Pauli attemperatorem? Qui nihil non agit, ut nos a vitæ negotiis abstrahat, nunc de ordinanda domo magnam curam gerit. His enim recte compositis, spiritualia locum habitura sunt; alioquin autem illa quoque labefactantur. Nam quæ domus curam habet uxor, pudica quoque erit, et omnia dispensabit; neque deliciis, intempestivis sumptibus, similibusque rebus operam dabit. *Ut non blasphemetur verbum Dei,* inquit. Videntur illum præcipue prædicationis curam habere, non sæcularium rerum? Nam ad Timotheum scribens dicit: *Ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et honestate* (1. Tim. 2. 2); hic autem, *Ut non blasphemetur verbum et doctrina Dei.* Si enim contingat, flectam mulierem, infideli viro junctam, non esse virtute præditam, hinc blasphemia in Deum transire solet; si vero ornata virtute fuerit, prædicationis gloriam lucratur et ex illa et ex rectis ejus gestis. Au-

Audivimus, fratres, in Evangelio Dominum nostrum Jesum Christum dicentem: *Homo quidam descendebat a Jerusalem in Jericho, et incidit in latrones, qui etiam exspoliaverunt eum, et plagis impositis, semivivum reliquerunt* (Luc. 10. 30). Sacerdos autem et Levita transeuntes per illam viam, eumque videntes præterierunt. Samaritanus vero quidam veniens ad locum, et videns eum, misericordia motus est super eum; et mixtum oleo vinum infudit ipsi, et alligavit vulnera ejus, ipsum assumptum imposuit jumento suo, duxitque in stabulum, deditque stabulario denarios duos, dicens: *Curam habe hominis hujus, et si quid supererogaveris, ego cum rediero reddam tibi* (Ibid. v. 35). Dispiciamus ergo hanc parabolam, ut sapienti animo explorantes, agnoscamus Dei mysteria. Homo ille est Adam; Jerusalem, vita caelestis et prudentia; Jericho, mundus. Quamdiu ergo Adam ante inobedientiam caelestem habuit sensum, et angelicam parem duxit vitam, ingressum habuit sine obice in caelestem civitatem Jerusalem, et versatus in observantia mandatorum Dei, a nullo vincebatur, a nullo vulnera accipiebat: ubi autem non obediit Deo, et præceptum non servavit, sed serpentis fraude abductus est, tunc descendit in Jericho, id est, in terram, et terrena operatus est: Jerusalem enim ascensionem significat, Jericho diluvium. Descendit igitur, quasi a Jerusalem in Jericho, a caelesti vita ad vitam fraude diaboli paratam. Cum enim aliquis mandata Dei servat, tunc in caelis conversatur, et ait Apostolus, *Nostra autem conversatio in caelis est* (Philipp. 3. 20). Descendit a gloria in ignominiam, a paradiso voluptatis ad spinosam terram, a vita in mortem: *In quocumque enim die comederitis ex ligno, morte moriemini* (Gen. 2. 17), id est, peccato. Mors enim animæ est peccare, et non obedire Deo. Descendit a justitia quam habebat in paradiso, a sanctitate caelesti, et venit in Jericho, id est, in lapsum inobediendiæ, in mortem peccati. Et incidit in latrones; id est, in diabolum et adversarias potestates. Via est hæc vita, ubi ambulans Adam incidit in latrones, qui exspoliant eum. Et quo exspoliant? Stola obedientiæ, amicitia cum angelis, gloria non fluxa, conversatio cum Christo, paradisi voluptate, caelesti vita. Ille illum veste spoliaverunt. Ipsique plagas imposuerunt, id est, peccata, fornicationem, adulterium, idololatriam, veneficia, cædes, invidiam, rixas, iram, cæteraque omnium malorum operationem. Hæc quippe opera hominem flagellant, hæc factorem et corruptionem ingenerant. Et quid hoc verum sit, discite a Davide, quomodo Adami plagas in se depingens, illas pulchre cicatrices vocet dicens: *Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ* (Psal. 37. 6). Omne autem peccatum cicatricem et vulnus efficit. Vulneratus ergo est per inobedientiam, plagis affectus per iniquitates, ut ait propheta: *Percussus sum ut sænum, et aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum* (Psal. 104. 5); id est, servare mandatum Dei. Semivivum autem, ait, illum reliquerunt, non quod nolent illum occidere, sed quod Deus id non concesserit. *Nolo enim, inquit, mortem peccatoris, ut ejus penitentiam*. Et ubinam illum relinquunt? In via, id est, in hac vita: via enim dicitur hoc sæculum, quia omnes homines per ipsum transeunt. Advenit autem, inquit, sacerdos iher agens, et videns eum præteriiit. Sacerdotem dicit beatum Moysen et Aaronem: nam

testificatur David dicens: *Moses et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus* (Psal. 98-6). Ille itaque mirabilis celeberrimusque Moyses, qui decem plagis Ægyptios affecti, qui mare Rubrum scidit et exsiccatum, et per illud populum traduxit, qui in Barra aquam dulcem reddidit, qui cum Deo in nube colloquutus est, qui mirabilia multa fecit, cum hujus vitæ viam perageret, videns hominem jacentem vulneratum, præterivit, et non extulit eum. *Similiterque Levita*; id est, propheticus ordo. Nam propheta qui post Moysen fuerunt, eadem via incidentes, et Adam vulneratum reperientes, non extulerunt. Neque Moyses per legem, neque propheta per signa Adami vulnus curaverunt. Nemo ipsum excitavit, nemo ipsi vitam largitus est, nemo ipsam a morte redemit, nemo compressit peccati vulnus: nam ipsi in peccatis detinebantur. Etsi ob honestam vitam Dei amici erant; sed quia erant ejusdem carnis cum Adamo, et ex mortua radice, non poterant, utpole rami, radicem a peccato avellere. Samaritanus vero quidam, inquit, opere studiosus, propositio misericors, bene affectus erga conservos, ad locum veniens, et videns eum vulneratum misericordia motus est, et apposuit vinum et oleum, alligavitque vulnera ejus, id est, ejus peccata. Dominus noster Jesus Christus Samaritani personam assumpsit. Sed dicit auditorum quispiam, Quid? Samaritanumne appellas Dominum? Etiam, Samaritanum dico illum, non natura divinitatis, sed imitatione misericordie. Ut enim Samaritanus natura quidem corporis similis aliis erat, misericordie autem proposito non item, sed melior videbatur: sic et Dominus homo quidem corpore videbatur similis prophetis, patriarchis, secundum hominem ex Maria assumptum, potestate vero divinitatis major omnibus demonstrabatur; æqualis secundum humanam formam, non item secundum supernam gloriam. Illi incuria et immiseri cordia usi, inhumaniter vulneratum præterierunt: Samaritanus vero magis misericors et pius apparuit. Sic et Christus, patriarchis et prophetis non curantibus hominem per inobedientiam lapsum, solus miserator et misericors apparuit, secundum prophetiam dicentem: *Miserator et misericors Dominus, longanimis et multum misericors* (Psal. 102. 8); et rursus, *Quoniam tu Deus misericors*. Et sicut Samaritanus non erat ex genere Judæorum, sed ex alia regione venerat: sic et Christus non erat ex mundo, sed ex celo. Venit in terram; Deus cum esset, propter nos homo factus est; Dominus cum esset, servi formam induit. Misericordia, motus est super nos; descendit de celo in terram; vidit hominem dejectum, spoliatum, vulneratum fornicationibus, idololatria, adulturiis, cardibus; vidit, et misericordia motus est circa officium suum, et apposuit vinum cum oleo, id est, utrumque miscens, argentum apparavit et imposuit homini. Quid significat, *Miscens vinum cum oleo*? Id est, miscens divinitatem cum humanitate, miscens misericordiam cum salute, servavit hominem. *Miscens vinum cum oleo*, id est; miscens Spiritum sanctum cum sanguine suo, vivificavit hominem. Nam sanguine Christi manante ex latere in terram, abluvit ipse chirographum nostrum a peccatis. Quid sibi vult illud, *Alligavit vulnera ejus*? Id est, ligavit diabolum, et solvit hominem; ligavit scapham, et a naufragio eruit; ligavit et in servitutem redegit virtutes maligni; liberavitque hominem. Si vis autem alio modo

τὸν τάφον, ἀλλ' ἐζημιώθησαν τὸν ναόν. Σεισμός ἐγένετο μέγας · Ἄγγελος γὰρ Κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, προσέειπεν ἅπασι τοῖς ἱεροῦ ἀπὸ τῆς θύρας τοῦ μνημείου. Τί τοῦτο, ὦ ἄγγελε; ὡς δορυφόρος τοῦ ἀναστάντος βασιλέως ἐξ ὑψους κατέβηκα; ἤλασεν ψυχὰς ὀρθοῦντα τὰ γύναια; ἤλασεν συνευφρανθῆναι τῶν ἀνθρώπων τῷ γένει; Ἔασον παρακίσειαι τὸν λίθον τοῦ μνήματος. Τί σαλεύεις, ὃν οὐκ ἐκίνησε προσελθούσα ἡ πέτρα; Ὡς ἐτέλεθ' ἐκ μητρας, οὕτω προήλθεν ἐκ μνήματος· οὐ γὰρ ἐνώχλησε τῆς παρθενίας τοῖς κλειθροῖς, τικτόμενος, οὐκ ἐκίνησε τὸν λίθον, ὃν ἐφύλαξε. Τὸν τάφον μετὰ τοῦ λίθου ἐσφραγισμένον κατέλειπεν. Οὐδα, φησὶν, οἶδα· ἀλλ' οὐχ ἄπιστος γέγονε τὸ γενόμενον τῷ τοῦ Δασιπτοῦ μου ὑπουργῆσαι νεύματι· οἰκονομικῶς τὸν λίθον ἐκύλισε, ἵνα Πέτρος παραύψας θεάσῃται τὰ ὀνόματι· ἵνα ἴδωσιν αἱ γυναῖκες τὸν τόπον ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος. Ἀπεκύλισε, φησὶ, τὸν λίθον, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ. Ἐτήρει τὸν τῶν Ἰουδαίων κατήγορον, ἐφύλαττε τὸν τῆς ἀναστάσεως μάρτυρα· ἐτήρει τὸν λίθον τῶν κλιθωμένων τὴν καρδίαν πρὸς ἑλεγχον. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Κύριος τὴν τῶν Χριστοκτόνων δυσμένειαν ἐκπομπέων πρὸς αὐτοὺς ἐν

Εὐαγγελίαις ἐβόα· Κύριος αὐτοῖς σωπήσῃσιν, οἱ λίθοι κεκρόθονται. Ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπῆ, καὶ τὸ ἔθνος αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών· εἰκότως. Ἐνθα γὰρ ἁμαρτίας σπίλος οὐκ ἔγκιται, πάντα φωτὸς ἐστὶν ἀνάμεστα, τῆ τῆς χιόνος τοῖκατα λαμπρότητι. Ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσπίθησαν αἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. Ἐπὶ τοῦ δούλου ὡς νεκροί, καὶ ἐπὶ τοῦ κτιστοῦ τολμηροί. Τί δὲ καὶ τὰ ἐξῆς; Ἀποκριθεὶς, φησὶν, ὁ ἄγγελος εἶπε ταῖς γυναῖξι, Μὴ φοβεῖσθε ὑμῖς. Ὁ παραβέξων πραγμάτων ἢ ὡς ξένων διηγημάτων ἢ τῶν στρατιωτῶν γεγονότων ὡσεὶ νεκρῶν, ταῖς γυναῖξι διελέγετο, Μὴ φοβεῖσθε; Ἐγρῆν γὰρ τοὺς ἀπίστους φύλακας ἐναπομείναι τῷ φόβῳ, ταῖς δὲ πισταῖς γυναῖξι τὴν τῆς σωτηρίας εὐαγγελισθῆναι χάριν. Μὴ φοβεῖσθε ὑμῖς· Ἄδῃμ γὰρ ὅτι τοῦ τῆς φύσεως ὡμῶν κερμαῖς ἀνεπλάσθη, καθάπερ ἐν τροφῷ τῷ σταυρῷ. Μὴ φοβεῖσθε· τῆς ὑμετέρας γὰρ μητρὸς Εὐα; ἐλύθη τὸ πρὸς κατάκρισιν ἔγκλημα. Μὴ φοβεῖσθε· πρὶν γὰρ ἐγὼ ἀποκύλισω τὸν λίθον, ὃν ζητεῖτε, μετ' ἐξουσίας ἀνέστη· αὐτῷ ἡ δόξα σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

Εἰς τὴν παραβολὴν τοῦ ἐμπροσθέντος εἰς τοὺς ληστὰς.

Ἦκούσαμεν, ἀδελφοί, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λέγοντος, ὅτι Ἀνθρώπος τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼν, καὶ ληστὴς ἐπιθέτης κατέλιπον ἡμιθάψιν ευχάροτον. Ἱερεὺς δὲ καὶ Λευίτης διερχόμενοι διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκίνησεν, καὶ ἰδόντες αὐτὸν, ἀντιπαρήλθον. Σαμαρείτης δὲ τις ἔλθων ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτὸν, καὶ σὺν ἑαλίῳ οἶνον βαλὼν καὶ ἀναμίξας ἐπέγευεν [829] αὐτῷ, καὶ κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ, καὶ ἀναλαβὼν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτήνος, ἤγαγεν εἰς πανόγειον, καὶ ἔδωκε τῷ πανόγειῳ δύο θηρία, εἰπὼν· Ἐπιμελήθητι τοῦ ἀνθρώπου τούτου, καὶ εἰ τι προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχῃσθαί με ἀποδώσω σοι. Ἰδῶμεν οὖν τὴν τούτων παραβολήν, ἵνα συνιπνεῖς καρδίᾳ σμεντῆ, γνωρίσωμεν τοῦ Θεοῦ τὰ μυστήρια. Ἀνθρωπὸς ἐστὶν ὁ Ἄδῃμ, Ἱερουσαλὴμ δὲ ἡ ἐπουράνια πολιτεία καὶ ἡ φρόνησις, Ἱεριχὼν δὲ ὁ κόσμος. Ἐφ' ὅσον τοῖνον ὁ Ἄδῃμ πρὸ τῆς παρακοῆς εἶχε τὸ ἐπουράνιον φρόνημα, καὶ τὴν ἰσάγγελον πολιτείαν, ἀκώλυτον εἶχε τὴν εἰσοδὸν ἐν τῇ ἐπουρανίῳ πόλει Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν κατοικίαν καὶ διατριβὴν ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ ποιούμενος, ὑπ' οὐδενὸς ἐνίκαστο, οὐδὲ ἐτραυματίζετο· ὅτε δὲ παρήκουσε τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἐντολήν οὐκ ἐφύλαξεν, ἀλλ' ἀπηνέθθη τῇ ἀπάτῃ τοῦ θένως, τότε κατέθη εἰς Ἱεριχὼν, τούτέστιν, εἰς τὴν γῆν, καὶ τὰ τῆς γῆς εἰργάζετο· Ἱερουσαλὴμ γὰρ ἀνάστασις ἠρμηνεύεται, Ἱεριχὼν δὲ κατακλιμαίσις. Κατέθη οὖν ὡς ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼν, οὕτως ἀπὸ τοῦ ἐπουρανίου πολιτεύματος, ἐπὶ τὸ τῆς ἀπάτης τοῦ διαβόλου κλιμαίσιμα. Ὅτε γὰρ τις φυλάσσει τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, τότε ἐν οὐρανῷ πολιτεύεται, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, Ἡμῶν δὲ τὸ κλιμαίσιμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Κατέθη ἀπὸ δόξης εἰς ἀδοξίαν, ἀπὸ παραδείσου τρυφῆς εἰς ἀκωνθόφρον γῆν, ἀπὸ ζωῆς εἰς θάνατον· Ἐν ᾧ γὰρ, φησὶ, φάρισος ἐκ τοῦ ἐύλου, θανάτῳ ἀποθυεῖσθε· τούτέστι, τῇ ἁμαρτίᾳ· θάνατος γὰρ ψυχῆς ἁμαρτία τὸ παρακούσαι Θεῷ. Κατέθη ἀπὸ δικαιοσύνης τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ, ἀπὸ ἀγνοουμένης τῆς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἦλθεν εἰς Ἱεριχὼν, τούτέστιν, εἰς τὸ πτώμα τῆς παρακοῆς, εἰς τὸν θάνατον τῆς ἁμαρτίας. Καὶ ἐμπίπτει εἰς τοὺς ληστὰς, τούτέστιν, εἰς τὸν διάβολον καὶ τὰς ἀντικειμενίας αὐτῷ δυνάμεις. Ὅδῳ δὲ ἐστὶν ὁ βίος οὗτος, ὅπου περιπατήσας ὁ Ἄδῃμ ἔπεσεν εἰς τοὺς ληστὰς, καὶ ἐκδιδύσκουσι αὐτὸν. Καὶ εἰ αὐτὸν ἐξέδυσαν; Τὴν σκολὴν τῆς ὑπακοῆς, τὴν μετ' ἁγγέλων φιλίαν, τὴν ἀκῆρατον δόξαν, τὴν μετὰ Χριστοῦ διατριβὴν, τὴν ἐν παραδείσῳ τρυφήν, τὴν ἐπουράνιον ζωὴν. Ταῦτην αὐτὸν ἐξέδυσαν τὴν σκολὴν. Καὶ πληγὰς αὐτῷ ἐπέθηκαν, τούτέστι, τὰς ἁμαρτίας, πορνείας, μοιχείας, εἰδωλολατρίας, φαρμακείας, φόνους, φθόνους, ἔρις, θυμὸν, καὶ πᾶσαν τὴν λοιπὴν τῶν κακῶν ἐργασίαν. Ταῦτα γὰρ τὰ ἔργα μαστιγοῦσι τὸν ἄνθρωπον, ταῦτα δουλοῦν καὶ φθορὰν ἐμποιοῦσι. Καὶ εἰ ἐστὶ τοῦτο ἀκριβῶς, μάθε πρὸς τοῦ Δαυὶδ, πῶς τὰς τοῦ Ἄδῃμ

πληγὰς εἰς ἑαυτὸν εἰκονογραφῶν, μῶλωπας αὐτὰς κλιμαίσις λέγων· Προσώρεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μῶλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀπροσύτης μου. Πᾶσα δὲ ἁμαρτία μῶλωπα καὶ τραῦμα ἐργάζεται. Ἐτραυματίσθη τούτων διὰ τῆς παρακοῆς, ἐπλήθη διὰ τῶν ἀνομιῶν, ὡς φησὶν ὁ προφήτης· Ἐπλήθη ὡσεὶ χόρτος, καὶ ἐξηράνθη ἡ καρδία μου, ὅτι ἐπελαθόμην τοῦ φαινοῦ τὸν ἄρτον μου· τούτέστι, τοῦ φυλάξει τὴν ἐντολήν τοῦ Θεοῦ. Ἡμιθανῆ δὲ, φησὶ, τούτων κατέλιπον, οὐχ ὡς μὴ βουλόμενοι τούτων ἀναιρεῖν, ἀλλ' ὡς τοῦ Θεοῦ μὴ συγχωρούμενοι. Οὐ βουλόμαι γὰρ, φησὶ, τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν. Καὶ ποῦ αὐτὸν καταλείπουσιν; Εἰς τὴν ὁδὸν, τούτέστιν, εἰς τὸν βίον τούτων· ἰδὸς γὰρ λέγεται ὁ αἰὼν οὗτος, ἐπειδὴ πᾶντες ἄνθρωποι δι' αὐτοῦ διερχονται. Καταλαβὼν δὲ, φησὶν, ὁ Ἱερεὺς ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἀντιπαρήλθεν. Ἱερεὶα δὲ λέγει τὸν μακάριον Μωϋσῆν καὶ Ἀαρὼν. Μαρτυρεῖ γὰρ ὁ Δαυὶδ λέγων, Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς Ἱερεῦσιν αὐτοῦ, καὶ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἐπικουλούμενοις τὸ δρομα αὐτοῦ. Οὗτος οὖν ὁ θαυμαστὸς Μωϋσῆς, ἐνδοξὸς γενόμενος, ὁ δεκαπλήγῳ μαστιγῆ τὸς Αἰγυπτίους ἐτάσας, ὁ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν σχίσας καὶ ἀποξηράνας καὶ διαγαγὼν τὸν λαὸν δι' αὐτῆς, ὁ τὸ ἐν Μαρρᾷ ὕδωρ γλυκάνας, ὁ τῷ Θεῷ διὰ νέφους προσομιλήσας, ὁ πολλὰ θαύματα ἐργασάμενος, ὁδεῖον τὴν ὁδὸν τοῦ βίου τούτου, καὶ ἰδὼν τὸν ἄνθρωπον κείμενον τετραυματισμένον, παρήλθεν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀνέστησεν. Ὁμοίως δὲ καὶ Λευίτης, τούτέστι, τὸ προφητικὸν τάγμα. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ὕστερον μετὰ τὸν Μωϋσῆν γενόμενοι, καὶ τὴν αὐτὴν ὁδὸν τοῦ βίου βαδίσαντες, εὐρόντες τετραυματισμένον ἄνθρωπον τὸν Ἄδῃμ, οὐκ ἀνέστησαν. Οὕτε Μωϋσῆς διὰ νόμου, οὕτε προφήται διὰ σημείων τὸ [830] τοῦ Ἄδῃμ τραῦμα ἐθεράπευσαν. Οὐδεὶς αὐτὸν ἤγειρεν, οὐδεὶς αὐτῷ ζωὴν ἐχαρίσθη, οὐδεὶς αὐτὸν ἐκ θανάτου ἐλυτρώσατο, οὐδεὶς ἐστειλε τῆς ἁμαρτίας τὸ τραῦμα· καὶ γὰρ αὐτοὶ ἐν ἁμαρτίαις κατέγοντο. Εἰ καὶ διὰ σεμνὴν πολιτείαν Θεοῦ φίλοι ἐγένοντο, ἀλλὰ διὰ τὸ ἁμοσάρκους εἶναι τῷ Ἄδῃμ, καὶ ἀπὸ τῆς ρίζης τῆς νεκρᾶς φέρεσθαι, οὐκ ἔδύναντο κλάδοι δυντες τὴν ρίζαν ἀναπαύσαι ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Σαμαρείτης δὲ τις, φησὶ, σπουδαῖος τοῖς ἔργοις, εὐσπλαγγῶς τὴν προαίρεσιν, συμπαθῆς περὶ τοὺς ὁμοδούλους, ἐλθὼν ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ ἰδὼν αὐτὸν τετραυματισμένον, ἐσπλαγχνίσθη, καὶ ἐπέθηκεν ἔλαιον καὶ οἶνον, καὶ κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ, τούτέστι, τούτου τὰς ἁμαρτίας. Πρόσωπον καὶ εἰκόνα ἀναλαμβάνει ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς Σαμαρείτου. Ἄλλ' ἐρεῖ τις τὸν ἄκρατον, εἰ; τὸν Κύριον Σαμαρείτην λέγεις; Ναι, Σαμαρείτην λέγω αὐτὸν, οὐ τῆ φύσει τῆς θεότητος, ἀλλὰ τῆ μιμήσει τῆς εὐσπλαγγνίας. Ὅσπερ γὰρ ὁ Σαμαρείτης τῆ μὲν φύσει τοῦ σώματος ὁμοῖος τοῖς ἄλλοις ὑπῆρχε, τῆ δὲ προαίρεσει τῆς εὐσπλαγγνίας οὐχ ὁμοῖος, ἀλλὰ κρείττων ἐφάνη· οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἄνθρωπος μὲν τῆ θεωρίας τοῦ σώματος· ἐφάνη ὁμοῖος προφήταις, πατριάρχαις κατὰ τὸν ἐκ

Μαρίας ἀνθρώπων, τῇ δυνάμει δὲ τῆς θεότητος μείζων πάντων ἀνετίχθη· ἴσος τῷ ἀνθρώπινῳ σχήματι· οὐκ ἴσος τῇ ὑπερκόσμιῳ δόξῃ. Ἐκείνη ἀμελεία καὶ ἀσπλαγχνία χρητάμενοι, ἀνηλιώς παρήλθον τὸν τετραυματισμένον· ὁ δὲ Σαμαρείτης εὐσπλαγχνότερος καὶ εὐσεβέστερος καὶ ἐλεήμων ἐφάνη. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, πατριάρχων καὶ προφητῶν ὑπεριδόντων τὸν διὰ παραποῆς ἐκπεσόντα ἄνθρωπον, μόνος οὐκέρμων καὶ ἐλεήμων ἐφάνη, κατὰ τὴν προφητὴν τὴν λέγοντα· *Οὐκέρμων καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος, μακροθύμος καὶ καλεῖθλος*· καὶ πάλιν, *Ὅτι σὺ, Κύριε, εὐσπλαγχνος*. Καὶ ὡπερ ὁ Σαμαρείτης οὐκ ἦν τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, ἀλλ' ἐξ ἄλλης γῶρας ὤματό, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὐκ ἦν ἀπὸ κόσμου, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ. Ἦλθεν ἐπὶ τῆς γῆς· Θεὸς ὢν, ἀνθρώπος γέγονε δι' ἡμᾶς· Ἀσπότης ὢν, τῆν τοῦ δούλου μορφήν ἐνεδύσατο. Ἐσπλαγχνίσθη περὶ ἡμῶν, κατήλθεν ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, εἶπε τὸν ἄνθρωπον ἐρριμμένον, ἐσκυλμένον, τετραυματισμένον ἐν πορνείαις, εἰδωλολατρείαις, μαχεῖαις, φόνοις· εἶπε, καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπὶ τὸ ἴδιον πλάσμα, καὶ ἐπέβαλεν οἶνον σὺν ἐλαίῳ· τουτέστι, καὶ μίξας ἀμώτερον ἐποίησε βροχὴν, καὶ ἐπέθηκε τῷ ἀνθρώπῳ. Τί ἐστὶ, μίξας οἶνον σὺν ἐλαίῳ; Τουτέστι, μίξας τὴν θεότητα μετὰ τῆς ἀνθρωπότητος, μίξας τὴν εὐσπλαγχνίαν μετὰ τῆς σωτηρίας, ἕως τε τὸν ἄνθρωπον. Μίξας οἶνον σὺν ἐλαίῳ, τουτέστι, μίξας Πνεῦμα ἅγιον τῷ αἵματι αὐτοῦ, ἐζωοποίησε τὸν ἄνθρωπον. Τοῦ γὰρ αἵματος τοῦ Κυρίου στάξαντος ἀπὸ τῆς πίευσθαι ἐπὶ τὴν γῆν, ἀπέπλυνεν ἡμῶν τὴ χειρογράφον ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν. Τί δὲ ἐστὶ, Κατέθηκε τὰ τραύματα αὐτοῦ; Τουτέστιν, ἔθηκε τὸν διάβολον, καὶ ἔλυσε τὸν ἄνθρωπον· ἔθηκε τὸν σάρκος, καὶ ἐζωοποίησε τὸ ναυαγήσαν πλοῖον· κατέθηκε καὶ ἐδούλωσε τὰς δυνάμεις τοῦ πονηροῦ, καὶ ἠλευθέρωσε τὸν ἄνθρωπον. Εἰ δὲ θέλεις καὶ ἐτέρως νοεῖν, ἀκουε. Μίξας οἶνον σὺν ἐλαίῳ· ἔλαιον ἐπάγει τὸν παρακλητικὸν λόγον, οἶνον δὲ τὸν συσπικτικὸν καταδυσόμενος, τὴν διδασκαλίαν τὴν συνάγουσαν τὴν διασκορπισμένην διάνοιαν, κατὰ τὸ εἰρημὸν ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου· *Ἐλεῖχος, ἐπιτιμῆσον, παρακάλεσον*. Ἐθηκε δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτήνος· τουτέστι, λαβὼν ὁ Χριστὸς τὴν σάρκα ἐπὶ τοὺς ἰδίους ὤμους τῆς θεότητος, ἀνήνεγκε τὸν Πατέρα εἰς οὐρανοῦς. Ὁ γὰρ χρυσοῦν, ἢ ἄργυρον, ἢ λίθους τιμίους ἀνήνεγκεν, ἀλλὰ τὸν κατ' εἰκόνα ἄνθρωπον ἀνήνεγκεν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοῦς, εἰς τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν καὶ ἐρύχωρον πανδοχεῖον, εἰς ταύτην τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν. Καὶ παρέθηκε τῷ πανδοχεῖ, τῷ μακρῷ Παύλῳ, τῷ στόλῳ τῶν Χριστιανῶν, τῷ γνησίῳ πανδοχεῖ, δούς αὐτῷ δύο θηνάρια· διὰ δὲ Παύλου τοῖς καθ' ἑκάστην Ἐκκλησίαν ἀρχιερεῦσι καὶ διδασκάλοις καὶ λειτουργοῖς· δύο θηνάρια, Παλαίην τε καὶ Καινήν. Διαθήκη, εἶπεν· *Ἐπιμελήθητι τοῦ ἀνθρώπου τούτου, καὶ εἰ τι δ' ἂν προσδαπανήσης, ἐγὼ ἐλθὼν ἀποδώσω σοι*. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτο ἐστίν· *Ἐπιμελήσαι, φησὶ, τοῦ λαοῦ*

[851] τοῦ ἐξ ἔθνῳν, ὃν οὐκ ἐπείνεκα ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἐπειδὴ ἀσθενοῦσιν οἱ ἄνθρωποι τετραυματισμένοι ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν, θεραπεύσον αὐτοὺς, ἐπιτιθεὶς αὐτοῖς λίθον ἐμπλάστρου, τὰ προφητικὰ ῥήματα καὶ τὰ εὐαγγελικὰ διδάγματα, ὑγαίνων αὐτοὺς· διὰ τῶν τῆς Παλαιᾶς καὶ Νέας Διαθήκης νοουθεσιῶν καὶ παρακλησιῶν, πείθων αὐτοὺς ἀποστῆναι τῆς ἁμαρτίας, καὶ κατελεῖψαι τὴν τοῦ διαβόλου πλάνην. Ἐάν δὲ καὶ οὕτως ἀδιδόρθοι μείνωσι, πείσον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν σῶν κατηρθωμάτων, κάμψον αὐτοὺς διὰ τῶν αὐστηρῶν σου λόγων· τύπος αὐτῶν γενεοῦ, καὶ ὑπογραμμὸς ἀγαθῆς, ἐν λόγῳ, ἐν ἔργῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ἐν πίστει. Ἐν ἀγάπῃ, ἐν σεμνότητι, ἵνα τῷ σὺ τύπῳ ἐξακολουθήσωσι, καὶ μιμητὰ οὖν γίνωνται τῆς ἀγαθῆς πολιτείας. Καὶ τοῦτο ἂν ποιήσης, καὶ ἴδων τινὰ προσηκῆν λόγων ἢ ἔργων παράσχης, εἰ τι ἂν προσδαπανήσης, ἐγὼ ἐπανελθὼν ἀποδώσω σοι· τουτέστιν, ἐν τῇ δευτέρῃ μου παρουσίᾳ τῆς ἀνταποδοτικῆς ἔξουσι τὸν καμῆτων σου ἀποδώσω σοι τὸν μισθόν. Διὰ τοῦτο Πυῶλος θαρβῶν ταῖς ὑποσχέσεσι ταύταις λέγει· *Ἐγὼ δὲ ἤδιστα ὑπὲρ Χριστοῦ δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανήσομαι ὑπὲρ τῶν γυχνῶν ὡμῶν*· τὴν εἰς τὰ ἔθνη λέγων διδασκαλίαν καὶ τὴν διακονίαν τοῦ λόγου. Αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ὁ τὰς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἐποικοδομῶν καὶ στηρίζων, καὶ πάντας ἀνθρώπους θεραπεύων διὰ τῶν πνευματικῶν νοουθεσιῶν, ἐκάστω τὰ πρόσφορα νέμων, δὴνηε τὰς ψυχὰς ἡμῶν εἰς ζωὴν αἰώνιον. *Τοῖς πάσι γὰρ, φησὶ, γέγονε τὰ πάντα, ἵνα τοὺς πάντα σώσω*. Οὗτός ἐστιν ὁ καλὸς τῆς Ἐκκλησίας πανδοχεύς, πάντα δέχεται καὶ πάντα ἐπιμελεῖται· οὐ πόρνον ἀπωλεῖται, οὐ μέθυσον, οὐ λοιδορον, οὐχ ἄρπαστα ἀποστρέφεται, οὐκ εἰδωλολάτρην βδελύσσεται, οὐχ ἑτερόν τινα ἀσεβῆ καὶ ἀκάθαρτον ἀποδιώκει, ἀλλὰ τοὺς πάντας δέχεται. Καθάρπερ λατρός ἀποπλύνει τὰ τραύματα, καὶ διὰ λουτροῦ τῆς ἀναγεννήσεως ἀπομιχγεὶ καὶ καθαίρει, καὶ προσφέρει τὰ συσπικτικὰ ῥήματα, ὡπερ οἶνον, πρὸς τὸ μὴ ἀγεσθαι ταῖς κατὰ ἄγνοιαν πραγμείσαις ἁμαρτίας ἥτοι κακίαις. Καὶ πάλιν θεραπεύει διὰ παρακλητικῆς, εἰκην ἐλαίου ἀλαίφων τὰς ψυχὰς ἡμῶν· λέγει γὰρ οὗτος· *Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τῶν οὐκέρμων τοῦ Θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὡμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάριστον, τὴν λογικὴν λατρείαν ὡμῶν*. Ὅσοι τοίνυν τῶν τοῦ Παύλου ῥημάτων μαθητὰ τυγῶντες, τὰς ἐντολάς τοῦ Χριστοῦ φυλάξωμεν· ἵνα μὴ τῆς ἐπουρανίου Ἰερουσαλὴμ ἐκπέσωμεν καὶ πόλεως Θεοῦ ζήντος. Γένοιτο δὲ θεραπευθέντας ἡμᾶς καὶ ψυχῆς καὶ σώματος τραύματα, ἐν ὕδατι καὶ τελειότερις πίστει παραστῆναι τῷ Χριστῷ ὡσως καὶ ἀνεκλύτους, μὴ λειπομένους ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, καὶ ἀπολαύσαι τῆς ἐν οὐρανῷ ἀγαθῆς ἐπαγγελίας, χάριτε καὶ φιλοδώρησι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, σὺν τῷ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἐπερ νηστείας.

Ὁ ἔγων προσευχῆν καὶ νηστείαν καὶ ἐλεημοσύνην, τότε ἐστὶ καταπλοῦσις ἐν Χριστῷ, καὶ εὐσεβείας ἐργάτης. Τί γὰρ βρελος, ἀδελφοί, νηστεύειν τῷ σώματι, καὶ φονεῦειν τοῖς ἔργοις; τί τὸ βρελος βρώματος ἀπέχεσθαι, καὶ πορνεῖα μαινεσθαι; κρέας οὐκ ἐσθίειν, ἀλλὰ κατατρέχεις τὰς σάρκας τοῦ ἀδελφοῦ σου. Ποῖον κέρδος οἶνω μὴ εὐφραίνεσθαι, καὶ μεθύσκεσθαι χρέμασι; τί βρελος ἄρτον μὴ ἐσθίειν, καὶ μεθύειν θυμῷ; ποῖον κέρδος νηστείας τήκεσθαι, καὶ λοιδορεῖν τὸν πλησίον; τίς ἡ ὠφέλεια ἐγκρατεῦσθαι βρωμάτων, καὶ ἀρπάζειν τὰ ἀλλότρια; τίς ἡ ἀνάγκη τὸ σῶμα ξεραίνειν, καὶ παῖνωτα μὴ τρέφειν; τίς ἡ ὠφέλεια τὸ σῶμα συντρίθειν, καὶ χήρας μὴ ἐλεεῖν καὶ ὀρφανοῦς; Ἐάν βούλη νηστεύειν, μίσησον φιλαργυρίαν· τὸ μέγα κακὸν ἐστὶν ἡ φιλαργυρία. Νηστεύεις; φύγε μοιχεύειν, φύγε πορνείαν, φύγε καταλαλιάν, ψεῦδος, λοιδορίαν, ἐχθραν, βλασφημίαν, καὶ πᾶσαν περιεργίαν. Νηστεύεις; φύγε πλεονεξίαν, ἀρπαγὴν, ἔριν, καὶ τὸν ψυχῶλεθρον φθόνον. Νηστεύεις; φύγε γαστριμαργίαν, τὴν γεννητήριαν πάσης κακίας, τὴν [852] χωρίζουσαν ἡμᾶς καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ καταγούσαν ἡμᾶς ἕως τῶν ἀδύσων τῆς ἀπωλείας. Ἐάν νηστεύης διὰ τὸν Θεόν, φύγε πᾶν πρᾶγμα ὃ μισεῖ ὁ

Θεός, καὶ δέχεται σου τὴν μετάνοιαν, ὡς ἐλεῖμων καὶ φιλόανθρωπος· δράμωμεν, ἀδελφοί, πρὸς τὴν μετάνοιαν, δράμωμεν· ἐδόθη ἡμῖν καιρὸς ἐξομολογήσεως καὶ πένθους καὶ στεναγμῶν, οὐχὶ δὲ ἀμελείας καὶ θαυμάσιας. Μετάνοια γὰρ ἐστὶ πρόξενος βασιλείας οὐρανοῦ, καὶ ἐσόδος παραδείσου, καὶ τρυφῆς αἰωνίου ἀπολαύσεως. Ἐάν νηστεύης, ἀγαπήθῃ, κἀνήτα μὴ περιόρις, γυμνὸν περιόρις, βλέπε τῆς χήρας τὰ δάκρυα, βλέπε ὀρφανούς στενάζοντας. Ἐάν ἔχῃς, ἐλέησον· εἰ δὲ οὐκ ἔχῃς, κἀν μὴ ἀρπάξῃς τὰ ἀλλότρια. Νηστεύεις; παῦσον τὴν γλώσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χεῖλῃ σου τοῦ μὴ λαλήσαι δόλον· ἀρκεῖ σοι πρὸς σωτηρίαν. Ἐάν νηστεύης, βλέπε μὴ δακνέσης τὸ ἀργύριόν σου ἐπὶ τόκῳ. Νηστεύεις; ἐλέησον ὃν ἠδίκησας, μὴ φθόνῃς ποτὲ ἀδελφόν, μήτε πάλιν μισήσης τινὰ ποτε. Νηστεύεις; μὴ κsenοδοξήσης. Νηστεύεις; φύγε πορνείαν, τὴν χωρίζουσαν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων, τὴν πρέζοντο τὸ αἰώνιον καὶ ἀσέβηστον πυρὸς. Νηστεύεις; θρέψαι παῖνωτας, πείσον διψώντας, ἀσθενώντας ἐπισκεψαι, τῶν ἐν φυλακῇ μὴ ἐπιλάθου, καταπονουμένους ἐλέησον, θλιβομένων καὶ ὀδυρομένων ἐπιμελήθητι· γενεοῦ εὐσπλαγχνος, πρὸς, ἀγαθός, ἡμερος, μακροθύμος, ἐλεῖμων, ἀμνησικακός, εὐλαβής, ἄμαχος, ἀτιθη-



intelligere, audi. Miscens vinum cum oleo : oleum inducit consolatorum verbum ; vinum vero sive veritatem infundens, doctrinam quæ dissipatam mentem colligit, secundum Apostoli dictum, *Argue, obsecra, increpa* (2. Tim. 4. 2). Imposuit autem illum in jumentum suum ; id est, assumens Christus carnem humeris divinitatis, Patri attulit in celos. Non enim aurum, aut argentum, aut lapides pretiosos, sed hominem ad imaginem factum attulit a terra in celos, in magnum, mirabilem et latum diversorium, in hanc catholicam Ecclesiam. Et tradidit stabulario ; beato Paulo, columnæ Christianorum, vero stabulario, dans ipsi duos denarios ; per Paulum vero alius per varias Ecclesias, summis sacerdotibus, doctoribus, ministris ; duos denarios, Velus et Novum Testamentum, dicens, *Curam habe hominis hujus, et si quid supererogaveris, ego veniens reddam tibi*. Hoc autem significat : Curam habe, inquit, populi ex gentibus, quem tibi in Ecclesia tradidi. Quia agrotant homines a peccatis vulnerati, cura illos, imponens ipsis lapidem emplastri, prophetica dicta et evangelicam doctrinam sanitatem ipsis afferens per admonitiones Veteri et Novo Testamento desumptas, suadensque ipsis ut a peccatis abstineant, diabolique errorem relinquunt. Quod si postea illi inemendabiles maneat, suade illis ex tuis recte factis, per auctera verba flecte illos : exemplum illis esto exemplarque bonum, verbo, opere, conversatione, fide, caritate, honestate ; ut exemplum tuum sequantur, et imitentur bonam vitam tuam. Hoc si feceris, et aliquid addideris verbo et opere adjectis, et supererogaveris, ego rediens reddam tibi : id est, in

secando meo adventu dignam tibi laborum mercedem reddam. Ideo hic fidens promissionibus Paulus dicit : *Ego autem libentissime impendam, et superimpendar pro animabus vestris* (2. Cor. 12. 15) ; de doctrina gentibus allata et de ministerio verbi loquens. Ipse enim Ecclesias Dei edificavit et firmavit, et omnes homines spiritualibus admonitionibus curavit ; singulis opportuna distribuens, animas nostras ducit ad vitam æternam. *Omnibus, inquit, omnia factus sum, ut omnes salvos faciam* (1. Cor. 9. 22). Hic est bonus Ecclesiæ stabularius : omnes accipit, omnes curat, non fornicatorem aligit, non ebriosum, non conviciatorem, non rapacem aversatur, non idololatram abominatur, non alium impium et impurum persequitur, sed omnes accipit. Ut medicus abstergit vulnera, et per lavacrum regenerationis abluit et emendat, et affert severa verba, quasi vinum, ne peccatis ignorantie abducantur. Et rursus curat observatione quasi oleo ungens animas nostras ; nam dicit ille : *Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum* (Rom. 12. 1). Quotquot igitur Pauli discipuli sumus, Christi præcepta servemus, ne a cælesti Jerusalem excidamus, et a civitate Dei viventes. Utinam omnes sanati a vulneribus animæ et corporis, in sanitate et perfectione fidei Christo adstemus salvi et integri, non deficientes in omni opere bono, et fruamur promissis bonis cælestibus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, unaque sanctissimo Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## DE JEJUNIO.

Qui instructus est oratione, jejunio et elemosyna, dives est in Christo, pietatis operarius. Quæ enim utilitas est, fratres, si a corpore jejunemus, et re occidamus ? quæ utilitas a cibo abstinere, et fornicatione pollui ? carnes non edis, sed devoras carnes fratris tui. Quod lucrum est non lrtari vino, et inehrlari pecunia ? quæ utilitas non etere panem, et inebriari furore ? quod lucrum jejunio macerari, et conviciari proximo ? quæ utilitas temperanter cibis uti, et aliena rapere ? quæ necessitas est corpus tabefacere, et esurientem non alere ? quæ utilitas corpus atterere, et viduas pupillosque non miserari ? Si jejunare vis, odio habe avaritiam : magnum malum est avaritia. Jejunas ? fuge fornicationem, fuge distractionem, mendacium, convicium, inimicitiam, blasphemiam, et omnem curiositatem. Jejunas ? fuge avaritiam, rapinam, rixam et animæ perniciem invidiam. Jejunas ? fuge gulam, omnis mali matrem, quæ separat nos ab ipso Deo, et nos deducit in abyssum pernicii. Si propter Deum jejunes, fuge omne opus Deo perosum, et poenitentiam tuam acceptam habebit, ut misericors et clemens. Curramus, fratres, ad poenitentiam curramus : datum est nobis tempus confessionis, luctus et gemituum, non negligentia et segnitiei. Poenitentia enim est conciliatrix regni caelorum, et ingressus paradisi, ac voluptatis æternæ possessio. Si jejunes, dilecte, pauperem ne despicias, nudum indue, viduæ lacrymas respice, pupillos gementis considera. Si bona habes, miserare ; si non habes, ne rapias aliena. Jejunas ? prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolium : sufficit tibi ad salutem. Si jejunes, vide ne des pecuniam tuam ad usuram. Jejunas ? miserere ejus quem læsisti, ne inideas unquam fratri, nec quempiam odio habeas. Jejunas ? ne vanam gloriam sceteris. Jejunas ? fuge fornicationem, quæ nos separat a Deo et a sanctis, et nobis parit inextinguibilem ignem. Jejunas ? nutri esurientes, potum da sitientibus, infirmos visita, eorum

qui in carcere sunt ne obliviscaris, afflictos miserere, oppressos et gementes cura : esto misericors, mitis, bonus, mansuetus, patiens, miserator, injuriarum immemor, pius, pacificus, verax, religiosus, ut Deus et jejunium tuum acceptum habeat, et poenitentia lucrum cum magna largitate præbeat. Si jejunes, dilecte, sic jejuna ut Christus jussit, ut ne et laborem subeas, et mercedem perdas. Hæc, quæso, fratres, into servemus, ut mercedem accipiamus a Deo, audiamusque beatam illam vocem dicentem : *Venite, benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi* (Matth. 25. 34). Nihil enim, fratres, potest opem ferre nobis in tremenda illa judicii die, et illam nobis attrahere vocem, ut poenitentia et elemosyna. Ut inter omnes cibos panis est magis necessarius, sic inter omnia opera mortis cogitatio. Ignis æterni memoria vespere tecum decumbat, et tecum surgat ; nec te unquam psalmodiæ tempore segnitie occupet. Ut apparente luce, recedunt tenebræ, sic ab humilitationis omnis acerbis et ira deletur. Vincatur deinceps ira, ut tyrannus, vinculis mansuetudinis : ne unquam adnititas loquentem contra proximum ; imo dic illi : Cessa, frater : ego quotidie in graviora delicta labor, et quomodo illum damnare possumus ? Mendacium est caritatis destructio ; perjurium vero Dei negatio ; mendacium timorem Dei fugat, judiciumque habet propriam conscientiam. Leo blanditiis sæpe cicuratus est. Qui ventri deditus est, et spiritum fornicationis vult vincere, similis est ei, qui cum oleo vult incendium extinguere. Lingua multitudine ciborum roboratur. Natura infirmitatem Deo commenda, agnoscens omnino tuam imbecillitatem. Noli precari fucatis verbis, sed ora ex tota anima, et in humilitate cordis auto omnia dic, *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum* (Paul. 6. 2). Nobis fides firma et amor Dei sollicitudines abscindit : mortis vero memoria etiam corpus abnegat. Modico igne magnam sylvam quidem combusserunt, et una virtute omnia vitia fugarunt.

Si Deo a stare cogitas in sensu animi, in orationem cœlum sis immobilis, a nulla seculari cura impeditus. Si quis castum corpus et conpurum vult Christo sistere, servet mansuetudinem et temperantiam. Qui

vero sine his aut corpus aut mentem puram Deo sistere vult, sollicitudinibus hujus vite agitatus, similis est ei, qui pedibus fortiter alligatus, celeriter ambulare tentat, in Christo Jesu Domino. Amen.

DE JEJUNIO, DE DAVIDE ET DE PRESBYTERIS, DE JOSEPHO ET DE NOVATO.

OPINIO

Universale nobis, neque particulare melos cœcinit beatus David: *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo; narrabo omnia mirabilia tua* (Psal. 9. 1). O pietatem beati Davidis, qui cecidit, et non contempnit. Etsi enim ut homo ceciderit, attamen ut homo confessus est: *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo*. Nisi enim tibi confitear, a peccatis non liberabor. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo*. Nisi enim tibi confitear, ut nix non dealbalor. *Confitebor tibi, Domine*. Nisi tibi confitear, de cœde et de adulterio diabolus mihi illudere non cessabit. *Confitebor tibi, Domine*. Nisi tibi confitear, in pristinum honorem non restituar. *Confitebor tibi, Domine*. Nisi enim tibi confitear, pater tuus secundum carnem muliro non possum. *Confitebor tibi, Domine*. Nisi enim tibi confitear, Spiritus sanctus nihil mihi dicabit, et nemo quinquagesimum psalmum ediscere poterit. Cuique ad baptismum accedenti competunt beati Davidis verba: *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo*. Nisi enim tibi confitear, veterem hominem non exuam. *Confitebor tibi, Domine*. Nisi enim tibi confitear, novum hominem non induam. *Confitebor tibi, Domine*. Nisi enim tibi confitear, in grege fidelium non annumerabor. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo*. Tibi enim obtuleravi dicenti, Ne te pudeat confiteri peccata tua. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo*. Te namque audivi dicentem: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad penitentiam* (Matth. 9. 13). Opportune dicantur quoque beati Pauli verba. Quænam illa? *Nunc tempus acceptabile* (2. Cor. 6. 2). Quod tempus? jejunii decore. Quod tempus? paupertatis amantum illuminatio. Quod tempus? penitentia negotiatio. *Nunc tempus acceptabile, nunc dies salutis*. Eadem ipsa Ecclesiastes dicit, *tempus fendi peccatum, et tempus ridendi de salute* (Eccl. 3. 4): ridendi, non deridendi: aliud enim est risus potans, et aliud risus utilis. Quod autem hæc dicens non mentiar, ex ipsis divinis Scripturis demonstrationem accipe. De illo enim qui potulanter ridet, audi Sapientiam dicentem, *Stultus in risu faciet mala* (Prov. 10. 23): de illo autem qui prudenter et cum utilitate ridet, audi Jobam dicentem: *Omne donum impii non accipietur; os autem verax replebitur risu* (Job 8. 20. 21). Bene ergo dixit Ecclesiastes, *Tempus fendi, et tempus ridendi*. Tempus ridendi peccatum, et tempus gaudendi in justitia: nam, *Justus Dominus, et justitias dilexit* (Psal. 10. 8). Tempus rumpendi inimicitiam, et tempus jungendæ caritatis, morem gerentes beato Paulo, qui dicit, *Sol non occidat super iracundiam vestram* (Ephes. 4. 26). Tempus eradicandæ impietatis et tempus plantandæ pietatis. Hæc porro omnia revelans Dominus noster Jeremie propheta, de Judæorum regione spinas germinante dicebat illi: *Ecce constitui te hodie, ut eradices et plantas, destruas et ædifices* (Jer. 1. 10): eradices deorum multitudinem, plantas monarchiam; *destruas et ædifices*; destruas gentium cultum, ædifices orationis testimonii. Illud vero, *hodie constitui te*, ne constituto quodam die accipias, sed id semper et ubique putandum, ut ait beatus Paulus: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione* (Hebr. 3. 7. 8); id est, Quacumque die Dominum audieritis dicentem: *Penitentiam agite; appropinquavit enim regnum cælorum* (Matth. 4. 17); *Nolite obdurare corda vestra, sicut illi qui Cathari (a) vocan-*

tur. Hæc porro non solum ante baptismum et legis tempore, sed etiam post baptismum et in gratia. Hæc quippe ipsa Dominus Christus discipulis suis aliis verbis dicebat: *Amen, amen dico vobis, quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cælis* (Matth. 18. 18). Neque verbis tantum, sed etiam operibus discipulis potestatem dedit solvendi atque ligandi. Respiciete ante omnia beatum Petrum, quomodo per mortem ligaverit eos qui circa mendacium consenserant, Ananiam et Sapphiram; quomodo ex calamitate solverit eum qui ab ortu claudus erat, pedum ipsi præbens usum. Quid ad hæc dicent Cathari, qui impuris et omni impuritate sunt impuriore? nam *Nemo mundus a sorde, neque si unius diei vita ejus sit in terra*. Quid ergo dicent ad hæc multi, qui vana mente præditi vano ore dicere audent: Egone ad hunc presbyterum accedam, ut ipsi confitear peccata mea, qui sæpe pluries lapsus est quam ego? quomodo potest hic, homo cum sit et peccator, peccata mea delere? Ille obtulit qui in peccatis et superbia sese exalant. Sed, o homo, qui tibi arrogantibus et fallacibus verbis insidias paras, qui Deum exacerbas per insipientiam et superbiam tuam; num ad hominem accedis, vel homo peccata tibi dimittit? ad Dominum et Regem universorum Deum accedis, qui per sacerdotem peccata tibi dimittit. Mediator quippe est sacerdos, non propria auctoritate agens. Cur ergo judicas et abominaris eum, quem Deus non damnat? venerandum ejus corpus dividit, et immaculati sanguinis sacrificium offert. Donec est sacerdos et Deus dat illi potestatem sacrificandi, ne recuses ab illo donum accipere: non enim ille dat tibi remissionem peccatorum, sed magnus sacerdos Christus, qui sacerdotium ipsi concedidit. Quod autem non tempore gratiæ tantum, sed antea etiam Deus salutem hominum per hominem operaretur (ideo enim Dominus noster incarnatus est mediator Dei et hominum): probe scitis historiam beati Davidis, qui modo dicebat, *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo*, quomodo ipse in eadem et adulterium lapsus, in summis malis sine confessione maneret. Quid ergo facit Deus ut illum ad penitentiam incitet, et posteris ad penitentiam amplectendam deducat? Misit ad illum Nathan prophetam, qui in alia persona ipsi sua nuntiaret. Nam veniens, inquit, memoratus propheta ad Davidem, dixit: Rex, aliquid tibi dicendum habeo. Respondet David, Dic. Tum propheta Nathan: Homo quidam erat dives, habens greges et armenta multa: homo autem quidam pauper erat, habens agnam unam, quæ de mensa ejus comedeat, et de calice ejus bibebat, et in sinu ejus dormiebat; divitem Davidem vocans, pauperem, Uriam. Quid igitur? Venit, inquit, peregrinus ad divitem. Quis ille peregrinus? Concupiscentiæ cogitatio, quæ nos in supplicium conjicit. Venit peregrinus: ad divitem: et dives suis parcens ovibus, misit qui agnam pauperis caperent, eamque peregrino mactavit. Hoc audito rex David, etiamsi in peccatum lapsus, attamen justus iam erat amictus: nam corporis erat peccatum, anime vero bonum opus: quare iratus respondit: *Vivit Dominus, morte dignus est qui hoc fecit, et agnam septupliciter restituit*. Legem exsuperat David: lex enim quadruplum jubet, hic septuplum. Tum Na-

hæreres auctore, qui dicebat post baptismum nullum esse penitentia locum, et secundas nuptias non admittentem. Vide Epiphanium hæresi 59, Philastrium hæresi 82 et alios.

(a) Cathari, id est, puri. Hi erant Novatiani, et Novato







than regi : Tu es, o rex, qui hoc fecisti. Tunc David prudens cum esset et pius, non abusus est regia dignitate, non tyrannico egit cum arguente se, etiamsi id posset : non dixit, Quis es tu, qui audes coram omnibus me arguere? sciebat enim se, quamvis regem terrenum, Regi tamen superuorum Virtutum subditum esse. Audita namque prophetae voce, Tu es, o rex, statim confessus est : *Peccavi Domino*. Cui Nathan, *Et Dominus abtulit peccatum tuum, non morieris* (2. Reg. 12. 1.-13). O Nathan, cur ausus es sententiam ferre? a Novato enim illo superbo accusandus es. Deo peccavit David, ipsique confessus est, et unde nati non veniam acceperit, ut auferas ejus peccatum? primo disce, et tunc remissionem da peccati. Respondet Nathan : Mihi commisit Deus perfectam Davidis curam habere. Nisi enim voluisset per me illi veniam dare, non me misisset ad illum. Quis incusat medicum, qui aegrotum curat, et non potius gratias agit, mercedemque tribuit? Clare ergo demonstratum est, non solum gratiae tempore, sed etiam ante gratiam per homines Deum hominibus peccata remissio. Modico autem utamur exemplo ad rem declarandam. Suppone, o homo, poenitentiae adversarie, quemdam hominem in crimen delapsum, et a principe damnatum, atque in exilium mittendum, vel alio supplicio plectendum esse : num hic qui ut damnatus custoditur, ipsum principem adit rogatum ab hac calamitate liberari? anoua potius intermedium quemdam quaerit supplex, qui pro se loquatur, verbi causa domesticum, ut per eum salutem sibi pareat, et iudicii calculum irritum reddat, principisque iram in clementiam mutet? Si in corporeis supplicii talis ordo et consolatio habetur, annon in spiritualibus altior intercessio et majus auxilium adhibebitur? Itaque, o homo, si ideo non vis ad poenitentiam accedere, quia sacerdos est homo peccator, ne quidem baptizeris; homo enim est qui baptizat : neque communices; homo quippe est qui agnum Dei distribuit. Si haec fidem habeant, illud etiam cum fide suscipe. Cave ne alia servans, et alia rejiciens, in iudicium incidas. Sic enim supplantat nos mala bestia diabolus, neque callidis suis machinamentis vult in gehennam iudicare. Scriptum est in lege : *Principem populi tui non maledices* (Exod. 22. 28). Si ergo Rex regum in principem tibi constituit sacerdotem, cur abjicis illum et miserum dicis? num potes terrenum regem, qui dedit cuidam principi potestatem, impedire dicereque illi : Non est hoc dignum principatu? Si ergo illum impedire nequis, ne eum quem vult deligat, quomodo audes Domini jussum in sacerdote impedire, quia ille peccator est? nonne David propheta in adulterium et eadem lapsus est, ut dixi? nonne Petrus qui ter negavit doctorem suum, in peccatum et negationem incidit? nonne Paulus persequutus est Ecclesiam Dei plus quam quisvis alius? Sed benignus Dominus hos elegit et gloria affecit, ne quem tu principem Ecclesiae despiceres, vel iudicares. Sacerdos enim qui baptizat et offert incruentum sacrificium, manus commodat ad rem propositam : Spiritus vero sanctus haec sanctificat et magna reddit. Quare hic etiam, cum tu poenitentiam agens conlisteris, nihil aliud facit, quam quod linguam commodet, et Deus tibi salutem et veniam concedit. Si haec ita se habeant, et si potest post baptismum salus obtineri, cur apostolos Petrus Ananiam et Sapphiram statim occidit, neque illos per poenitentiam revocavit? Attende diligenter. Non beatus Petrus abscondit emplastrum poenitentiae; sed illi ipsi, qui in talem culpam lapsi sunt, non quaesierunt utile emplastrum, sed hortante diabolo, cum pecuniis suis perierunt. Tunc enim poenitentia est, non quando illa voce honoratur, sed quando opere agnoscitur. Est enim poenitentia ab anima emissa, et est poenitentia in superficie solum expressa : quapropter alii salutem, alii damnationem consequuntur. Poenitentiam egit beatus Petrus, egit et miser Judas; sed Petrus sincere poenitens et lacrymans, ac negationem per lacrymas

abluens, in pristinum rediit honorem; Judas vero perfunctorie poenitentiam egit. Etiamsi enim argenteos projecit Judaeis, et dixerit : *Peccavi tradens sanguinem justum* (Matth. 27. 4); attamen non ingemit, non lacrymans est, non dignos poenitentiae fructus fecit, sed admoeto laqueo diabolo satisfecit. Quid ergo Simon magus? baptizatus et supplantatus, atque a Petro damnatus, ut qui pecuniam obtulorit ut donum nulla negotiatione obtinendum emeret, nonne poenitentiam petiit? nonne beatus Petrus respondit : *Poenitentiam age de hac nequitia, et ora Deum* (Act. 8. 22)? Cur, inquit, Ananias et Sapphira haec verba non dixit, Poenitentiam agite a nequitia vestra? Attende diligenter. Spiritus gratia non irridetur. Ananias enim et Sapphira a Petro convicti, et ab illo audientes : *Quid convenit vobis tentare Spiritum Domini* (Act. 5. 9)? non confessi sunt peccatum suum, non procubuerunt, non supplicarunt, non dixerunt : Ut homines lapsi sumus; sed quid? Ab illo convicti vicissim responderunt, sese occultare studentes, nec intelligentes Spiritum sanctum non irrideri. Quare statim beatus Petrus irritatus, dignam illis protulit sententiam. Simon vero cum audisset a Petro, *Argentum tuum tecum sit in perditionem, quia putasti donum pecuniae emi* (Act. 8. 20), non indignatus est, non rebellis fuit, non resiliit, quamquam malus erat; sed contumelias et convicia, quasi antidotum accipiens, non solum ante Petrum, sed etiam ante omnes apostolos procumbens dixit : *Precamini vos pro me ad Deum, ut nihil veniat super me horum quae dixistis maiorum* (Ib. v. 24). Multum, inquit, peccavi : non audeo pro me Deum placare : vos mediatores pro me Deum precamini. Bene ergo dixit Ecclesiastes, *Tempus ridendi, et tempus fletudi*. Tempus fletudi iis, qui incurabili morbo laborant; tempus ridendi iis, qui poenitentiam diligunt. Ita enim flevit magnus Joseph, oculo prophetico morem gerens beato Davidi dicenti : *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent* (Psal. 125. 5). Seminavit itaque Joseph lacrymas fraterni amoris, et messuit coronam regni. Scitis enim omnes, quomodo postquam stupendo illo modo a fratribus cognitus est, illis Joseph conspectis, noluerit ipsis exprobrare. Quinam tamen illi fratres erant, qui duodecim annulorum catenam fraternitatis, quantum in ipsis fuit, ruperunt? Attamen Joseph arumnas in patrocinium mutans, in collum fratrum accidens flevit. Cur in collum, non in aliam partem? Necessario ad colla flevit eorum, qui fraterni amoris jugum abjecerant. Vidisti mansuetudinem et pietatem viri? Sed dicunt quidam de Josepho, illum necessitate adstrictum, et in pergrinis locis versantem, cum humanum auxilium non haberet, nec patrocinium, ideo mansuetudinem et humilitatem exhibuisse. Attende igitur qui talia dicis. Ipse namque Joseph ex affectu, quod patrem revereretur, sic dispositus erat Josephi memoria, lucis praesentia. Nam Dominus lucis Christus ex tenebris carceris ipsam liberavit. Ideo superflue, non juste, loqueris, o homo, qui dicis Josephum ex necessitate fuisse piam et injuriarum immemorem. Ita enim Joseph ante legem erat religiosus et legis observator, ut alliciente domina sua, adulterium sit execratus. An tunc lex erat data, *Non adulterium facies, non furaberis, non falsum testimonium dices*? nonne ipse sibi ipse lex factus, et naturali iudicio ductus, de tenebris fugit nudus ab illa, ne domini sui lectum pollueret? nonne domina ejus illum impudenter rogabat, et schedulam libertatis se daturam pollicebatur, et omnium bonorum suorum dominum constituturam, si suae assentiretur voluntati? nonne quanto magis illa accedebat, tanto magis hic retrocedebat, cum sese secundum Domini vocem castravisset, non gladio, sed fide? nonne hoc ille dicebat justus ille : *Si dominus meus, domina, non novit quidpiam eorum quae sunt in domo sua, sed omnia tradidit in manum meam, et nihil excipitur a me, nisi tu, quia tu uxor ejus es : et quomodo faciam malum hoc peccatum coram Deo*

(Gen. 39. 8. 9)? annon hic adest Deus patrum meorum? num alius est in terra Chanaan Deus, alius in Ægypto, etiamsi id vos ignoretis? annon est quedam virtus observatrix, quæ respicit eum qui proximum laedit? num quia vir tuus abest, etiam Deus recessit? Vir tuus, o mulier, meus horus, omnem substantiam suam mihi concedidit, et ego costam ejus abripiam? unum uni conjunxit: num unam multis, aut uni multas? Quiesco, domina: novi eum qui te contra me coucitat. Non tu me impugnas, sed qui fratres meus contra me armavit diabolus. Cum enim me a patre separaverit, jam me a Deo avertere curat: undique circum, ut me somniis privet. Quiesce ergo: melius autem est moechi non-ven, quam rem ipsam ferro. Si tibi non morem geram, corpore flagellabor: si autem Deo non ob-diam, in utroque puniar. Noverat enim eum qui dicit: *Time te eum qui potest et animam et corpus perdere* (Math. 10. 28). Ille dicta sunt ad demonstrandam sapientis Josephi mansuetudinem et patientiam. Audi etiam ejus aliud opus. Scitis enim omnes, quod cum Ægyptiæ sycophantia in carcere detentus fuisset, ac postea divinx providentiæ calculo in Ægypto regnaret, ac cum demum somniorum ejus, imo etiam interpretationum veritatem eventus probasset; fratribus ejus in Ægyptum descendentibus ob rerum necessitatem penuriam; hos conspiciens Joseph, cum quasi rex in tota Ægypto dominaretur, gladium non strinxit, nec carceri illos mancipavit, non plagis oneravit, non quasi

feras habuit quæ sui non miserte fuissent, discis et tunicæ non recordatus est, non profundi lacus, non vendit onis in servum, non invidiæ, non fratrum furiosi odii, non paterni doloris, non uterini fratris Benjamin inter alienatos versantis: sed his tristibus mis-eris omnibus, minis cum mansuetudine conjunctis, occasionem querebat quomodo a fratribus agnosceretur. Ut solum enim vidit illos, et uterinum fratrem Benjaminum, sine malitia, simplicem, postremam paternæ vineæ urvam, qui fraternum odium expertus non erat, et natura et animo fratrem, statim lacrymis lætitiæ mixtis genas malefaciens, exclamavit dicens: *Ego sum Joseph frater vester: nunc autem ne durum vobis videatur* (Gen. 45. 4. 5). O res stupendas! innoxius et noxius sese purgat? *Ego sum Joseph, o fratres. Si non inviti adoratis, falsi sunt somnia mea; si manipulus meus non erectus fuerit, jure falcem fraterni odii exaruitis. Jam saltem discite, o fratres, omnem qui sperat in Domino non confundi* (Rom. 9. 33). Simplici me tunica existis; ecce purpura induor: in lacum me conjecistis; ecce curru geminis ornato vehor: ut servum vendidistis; ecce rex proclamatus sum: in carcere habitavi; ecce in regia versor: torquenti gestavi; ecce diademate lapidibus pretiosis instructo exornor. Op-ortune jam ut vera dicantur beati Pauli verba: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* (Rom. 8. 28). In Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula. Amen.

#### IN ANNUNTIATIONEM DEIPARÆ, ET CONTRA ARIUM IMPICUM.

